



La certid. 17. 18.
non tardes conuerfi ad domum neq. di
feras de die in diem, subito re-uerfio
ira illius et in tempore uindictae po-
det te.



Biblioteca Universitaria	
CRAMQUE	
8518	1
7700	20
1818	1
1818	

1818

211550176



De la casa de ... de ... de ... de ...


**B. SVLPICII SEVERI
BITVRICENSIS
EPISCOPI
SACRAE HISTORIAE LIBRI II.**

In eodcm
**CAROLI SIGONII
COMMENTARIVS.**

Eiusdem de temporibus Hebraeorum
Catalogus.

Index rerum in utrunque copiosus.

CVM PRIVILEGIO GREGORII XIII PONT.




DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. C. C. 121.N. 114

del.

810
de ...

114

BONONIAE,
Apud Societatem Typographiae Bonon.
MDLXXXI.
Curie Episc. & S. Inquisi. concessu.





ILLVSTRISSIMO,
AC REVERENDISSIMO
IN CHRISTO
PATRI
D. GABRIELI PALAEO TO,
S. R. E. PRESB. CARD.
ET BONONIAE
EPISCOPO.



X omnibus curis, Illustris. ac
Reuerendissime Domine, quas
multas Episcopi in ciuitatibus
ad rectam Christi disciplinam
instituendis impendunt, nul-
la fere fructuosior, aut san-
ctior prudentum hominum iu-
dicio existimatur, quam, vt prima hominum ætas
præclaris ad officium, & honestatem exemplis, ac
litteris imbuatur. Neque verò id sine causa. Fit
enim fermè, vt quam faciles pueri sunt ad omnia
imbibenda, quæ propinantur, tam firmiter ea reti-

† 2 neant

neant, quæ semel tradita intimis pectoribus exhaurerunt. & , si antequam pubescere incœperint, salutaria à parentibus suis documenta vitæ acceperint, talia & ipsi post liberis suis tradât , postquam canescere instituerint. cõtra verò, si à principio aut pravis exemplis, aut pestilentibus. præceptis aliquibus infecti sint, ægre iidem ne maturescantibus quidem annis ad bonam frugem redigi à patribus, aut emendari à pastoribus possint . Optima verò illa ratio esse rudimentorum videtur, si ea percipiendæ ineunti ætati litteræ proponantur, quæ timorem Domini, quod meritò initium esse sapientiæ dicitur, inferere, ac religionem in teneras eorum mentes instillare facile queant. ne forte per negligentiam committatur, ut quorum Christus regnum esse cœlorum asseruit, eorum perniciose sæculi consuetudine deprauati ad damnationem animi polluantur. Quo tamen in genere multis, si recte attendimus, hoc tempore modis peccatur. quorum nescio an ille omnium fœdissimus sit habendus, quod huic ferme ætati ea peruolutanda scriptorum volumina obijciuntur, quæ falsorum Deorum cultum, quæ flagitiosam vitam, quæ turpitudines, adulteria, libidines, ac spurcissima quæque vitia complectuntur. neque verò solum datur opera, ut ea perspiciant, sed, quod exitiabilius est, ut memoriam mandent, ut scriptis consignent, ut assidua exercitatione concelebrent. Itaque eò dedecoris iam res ipsa processit, ut si quis quid parum fortasse recte aut pronunciauerit, aut scripserit, continuo, si reprehensus sit, ingenua quadam verecundia perfundatur.

fundatur, amores autem, ac delicias suas, clarissimas propriæ incontinentiæ indices, quæ optimus quisque, si posset, perpetuis tenebris libentissimè abderet, æternis (sic enim sperant) versibus celebrare, ac consecrare non solum non erubescat, sed etiam cõmendationem ex eo apud homines eruditos imitationis, atque ingenij querat. Atque in has quidem difficultates, & salebras mores nostros illi potissimum compulerunt, qui gentiles poetas disertos illos quidem, & elegantes, sed omnis sine dubio petulantia, libidinisque magistros, castis puero- rum auribus temere, ac sine delectu aliquo ab initio inculcarunt. quibus nihil fingi potest à sancta disciplina Christianorum auersius, quorum vita nullum non modo dictum obscœnum, sed ne turpem quidem cogitationem admittit, verum vtrunque disertè aspernatur, ac respuit. Itaque Plato etiã, vir apud eos non minus bonitate, quàm sapientia clarus, cum optimam illam suam remp. informaret, poetas omnes adeo improbauit, ac moribus ciuilibus noxios ita duxit, ut Homerum etiam, licet ingenij inter eos principem, ac prope poeticae imitationis auctorem, è ciuitate exigere sua non dubitarit. Quare præclarius multò consulere illi mihi videntur, qui aut oratores, aut historicos explicant, in quibus, detractis ceteris fere vitijs, paria ingenij, atque eloquentiæ lumina cum honestis omnibus prudentiæ, virtutis, æquitatis, ac moderationis exemplis elucet. Quo in genere tamen longe oratoriæ ipsa quoque præstat historia. neque enim temere aliud

† 2 scripto.

scriptorum genus reperias, in quo aut cauenda hominum flagitia demonstrantur insignius, aut debitum virtuti, atque officio laudis præconium tribuatur ornatius. Quorsum hæc? dicit aliquis, nempe ut intelligant omnes, ad quorum hæc manus peruenirent, non sine summa ratione à pietate vestra perfectum esse, ut ad ceteras cogitationes, quas ipsa in Ecclesia sua ad veteris Apostolicæ exemplū, quoad consequi diligentia possit, ornanda defixit, præcipua quoque puerilis ætatis salutaribus studijs imbuendæ cura susciperetur. Nam ipsa & doctrinam Christianam pueris in scholis tradit tanto studio laboravit, ut illorum etiam quotidianis exercitationibus sæpe interesse, easq; præsentia sua prouehere, sibi graue non duxerit, & lasciuia Latinorum poetarum carmina, tamquam certa turpium voluptatum, & probrorum incitamenta, non modò interdixit, sed pro ijs alia quoque honestiora, ac sanctiora substituit. ad extremum verò sacræ etiam historiæ lectione in eadem auditoria inducere, à quibus adhuc tamquam perpetuo quodam damnata exilio abfuerat, voluit, non quidem, ut profanarum inde rerum cognitionem eiiceret, quam robustioribus tradi conuenire putauit, sed ut prima cognoscendæ vetustatis initia à Deo sumenda esse ijs, qui ad sapientiæ, & pietatis professionem ingrederentur, ostenderet. Quamquam, si prudenter considerare volumus, ea sacræ memoriæ commoda, atque emolumenta existunt, ut eos etiam, qui magnos iam in doctrina, & bonitate progressus habent, varijs & ad di-

cen-

endum, & ad intelligendum, & ad agendum instrue re monitis, atque exemplis frequenti reperita lectione possit; neque verò solum eos, qui omnem suam ad semet industriam referunt, sed multò etiã magis illos, qui labores suos præcipuè ad populares animos imbuendos, & ingentem Dei pandendam in concionibus gloriam direxerunt. Quamobrem rectè prudentia vestra breuiarium eius aliquod ex inuenso illo vtriusque Testamenti corpore conquisiuit, quo studiosa iuuentus omnia ab Adam vsque ad Christum, idest à peccato ad salutem in ipsius Dei populo gesta quasi in vnam tabulam conlata conspiceret, & cum duos B. Seueri Sulpicij libros in hoc genere distinctè, atque ornate admodum scriptos probauit, tum ad tollendum exquisitioris interpretationis hominibus occupatis laborem, eosdem etiã expositione illustrari aliqua voluit. Sic enim fore arbitrata est, ut vniuersi non modò facilius ea, quæ præclare tradita sunt, animo, ac notitia comprehenderent, sed ipsa etiam inuitati facilitate alacrius, ac studiosius ad eademmet haurienda cõtenderent. Id autem negotij ab Amplitudine vestra mihi mandatum, ego, licet meis longè viribus impar, honesto parendi studio hand grauate suscepi, præsertim verò cum id ad rationes eiusdem iuuentutis aptissimum, atque oportunissimum iudicarem, cui ab inueniente vsque ad hanc iam inclinantem ætatem in primis Italiæ gymnasijs constantissime studuissem. Itaque quæ mihi ad rem pertinentia visa sunt, ea sacris litteris euolutis, & vniuersis Hebræorum anti-

† 4

quita-

quitatibus memoria comprehensis, huc primo quoque tempore contuli, breuemque expositionis commentarium Sulpicij ipsius amulatus breuitatem confeci. Quare si fructum aliquem meus hic hominibus labor attulerit, erit, quod gratias Deo maximas agant, qui mentem Amplitudinis vestrae ad meam excitandam industriam excitarit. sin minus, me tamen non absurdi prorsus hominem ingenij existimabunt, qui iudicij iacturam, quam officij facere, & recto summi Episcopi, ac Cardinalis studio, ac voluntati obtemperare, quam laudi fortasse, ac famae meae inferuire maluerim. Mihi vero in omnibus malis praecipui illud erit solatij, quod felicibus optimi antistitis, ut ita dicam, auspicijs aliquot huius iam ingrauescentis aetatis menses in praecleara de Deo, & de mirabilibus operibus eius commentatione, ceterisque rebus ad salutem nostram pertinentibus explanandis consumpserim, quaeque adolescens, extincta prorsus vetere disciplina, non didici, ea iam grandior natu, eadem insigniter in huius saeculi felicitate reuiuiscere, docuerim. Quidquid autem illud sit, quod mea industria, studiumue peperit, cupio, ut in Illustrissimo praecipue Amplitudinis vestrae nomine appareat, atque adeo etiam in manus & praesentium, & futurorum hominum, tamquam certum singularis meae erga illam obseruantiae monumentum perueniat. Quam omnipotentis Dei misericordiam oro, ut diu saluam, incolumemque custodiat, ut quemadmodum praecleara praeae reuocandae Bononiensi in ecclesia disciplinae funda-

fundamenta iecit, sic speciosum etiam fastigium imponere surgenti iam ad insignem, ut videmus, altitudinem operi possit. Quod ipsum sine dubio, aut nulla ratione, aut certe hac, quam iam pridem inuuit, insignibus vitae exemplis, ac rectis sapientiae documentis facillime obtinebit. Bononiae Idibus Februarijs MDLXXXI.

Illustriss. ac Reuerendiss. Amplitudin
Vestrae deditissimus

Carolus Sigonius.



AVCTORVM ALIQVOT
TESTIMONIA, QVI
B. SVLPICII SEVERI
MEMINERE,

Vnde vita , mores , doctrina,
& ætas eius perspici
potest.



Ex Commentario S. Hieronymi in
Ezechielem cap. xxxv.



Nuper Severus noster in dialogo, cui Gallo
nomen imposuit.

*Ex Epistola prima B. Paullini Episcopi ad Sul-
picium Severum.*

Tu, frater dilectissime, ad Dominum miracu-
lo maiore conuersus es, quia ætate florentior,
laudibus abundantior, oneribus patrimonij leuior, substantia fa-
cultatum non egentior, & in ipso adhuc mundi teatro, idest
fori celebritate diuersans, & facundi nominis palmam te-
nens repentino impetu discussisti seruire peccati iugum, & læta-
lia carnis, & sanguinis vincula rupisti. Neque te diuitiæ de ma-
trimonio familiæ consularis adgestæ: neque post coniugium pec-
canda

candilicentia, & cælebs iuuentas ab angusto salutis introitu, &
arduo itinere virtutis in mollem illam, & spatiosam multorum
viam reuocare potuerunt. Beatus, qui refugisti de consilio im-
piorum, & in via peccatorum persistere noluit, & sedere in ca-
thedra pestilentiae dedignatus es, vt humilitate præcellâ pedibus
Crucifixi accubares. Tu ergo verus factor legis, & euangelij
non surdus auditor, qui corpus, & mundum confgens crucis deli-
cias, iuuentutis, & vitæ præsentis mala gaudia pro venenis, &
luctibus auersatus es, respuens patrimoniorum onera, ceu sterco-
rum, meritò socrum sanctam omni liberaliorem parente in matrè
fortitus æternam, quia cælestem patrem anteueras terreno pa-
renti, exemplo apostolorum relicto patre in nauicula fluctuante,
scilicet in huius vitæ incerto cum retribus rerum suarum, & im-
plicatione patrimonij derelicto Christum sequutus, nec minoris
domesticis opibus ingenij facultatis laudem ab hominibus non
accipiens, & inanis gloriæ sublimiter negligens, piscatorum præ-
dicationes Tullianis omnibus, & tuis litteris prætulisti: confugi-
sti ad pietatis silentium, vt euaderes iniquitatis tumultum; mu-
tescere voluisti mortalibus, vt ore puro diuina loquereris: & pol-
lutam canina facundia linguam Christi laudibus, & commemo-
ratione ipsa pij nominis expiars. O! vere Israelita, qui Deum
Iacob tam fida mente vidisti, & tanquam in ipsius domini conlu-
etatione firmatus præualuisti aduersus principem huius mundi,
& spiritalia nequitiae in cælestibus debellasti scuto fidei, armisque
iustitiæ, præoptans Christo placere, quam hominibus, ho-
minibus stultus esse, quam Deo: omni facundie, omnique sapien-
tiæ huius mudi prætulisti scandalum crucis: ut quod pereuntibus
stulticia est, tu in partem salutis ascitus, ut omnibus saluis futuris
pareat, uirtutem, & sapientiam Dei esse cognosceres. Beatus es
frater, quia non caro, & sanguis reuelauit tibi hæc, sed pater, qui
in cælis est, per Dominum nostrum IESVM Christum, qui cõ-
uertit sapientiam eorum, & stultam fecit, & elegit infirma, ac
stulta mundi, vt mundum istum his ipsis propter quæ Dominum
dignatur nosse, confundat.

Ex epistola quinta ad eundem. Ita pro parentibus, & fratri-
bus, & amicis tu nobis factus à Domino es, qui & parentum cu-
ra anxius, & fraternæ dilectione sollicitus, & tota non fictæ ami-
citiæ fide sedulus, omnibusque in nos pietatis visceribus effusus,
assiduus nos litteris adeas, blandissimis solatijs mulceas. Neque

fat habeas, occasionibus cunctis reuifere, nisi & pueros tuos mit-
tas: nec solum de famulis, sed & de filijs sanctis, quorum benedi-
cta in Domino prole lartaris, eligas tabellarios, quorum oculis nos
videas, & ore contingas, speciosi nobis pedes illorum tanquam
enangelizantium bona. Nunciant enim nobis, & afferunt ea,
quæ ad pacem sunt de te, cum præferunt opera Domini, quæ
aut operaris in verbo Dei, aut scribis in spiritu verbi. *Item:* Qua
le te sacrificium Deo exhibere video in templo tui corporis, in sa-
crario tui cordis, in immolatione tuæ carnis, in oblatione tuæ
animæ. Immolas taurum, cum pia humilitate depositus, ceru-
cem altam percussisti timore diuino. Immolas hordum, cum
omnia sinistrae partis opera, iustitiæ sectator interficis. Quem
jugulas, cum diligens operarius, studiosusque meditator diuinæ
voluntatis, & legis, inertiam vitæ, & ignauiam quasi pecus mol-
le profernis, ætate vitæ istius impedimenta quasi vellera tenden-
ti vilha, onerosa gestanti forcipe verbi caelestis accidis.

Item: Te verò victa lege membrorum, & exteriore corrupto
puram consperionem parere, & sine fermento azymum Chri-
sto confici, eloquia tua tam facunda, quam casta testantur.
Neque enim tibi donatum fuisse, enarrare Marcinum, nisi di-
gnum os tuum sacris laudibus mundo corde fecisses. Benedictus
igitur tu homo Domino, qui tanti sacerdotis, & manifestissimi
confessoris historiam tam digno sermone, quam iusto affectu
perceussisti: beatus & ille pro meritis, qui dignum fide, & vita
sua meruit historicum, qui & ad diuinam gloriam suis meritis,
& ad humanam memoriam tuis litteris consecratur. Hæc quo-
que verba tua vellera sunt, & Dominum I E S V M gratissimo
regimine cooperiunt, cuius suppellectili pulchra ambiunt & inge-
nij tui floribus comunt.

Item: Ex epistola nona. Præterea iussisti nimis opulenter tibi de
paupere tuo blandiens, vt quæ te de annalib. nō vnus gentis, sed
generis humani fugerent, ego videlicet quasi peritior edocerē,
sed sibi imputer famem qui pauperis amici forē pulsat, & prom-
ptuariū inane scrutatur. Nunquam. n. in hac inuestiganda, &
colligenda mihi cōmodum studiū fuit. Nam etiā in tempore ve-
teri, quo videbar legere, nec legēda ab historicis scriptoribus pere-
grinatus sum: attamen nunc operis tui curā gerens, quo te pro
utilitate fidei nostræ inspiciendis, & conferendis præteritorum
temporum rationibus occupatum indicasti, quod de me non ha-
bui,

bui, de fratris vnanimi opulentiore thesauro petiui, & ipsam
adnotationem, quam comitorij vice miseris, litteris meis
indicam direxi ad Rufinum presbyterum Sanctæ Melaniæ spiri-
tuali via comitem, verè sanctum, & piè doctum, & ob hoc inti-
ma mihi affectione coniunctum. Si ille has, quæ meritò te per-
mouent de annorū, siue regnorū non cōgruete calculo hiantis hi-
storix causas nō ediderit, qui & scholasticis, & salutaribus litte-
ris græcè iuxta ac latine diues est, vereor, ne apud alium in his
regionibus frustra requiramus. Quod si præsumptioni de te
meæ satisfecerit, prima occasione, si Dominus fauerit, transmit-
tam vnanimitati tuæ, vt cunquæ mihi super hac ratione rescripse-
rit. Interim vt aliquid de præceptis tuis facerem, nisi ex his, quæ
metuo ne inertix potius, vel imprudentiæ meæ testimonia sint,
quàm supernæ ministracionis insignia, aut certè vel humanæ do-
cumenta sapientiæ: nisi tamen tibi, id est commisi meo pectori
meas nugas, nō vt sensus tuos polluant tenebræ meæ, sed vt tuis
sensibus diluantur. Nugas autem meas de verbis, ac sententijs
meis dixi: ceterum materia sancta, & tuo potius ingenio, elo-
quioque digna etli meis sermonibus velut atro habitu vestiatur,
speciem tamen diuini luminis interni decoris, quanquam in ege-
næ suppellectilis vilitate custodit. *Item:* Inestimabile mihi est, quā
ta me voluptate perfuderint, cum referrent & actus, et sermones
tuos, & perfectum cor tuum charitatis diuinæ, qua humilis, & ex-
cellus, pauper, & diues, seruus & liber, famulis conseruus, fratri-
bus seruus, pauperibus diues in visceribus misericordiæ, diuitibus
pauper, in spiritu mansuetudinis, humilis virtute pietatis, ardu-
us sublimitate virtutis, & seruus Deo, liber mammonæ, torum
in te spirare Marcinum, florere Clarum, maturari euangelium
prædicabant.

Ex epistola CCV. S. Augustini de laudibus S. Hieronymi.
Quod vt iterum clarius veritatis lumen pateat, pluribus testibus,
quàm vno, censui quid supradictus noster Senerus, vir doctrinæ,
& sapientia pollens cum tribus alijs in ipso die, & hora obitus
Hieronymi in Turronensi ciuitate viderit, meæ addere visioni:
de quo mihi quidem solummodo ipse met pridie ad me veniens
fuit testis.

Ex libro II. Historiæ Sulpicij. Omne tempus in Silliconem
consulem direxi. Stilico verò consul fuit anno Christi ccc c tu-
ennio post mortē S. Martini, cui ipse interfuit, & quam scripsit.

Ex



Ex Gennadio in vita eius. Seuerus presbyter, cognomento Sulpicius Aquitaniae prouincia, vir genere, litteris nobilis, & paupertatis, atque humilitatis amore conspicuus, carus etiam sancto- rum virorum, Martini Turronensis episcopi, & Paullini Nolani scripsit non contemnenda opuscula. nam epistolas ad amorem Dei, & contemptum mundi exhortatorias scripsit forori suae multas quae & notae sunt. Scripsit & ad supradictum Nolanum duas, & ad alios alias. Sed quia in aliquibus etiam familiaris necessitas inserta est, non digeruntur. Composuit & Chronica. Scripsit & ad multorum profectum vitam B. Martini monachi, & episcopi signis, & prodigijs, & virtutibus illustris viri, & Col- lationem Pothumiani, & Galli se mediante, & iudice, de con- uersatione monachorum Orientalium, & ipsius Martini, habi- tam in specie dialogi, duabus incisionibus comprehendit, in qua- rum prior refert suo tempore apud Alexandrinam synodum Epi- scoporum decretum, Origenem, & cautius à sapientibus pro bo- nis legendum, & à minus capacibus pro malis repudiandum. Hic in senectute sua à Pelagianis deceptus, & agnoscens loquaci- tatis culpam, silentium usque ad mortem tenuit, vt peccatum, quod loquendo contraxerat, tacendo penitus emendaret.

Citat etiam Seuerum B. Gregorius Turonensis in Chronica, Historiarum libro primo cap. vii.

Ex apologia Guiberti abbatis Gemblacensis. Sulpicius Seue- rus, vt patet ex gestis, quae in Monasterio Maiori positus legi, recepto intra caeli secreta B. Martino, cellam patris per quinque- nium, hereditate videlicet praecleara obtinuit, quem quamuis ad- modum renitentem, Bituricensis clerus inde extrahens, archiepi- scopum sibi sublimauit. Quod autem à Pelagianis seductus in aliquo à regula orthodoxae fidei exorbitauerit, nusquam omni- no, nisi in solo Gennadio legi. qui nescio vtrum hoc alicubi & ipse legerit, an ex sola fama, quae facta, infectaque loquitur, di- dicerit. Illud tamen fideliter credo, hunc eius errorem gloriam sanctitatis eius non obscurasse; cum auctor idem, qui refert de- ceptum, teltetur & correctum. quod profecto eò magis mirum, quod cum esset clarus genere, sublimis dignitate, episcopus offi- cio, & per hoc pluribus se debeus, publicum defereret, secretum peteret, & carcerali latebra se damnans, simulque vigilijs, fame, & frigoribus carnem macerans, in spiritu humilitatis, & animo contrito Deo satisfaceret. *Item.* Si huic assertioni mea non cre-

credatur, credatur toti Sanctae Maioris monasterij multitudini: quae sacra Depositionis eius solemnia festiuo quotannis celebrat officio. cui celebritati ipse quoque apud eos degens & semel, atque iterum interfui, & hanc cum ceteris fratribus nonnulla deuotione xv. Kal. Februarij, vt agitur, percolui.

Gratias tibi ago doctrix viarum Dei omnipotentis sapientia, quae in eo vicisti malitiam, dilapsamque in foueam, & in vinculis peccati positum non dereliquisti, sed in fraude circumnenti- entium ei assistens, à peccatoribus gratiae tuae aduersarijs liberaasti eum, tantaque sublimasti gratia, vt inter filios eiusdem gratiae co- putetur, & inter Sanctos fors illius sit.

Ex Victore Giselino in vita Sulpicij. Eorum itaque sequutus voluntatem labori non pepercit suo, quin ea, quae per multis vo- luminibus perscripta retinebantur, duobus libellis concludens, res à mundi exordio sacris litteris editas breuiter constringeret, & cum distinctione temporum ad suam usque memoriam car- ptim perduceret. Quo opusculo non sanè magno aliud an ullo vnquam saeculo Reip. Christianae vtilius, ac praestabilius editum sit, ijs, quorum illud est iudicium, iudicandum relinquo. de ele- gantia verò praestare ausim, & affirmare me posse confido, nulli idem omnium scriptorum ecclesiasticorum quidquam cōcedere: alia verò omnia, quae in eodem genere versantur, tanto interual- lo omnimodis superare; vt ne sint quidem ad hoc comparanda. magnum est, quod dico, & fortasse plurimis incredibile: sed ei- usmodi tamen, quod non tam dicenti mihi, quam testificanti pro me veritati creditum iri confidam, si quibus operae pretium erit, Orosium, Florum, Eutropium, aliosque epitomatam au- ctiores cum hoc nostro omnibus partibus contendere. Eam ve- rò palmam sola, vt mihi videtur, C. Sallustij rerum Rom. au- ctoris florentissimi imitatione consequutus est. in quo cum multa virtutis locum obtinere videret, quae tamen sub imita- tionem vix caderent, abruptum dico sermonis genus, quod audientem lectorem transiolat, nec, dum reperatur, expe- ctat; huc, vt loquitur Seneca, amputatas sententias, & verba ante expectatum cadentia; eas virtutes vt pote Sallustio suas, integras reliquit. à verbis item antiquis ex Catonis, vt vole- bat Augustus, Originibus excerptis consultò se abstulit. At concinnam illam breuitatem lectissimis, ac significantibus verbis temperatam, suo instituto cum primis accommodam,

tanta

tanta arte expressit, vt propemodum quis dicat non imitatum eum, sed æmulatum. neque enim satis habuit eodem, quo ille, modo orationem ducere, secare, circumscribere, colligare, ac denique à re vna ad aliam transire; nisi & principijs ijsdem libros suos ordiretur, ita tamen, vt quæ ille, teste Fabio, nihil voluit ad historiam pertinere, hic paullo propius ad rem accommodarit. quæ omnia in sacra saltem historia præclare elucere, vel primo oculorum iniectu facile quivis animaduertit. confecta est enim, vt dixi, in primo ætatis flore, cum flagrans eloquætiæ studiū seuera Turonensis contubernij disciplina nondum retinisset.



CARO-



CAROLI SIGONII
IN SACRAM HISTORIAM
B. SVLPICII
SEVERI
COMMENTARIVS.



QVANTA ad omnem humanæ vitæ vsum fœlers veteris memoriæ pertractatio suppeditet adiumenta, nemo omnium præclarius, ac verius meo iudicio docuit, quàm Gregorius Nazianzenus, homo non tam sanctitatis, quàm doctrine, atque eloquentiæ singularis, cum dixit: *Historiam coæruatam esse sapientiam, hominumque multorum mentem in unum collectam.* Etenim, si diligenter attendere voluerimus, facile intelligemus, qui superiorum hominum consilia, actaque mente, animoque suo comprehensa habuerit, eum præclarâ quandam rerum, actionumque humanarum, quibus nihil esse potest inconstantius, artem, doctrinamque nullo negotio confecturum. quam quidem, quoniam ferme fit, vt res similes ex similibus orientur, si ad consilia de rebus suis aut priuatis, aut publicis capiendâ contulerit, profectò prudenter, ac summa ratione, vt conuenit, omnia dispensabit. Quare si tantam ad laudem fructumque sapientiæ colligendum opportunitatem veterum

A

terum

rerum affert annalium comprehensio, temporumq; præteritorum agnitio, nimirum danda homini præcipue opera est, qui potissimum ad cultum sapientiæ natus est, vt huic disciplinæ se in primis addicat, si se suis, siue aliorum consulere actionib. velit. Ceterum vt in plerisque alijs rebus instituendis, sic in iaciendis præclari huius operis fundamentis nescio quo modo præuæ cuiusdam consuetudinis astu abrepti vehementer erramus, ab ijs ferme lustrandis monumentis exordientes, quæ salforum Deorum traditiones, & commentitias fictorum heroum actiones à Græcis, acutissimis hominibus, sed planè veritatis ignaris proditas complectuntur, quibus neque ad aliquem prudentiæ usum, neque ad vllum pietatis fructum excolimus, cum, si quid in nobis sensus, ne dicam saninitatis, inesset, ab ijs potius, quæ sacris continentur Hebræorum litteris, initium ducere deberemus. Nam si prima rerum principia quærimus, non altius repetere, quàm ab ipso mundi, hominumq; quod ibi tractatur, opificio possumus; si vera, nihil tam verum existit, quàm quod Dei ipsius viuientis ore prolatum est; si grauiora, quid magnificentiùs ijs inueniri monumentis potest, in quibus sancta Dei mandata, salutaria promissa, certa oracula, ceteraq; his adnexa salutis nostræ adminicula concluduntur? porro autem vnde aut virtutum exempla præstantiora ad persequendum, aut vitiorum detestationes acriores ad declinandum, aut actiones insigniores ad memorandum, quàm ab ipsis Hebræorum peti commentarijs possunt? in quibus solis aperte docetur, quantum humanum genus aut religione colenda summo præsentis Dei auxilio subleuetur, aut ea negligenda acri eiudem iracundia conteratur. Hæc autem historia quoniam in sacris Bibliorum monumentis longo voluminum multorum sermone contexta multos à sui cognitione, non sine maximo ipsorum detrimento deterret, ob id B. Seuerus Sulpicius, Bituricensis episcopus, homo vt sanctus, sic disertus in primis, & eruditus, huic olim occurrere incòmodo cupiens eandem ita litteris consignauit, vt simul & breuitati orationis, & plenitudini cognitionis seruiet, eos credo imitatus, qui ante se profanas quoque historias in breuiaria non sine summa laude industriæ redegerunt. Quare si quis antiquitatis cognoscendæ cupidus hos sibi libros ab initio legendos proposuerit, nã ille multo sibi melius consuluerit, quàm, si Diodorum sequutus à Cælo, aut Dæmogorgone, & Saturno, reliquisq; his continentibus

continentibus Deorum fabulis orsus fuerit. Quo inde cognito, si gentium præterea ingenio, ac doctrina præstantium scripta, actaq; subinde asciuerit, facile demum ad eum, quem Gregorius significauit, doctrinæ, atque humanæ sapientiæ gradum, initio à vero Deo suscepto, peruenerit. ac summo, præcipuoq; ipsius Dei præcepto simul obtemperauerit. qui ita mandauit: *Non recedat volumen legis huius ab ore tuo, sed meditare in eo diebus, ac noctibus, vt custodias, & facias omnia, quæ scripta sunt in eo. Tunc diriges viam tuam, & intelliges eam. Non declines à verbis huius ad dexteram, vel ad sinistram, vt intelligas cuncta, quæ agis.* Quamobrem hortor omnes, qui se aut sacris, aut profanis studijs dederunt adolentes, vt Seuerum hunc eo animo legant, vt plurimum se non tam in prudentiæ, quàm in religionis, & innocentie studio profecturos esse confidant; addo etiam latinæ eloquentiæ, quam ille tanta industria coluit, vt Sallustianam dictionem nobis magna ex parte expresserit. Hos autem adeo vberes, ac multiplices fructus vt omnes percipere commodius possent, ego dedi operam, vt vberioribus commentarijs res tam graues, ac tam insignes, indicatis potissimum, vnde haustæ illæ essent, fontibus, explicarem. Quæ quantæ utilitatis, atque amplitudinis sint, placet argumento totius huius historici proponendo breuiter edocere. Argumentum autem erit duplex, vnum, quo exterior vis verborum, alterum, quo intimum eorum mysterium explanabitur. Quanquam enim nos hoc loco nudam tantum actionum, institutorumq; Iudaicorum explanationem cursum tradere profiteamur, sit tamen, nescio quomodo, vt dum grauisima Dei, ac salutis nostræ mysteria præterimus, vix continere nos possimus, quin occultiora etiam arcana sæpe insistentes introspiciamus, eaq; quoniam is summus huius lectionis est fructus, ceteris, saltem inuento ad rem digito, accuratius contemplananda monstremus.

Historiæ igitur huius summa est huiusmodi. In principio Deus sex dierum spatio condidit vniuersa. Sexto virum creatum, atque Adæ nomine insignitum in paradiso constituit, ac feminam de illius latere sumptam ei adiunxit. cui vir Eux nomen imposuit. His creatis præcipue mandauit, vt de ceteris paradisi arboribus, præterquam de pomo scientiæ boni, & mali, comederent. Id si fecissent, eos saluos fore, sin minus, mortem oppeturos esse. Quod præceptum illi à diabolo, humani generis ho-

ste, decepti turpissimè violarunt, atque ita de paradiso depulsi, morteq; damnati se, ac posteros suos omnes in perpetuum perdidērunt. Procreati inde ab eis filij, atque nepotes terras compleuerunt. Cum autē Deum fœdis flagitijs, ac libidinibus offendissent, ille vniuersale terris diluuium intulit, quo genus humanū vniuersum extinxit, præter uirum iustum Noe, qui solus cum vxore, & tribus filijs, ac nuribus in arcam ingressus euasit. His conseruatis succreuerē iterum homines, verum rursus mutis simulachris adorandis Deum læsere. Tunc Deus Abrahæ, homini Hebræo, Mesopotamiam incolenti mandauit, vt cum familia sua in terram Chananaeam, quæ ad Iordanem amnem sita, post Iudæa est dicta, con tenderet. atque ei multiplicem ex semine suo progeniem, Christumq; ex ea auctorem salutis humanæ, & firmam semini eius terræ Chananaeæ possessionem promissit. In ea terra Abraham spes genuit Isaac, Isaac verò Iacob, Iacob autem, qui & Israel dictus est, filios duodecim, vnde post tribus duodecim prodierunt, quæ ab ipso Iacob nomen Israelitarum inuenerunt. Isaaci vero, & Iacob Deus promissâ ipsâ factâ Abrahæ confirmauit. Fame inde urgente Iacob in Aegyptum se contulit, vbi Iosèph filius magna apud regem auctoritate, & gratia erat. atque ibi per aliquot annos in iumma rerum prosperitate vixit. Post autem cum mortuo Iacob, & Iosèpho nouus rex Aegyptus Israelitar, quorum iam numerus adoleuerat, acerba seruitute ad infirmandas suspectas eorum opes constringeret, tum Moyses Iacobi abnepos à Deo monitus surrexit, atque ope diuina populum illum occultè ex Aegypto eduxit. Cum autem terram Chananaeam veterem patriam sibi à Deo promissâ iussu Dei repereret, per vastam Arabiæ solitudinem iter instituit. in qua quadraginta annos populum continens, legem à Deo accepit, eamq; populo tradidit. Mortuo interea Moysè, Iosue Naue filius ducatum Israelitarum excepit, atque eos demum in terram Chananaeam perduxit. populisq; qui obstabant, extinctis, eam iuxta Dei promissâ tenuit, ac XII tribubus Israelitarum distribuit. Constituta inde rep. Hebræi primum Iudicibus, deinde Regibus patuerunt. Reges fuere Saul, Dauid, qui sedem in vrbe Hierusalem, & Salomon, qui ibidem templum Dei constituit. quo vita functo, regnum in duas partes diuisum est, quarum vnam expleuerē duæ tribus Iudæ, ac Beniamin, alteram decem alia. atque illud regnum Iudæ, hoc communi nomine Israel appellatum.

Vterque

Vterque populus à Dei cultu, & lege accepta, sed maximè Israëliitarum, defecit. Quare Deus prophetas multos, qui denunciandis calamitatibus eos ab suscepta simulachrorum impietate reuocarent, immisit. Sed nihil profecit. Quo factum est, vt permisso eius subacti Israëliitæ in Assyriam à Salmanassare rege, Iudæi verò post pariter victi vrbe, temploq; euerso in Babylo-niam à rege Nabucodonosore traducti sint. Inde post septuaginta annos in patriam solum Cyri regis Persarum concessu regressi templum, legem, ac denique urbem restituerunt. nec multis post annis rep. intestinis discordijs laborante, ab Antiocho Epiphane Syriæ rege rursus oppressi, & ad sacra gentilium suscipiēda compulsi mox virtute Assaronæorum libertatem, & religionem pristinam receperunt, regiamq; dignitatem iterum usurpauerunt. quoad domesticis rursus seditionibus conflati, primò Romanis, deinde Herodi regi alienigenæ paruerunt. Quo regnante Deus Christum iampridem à se promissum ex Abrahæ, & Dauidis semine oriturum ad mundi conseruationem immisit. Hæc summa huius historiae est. Occultum verò mysterium est huiusmodi. Deus, qui propter bonitatem suam cuncta creauit, simul etiam creauit Adam ad imaginem, & similitudinem suam, dominumq; omnium rerum, quas ipse in terra creauerat, fecit. Ceterum inuidia diaboli, & Adæ inobedientia peccatum in mundum intrauit, & per peccatum mors. omnesq; homines in Adâ, & per Adam peccati labem contraxerunt. Deus verò misericordia non minus, quàm iustitia, præditus Christum Iesum Saluatorem, Abrahæ, & reliquis patribus promissit, qui credentes à morte, & tyrannide diaboli liberaret, cui omnes subiecti fuerant per Adam. Dum autem promissâ salus expectabatur, legem dedit, qua homines peccatum cognoscere, vt Christi aduentum ardentius exoptarent, qui se peccatorum vinculis expe-diret, atque interim per prophetas eundem venturum, & pro hominibus moriturum sepe denunciavit. Postremò Christus missus est eo tempore, quo Deus ipse apud se constituerat, nempe eo, quo abundabat omnis iniquitas. Ille verò verus agnus, & vera hostia homines patri, penas peccatis eorum debitas in Cruce persoluendo, conciliauit, ille à seruitute diaboli liberauit, ille homines Dei filios adoptauit. ille demum in patriam caelestem Chananaeam promissione significatam, induxit. Hæc autem nobis tradita sunt in sacris libris. Quorum alij ve-

A 3 teris

teris, alij noui Testamenti sunt. Veteris appellant, quæ ante Christi aduentum. noui, quæ post eius aduentum memoriæ litterarum sunt consecrata. Veteris sunt GENESIS. qui liber continet res à creatione mundi vsque ad mortem Ioseph filij Iacob, idest omnia, quæ de Adam, Noe, Abraam, Isaac, Iacob, & Ioseph tradita sunt. EXODVS, qui à morte Ioseph, & ab exitu Israelitarum ex Aegypto vsque ad id tempus, quo ad montem Sinai in solitudine peruenerunt, nempe quomodo mare Rubrum transferint, & à Deo per Moysen legem ipsam acceperint. & tabernaculum, atque arcam Dei exponit. LEUITICVS, in quo de Ritibus sacrorum, sacerdotumq; præcipitur. NUMERI, in quo Leuitarum, ac sacerdotum ministeria, atque officia demonstrantur. DEUTERONOMIUM, in quo lex iterum, ac latius traditur. & reliquum itineris vsque ad Iordanem exponitur. Atque hi quinque libri Pentateuchi nomine appellantur, & à Moysè scripti esse putantur. Sextus inde liber est IOSVE. in quo narratur, quo pacto Iosue traiecto Iordane in terrâ Chanaanam Israelitas adduxerit. In septimo, qui IUDICES dicitur, refertur, vt rep. instituta, Israelitæ in Chanaanam Iudices sibi constituerint, qui populo ius dicerent. neque enim regem habere voluerunt, cum Deum solum regem existimarent, & vt sæpe à Deo auersi in manus hostium suorum coniecti sint. In octauo agitur de RHUT vxore aui Dauidis regis, quæ à Moabitibus ad Israelitas accessit. Nonus REGES Iudæorum, & Israelitarum continet, & res gestas, & calamitates eorum, quousque vterq; populus in Assyriam, & Babyloniam est abductus. PARALIPOMENA, quæ sequuntur, eandem narrationem repetunt, verum regum Iudæ tantum, non Israel. Græci verò putantes, quæ præcipuè omiſsa in Regibus fuerant, ibi suppleri, eum librum Paralipomena, quasi prætermiſsa, vocarunt. Eum sequitur liber DANIELIS, qui quanquam inter prophetas refertur, tamen historicè quoque ea persequitur, quæ Iudæi in captiuitate annorum septuaginta perpessi sunt. DANIELI adiungitur ESDRAS, qui facta Iudæorum refert, postquam permissu Cyri regis patrias sedes reuenerunt, ac templum, legem, & urbem renouarunt. Inde NEHEMIAS, qui narrat, vt ipse ope Artaxerſis regis urbem Hierosolymorum excisam à Babylonijs excitauit. Ad eadem verò tempora pertinent etiã mulierum Iudæarum historiæ HESTER, & IUDITH, quæ quibus regibus annectendæ

ctendæ sint, merito & quaesitum est à doctis uiris, & adhuc, vt cum maxime, quaeritur. Vltimi sunt libri duo MACHABAEORVM. qui res gestas Assamonæorum pro libertate Iudæorum contra reges Syriæ complectuntur.

Noui verò Testamenti sunt quattuor EVANGELIA, quæ Christi ortum, vitam, prædicationem, mortem, resurrectionem, & in cælum ascensionem enunciant. Item ACTVS APOSTOLORVM à S. Luca scripti, qui actiones, & prædicationes apostolorum præcipuè SS. Petri, & Pauli post missionem spiritus sancti vsque ad carceres S. Pauli exponunt. Atque hi quidem sacri historiarum sunt libri. Sunt præterea multi prophetæ, qui non tam futura prænuſciarunt, quam præterita retulerunt. vt Ionas, Iſaias, Ezechiel, Hieremias, & de quo diximus, Daniel. quos ad hanc contexendam historiam Sulpicius quoque adhibuit. Ceterum libri illi Veteris Testamenti, hi Noui nomine nuncupantur, quod vt in illis Deus testatus est, sedaturum omnia bona terrena Israelitis legi suæ parentibus, sic in his Christus testatus est, se largiurum omnes cælestes beatitudines non solum Israelitis, sed etiam ceteris omnibus, qui verbis suis fidem habuissent, eaque seruassent. atque illi quidem figuras Christi, & regni cælestis, hi verò Christum ipsum, & regna cælestia traderunt. Atque hæc quidem Procemij loco à nobis præmissa sint. Nunc ad expositionem accedamus, verbis S. Augustini vsurpatis: *Coniungar illis Domine in te, & delecter cum eis in te, qui veritate tua pascimur in latitudine Charitatis, & accedamus simul ad verba libri tui, & quarum in eis voluntatem tuam per voluntatem famuli tui, cuius ea calamo dispensasti.*



RES à mundi exordio.)

Sulpicius scripturnus sacram historiam exordium de more premitit, in quo paucis proponit, quid scribere aggrediarur, quomodo, & qua de causa. Res enim cum inquit, præcipue significat, quæcunque in ijs libris continentur, qui veteris Testamenti nomine appellantur. Sunt autem successiones gentium, & regum in terra Chanaanæ, leges, sacra, bella, ac calamitates eorum populorum, unde genus traxit, quod ad carnem pertinet, Christus. *A mundi autem exordio*, quod dixit, nimirum significavit, se neque à Troia capta, neque ab urbe Roma condita, aut incensa, quod gentiles fecere, narrationis exordium esse facturum, sed à primo tempore, quo Deus creavit cælum, & terram. Quod autem, *Breviter* dixit, nimirum intelligi voluit, se euenta rerum solummodo peritricurum, adiuncta verò earum præteritarum. quod vero, *Carpim*, profectò innuit, se non singulas res eodem modo persecuturum, sed quæ memoratu digniores visæ fuerint, selecturum. Sic enim dixit quoque Sallustius cuius ipse fuit studiosus. *Statim res gestas populi Rom. carpim, ut quæque memoria digna videbantur, perscribere. Cum distincti- ne autem temporum dicit, quia ætates singulorum, & regnorum*

S V L P I C I I S E V E R I

SACRAE HISTORIAE
L I B. I.

RES à mundi exordio sacris litteris editas breviter constringere, & cum distinctione temporum vsque ad nostram memoriã carptim dicere aggressus sum: multis id à me studiosè efflagitantibus, qui diuina, compendiosa lectione cognoscere properabant. Quorum ego voluntatem secutus, nõ peperci labori meo, quia ea, quæ permultis voluminibus perscripta continentur, duobus libellis concluderem: ita breuitati studens, ut pæne nihil gestis subdixerim.

series, regumq; annos ostender. idq; vsque ad suam memoriã, idest vsque ad consularum primum Sciliconis, imperante Honorio, qui in annum Christi quadringentesimum incidit. nempe, ut ipse supputat, anno ab orbe condito quinquies millesimo octingentesimo nonodecimo. Causam inde descriptionis adiungit, cum se *voluntate eorum adduci* inquit, qui sacrae historiae compendium cognoscere studeat, maiore credo, Bibliorum mole deferri. Addit inde, quid perfecit, quippe magno labore, quæ multis disita voluminibus erant, duobus libellis inclusisse tanta breuitate, ut nihil tamen de rerum integritate detraxerit. *multa* vero volumina intelligit non solum sacra Biblia, sed etiam gentium libros, & Iudæorum, quos ad contexendam, & suppleendam hanc vsque ad Christum historiam aduocauit. *Nihil* autem *gestis rebus subduxit*, quia rerum omnium euenta narrauit, quamuis earum adiuncta siluerit, ut cum urbem aliquam deletam dixit, nihil rei gestæ subduxit, quamuis neque quomodo capta, neque quo consilio, aut quo pacto deleta sit, docuit. quæ enim rem, aut antecedunt, aut consequuntur, adiuncta dicuntur.

Visum autem mihi est non absurdum, cum vsque ad Christi crucem, Apostolorumq; actus per sacram historiam cucurrisssem, etiã post gesta conuerrere: Excidium Hierosolymæ, vexationesq; populi Christiani, & mox pacis tempora, ac rursum Ecclesiarum interstinis periculis turbata omnia locutus.

Visum autem.] Quoniam sacra historia, Vetere, & Nouo Testamento comprehensa morte Christi, & actibus apostolorum expletur, propterea monet, se vltra illud tempus narrationem etiam producturum, quæ res cognitu præclaræ acciderint, ut excidium Hierosolymæ, Persecutiones Christianorum, & post partam pacem seditiones ecclesiarum. *Vexationes* enim *populi Christiani* vocat decem Persecutiones, quibus Romani Imperatores Christianos vexarunt, *Pacis tempora* intelligit, quæ inceperunt regnante Constantino, qui primus Imperator Christianus libertatem Christi colendi omnibus dedit. Cum autem inquit, *narras*

us ecclesiarum intestinis periculis turbata omnia, hæreses excita-
tas significat, Arrianam, & Priscillianistarum. has enim præ-
cipue persequetur.

Ceterum illud.] Histo-
ria Hebræorum vsque ad
Transmigrationem in Baby-
loniam continuata tempo-
rum serie in Biblijs scripta
est. inde deficientibus anna-
libus interrumpitur. neque
enim extant Commentarij,
qui tēpora captiuitatis ex-
plant, & post reparatam
à Neemia urbē multa vsque
ad Selenicum Syriæ regem
desiderantur. expleta vero
Machabæorum narratione,
quæ Ioanne Hyrcano rege concluditur, cetera vsque ad Chri-
stum à Biblijs absunt, & à Iosepho mutuanda sunt. neque vero
Euangelia nisi trium ferme annorum historiam tradiderunt.
Quare in his angustijs positus Sulpicius fateatur, se v sum esse hi-
storij genitium in dispensandis temporibus per reges Persicos,
Syriacos, & Romanos. idq; vt imperitos temporum edoceret,
peritos autem, sed aliter annos ab orbe conditō subducentes au-
thoritate gentilium refutaret. recte. historiz enim lumen est di-
spositio temporum.

Veruntamen ea.] Mo-
net demum, ne quis sacris
Biblijs prætermisiss, hos
libros legat, sed postquam
ea peruoluarit, hos demum
adeat, & inde cognitionē,
hinc recognitionem potius,
quàm cognitionem aliquā
petat. Nam mysteria re-
rum diuinarum eiusmodi
esse, vt nisi ex ipsis fontibus

Ceterum illud non pige-
bit fateri, me, sicubi ratio
exegit, ad distinguenda tē-
pora, continuandamq; se-
riem, vsum esse historicis
ethnicis, atque ex his quæ
ad supplementum cogni-
tionis deerant vsurpasse, vt
& imperitos docerem, & lit-
teratos conuincerem.

Veruntamen ea, quæ de
sacris voluminibus breuia-
ta digessimus, non ita le-
gētibus auctor accesserim,
vt prætermisiss illis, vnde
hæc deriuata sunt, appe-
tantur: nisi cū illa quis fa-
miliariter nouerit, hic re-
cogno-

cognoscat, quæ ibi legerit.
Etenim vniuersa diuinarum
rerum mysteria non nisi ex
ipsis fontib. hauriri queunt.
Nunc initium narrandi fa-
ciam.

hauriri non possint. quibus
verbis significat, in ipsis He-
braicæ historiae verbis secre-
tius aliquid contineri diuer-
sum ab eo, quod litteris nū-
cietur. quod quoniam ipse
non patefecit, propterea ex
fonte ipso esse petendum.
Vnusquisque verò intelli-
ger, qui non tanquam Faustus Manichæus se geret, qui, vt inquit
S. Augustinus, *oculis clausis nihil se in litteris illis inuenisse dixit, quod
ad prænunciationem Christi pertineret. Quid autem mirum, inquit
si oculos habet ad legendum, & cor ad intelligendum non habet, qui
positus ante ostium clausum diuini secreti, non fide pietatis pulsatus, sed
electione impietatis insulsiat.*

A D A M.

MVNDVS A DOMINO
constitutus est, abhinc an-
nos iam pene sex mil-
lia, sicut processu volumi-
nis istius digeremus: quā-
quam inter se parum con-
fentiant, qui rationem tem-
porum inuestigatam edide-
runt. Quod cum vel Dei
nutu, vel vitio vetustatis
eueniat, calumnia carere
debebit.

MVNDVS A DOMI-
NO.] Qui sacram histo-
riam subtilius sibi ti. Tandā
susceperunt, ferme illius tē-
pora in sex ætates distribue-
runt, vnā ab Adam vsque
ad Noe, alterā à Noe vsq;
ad Abraham, tertiā ab Abra-
ham vsque ad Dauidem,
quartā à Dauide vsque ad
transmigrationem Iudæo-
rum in Babyloniam, quin-
tam à captiuitate ad Chri-
stum, sextam à Christo ad
mundi finem. Hæc est igitur
prima ætas, de qua sic

S. Augustinus in libro de Genesi contra Manichæos. *Videō per
totum textum diuinarum scripturarum sex quasdam ætates operosas
certis quasi limitibus suis esse distinctas, vt in septima speretur re-
quies. & easdem sex ætates habere similitudinem istorum sex die-
rum, in quibus ea facta sunt, quæ Deum fecisse scriptura commemorat.
Primordia enim generis humani, in quibus ista luce frui capit, be-
ne comparantur primo diei, quo fecit Deus lucem. Hæc ætas tan-
quam*

quam infantia deputanda est ipsius vniuersi seculi. quòd tanquam unum hominem proportionè magnitudinis sue cogitare debemus, quia unusquisque homo cum primo nascitur, & exit in lucem, primam ætatem agit in infantia. hæc tenditur ab Adam usque ad Noe, generationibus decem. quasi vespèra huius diei sit diluuium, quia & infantia nostra tanquam obliuionis diluuium deletur. Continet autem prima ætas ex supputatione Græcorum, idest LXX interpretum, quos sequitur Sulpicius, bis mille ducentos quadraginta duos annos. in quibus Mundus initio est constitutus, Homo creatus, & ornatus, Adam Dei mandatis neglectis morte damnatus, Cain Abel fratrem occidit, ac posteri Seth illicitis committionibus initis, Deo præcipuè offenso, diluuiò perditum sunt vniuersi præter vnum virum iustum Noe, vnde secunda ætas est propagata. Quod autem dixit Sulpicius, *Mundum à Domino constitutum*, opera quinque dierum expressit. quæ illis primis verbis comprehensa post latius exprimuntur. *in Principio creauit Deus caelum, & terram.* magis autem propriè loquutus esset, si & ipse, *Mundum à Deo constitutum* dixisset, quàm à Domino. Nam Deus respicit creationem, Dominus imperium in res creatas, & legem. nunc verò de creatione agitur, in alijs verò locis vtraque vox sine discrimine vsurpatur. Quod autem inquit, *abhinc annos pene sex millia*, rectè dixit, si quidem ex supputatione eius colligebatur tum anni quinquies mille octingenti nouemdecim. Moueo tamen, apud Sulpicium numeros sæpissime contra rectum Latine linguae vsum effèri, vt hoc loco, *Annos sex millia*, cum mos Latinus ferat, vt aut *annos sexies mille*. aut *annorum sex millia* scribatur. id autem videri non Sulpicij vitio factum, sed librariorum. qui quos numeros ille notis expressit, explicare verbis volentes perperam ediderunt. Ea verò si corrigere omnia vouerimus, nã nos laborem leuiorem, quàm qui nostri est instituti, suscepisse videbimur. Addit inde *parum inter se consentire, qui rationem temporum inuestigatam ediderunt*. quibus verbis excusat se, si à ceteris in annorum summa dissentiat. nam scriptores varijs inter se sententijs dissideat. Huius autem varietatis aliã in alijs temporibus causã sunt, sed in prima, & secunda ætate Hebræorum, Græcorumq; dissensio præcipuam differentiam peperit. nam Hebræi primæ ætati annos mille sexcentos quinquaginta sex tribuunt, Græci verò, idest septuaginta interpretes, annos bis mille trecentos quadraginta duos. id verò vel Dei

nutu

nutu euenit, vt inquit Sulpicius, qui nobis hanc veritatem prodere noluit, vel verustatis vitio, per quam aliquot in libros mendæ irrepererint. S. Augustinus, cum hanc discrepantiam cerne- ret, haud confiteri erubuit libro xv de ciuitate Dei, se huius rei rationem nescire. Diuerfitas autem est hæc inter Hebræos, & Græcos.

Adam anno 130. genuit Seth.	Græci 330.
Seth anno 105. genuit Enos	Græci 205.
Enos anno 90. genuit Cainam	Græci 190.
Cainas anno 70. genuit Malaleel	Græci 170.
Malaleel anno 65. genuit Jared	Græci 165.
Jared anno 162. genuit Enoch	Græci 162.
Enoch anno 65. genuit Mathusalem	Græci 165.
Mathusalem anno 187. genuit Lamech.	Græci 187.
Lamech anno 182. genuit Noe.	Græci 188.

Hic anno sexcentesimo arcam propter diluuium inuiuit.

Mundo autem condito, homo factus est: viro Adã, mulieri Eua nomen fuit. Sed constituti in paradiso, cùm interdictam sibi arborum degustassent, in nostram, velut exules, terram eiecti sunt.

Mundo autem condito.] Hæc est insignis creatio hominis. Deus enim ceteris animantibus ante creatis, illum sexto demum die, & creauit, & amplis muneribus decorauit. Sic enim primo capite Genesis. *Creauit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam, masculinum, & feminam, benedixitq; illis, & ait. Crescite, & multiplicamini, & replete terram, & subijcite eam. & dominamini piscibus maris, & volatilib. cæli, & vniuersis animantibus, quæ mouentur super terram. & cap. II. Formauit Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem. & post. Immisit Deus soporem in Adam, cùmq; obdormiisset, tulit vnam de costis eius, & repleuit carnem pro ea, & edificauit costam, quam inlerat de Adam in mulierem, & adduxit eam ad Adam, & dedit ei in uxorem. Item. Deus Adam in paradiso voluptatis, quem plantauerat, posuit, dicens, ex omni ligno paradisi comede. de ligno autem scientiæ boni, & mali ne comedas. in quocumque enim die comederis*

mederis ex eo, morte morieris. Cum porro subijcit, *Sed constitui in paradiso cum interdiciam sibi arborem degustassent, in nostram velut exules, terram eieci sumi*, Peccatum exponit, quod commisit Adam, & pœnam, qua ipse cum vniuerso genere humano à Deo multatus est, vt summis bonis spoliatus extrema mala sit consequutus. neque enim solum à paradiso eiectus est, sed etiam mortalis corpore, & anima factus est, siquidem peccatum occidit animam, ne Deum videre possit. Fortasse autem queratur, quis paradisi iste fuerit, & quis hominem ad mandata Dei violanda impulerit. Longæ sunt ad respondendum ambages. Afferam verba S. Augustini, quibus rei huius difficultas exponitur. Is in libro de Genesi sic inquit. *De paradiso tres sunt sententia, una eorum, qui tantummodo corporaliter paradysum intelligi volunt, alia eorum, qui spiritaliter tantum, tertia eorum, qui utroque modo. quam mihi fateor placere sententiam. narratio enim in Genesi non genus locutionis figuratarum rerum est, sicut in Cantico Cantico, rum, sed omnino gestarum est, sicut in Regnorum libris, & huiusmodi ceteris. Sed quia illic ea dicuntur, quæ humanæ vitæ usus notissimus habet, non difficile, immo promptissime primitus accipiuntur ad litteram, ut deinde ex illis, quid etiam futurorum res ipse gestæ significauerint, exculpatur. Ceterum ex alijs plerique in Chaldaea fuisse paradysum existimarunt. S. autem Ioannes Chrysostomus putauit, post diluuium locum hunc ita esse obscuratum, vt in hominum ignoracionem incidit. Adam autem ad pomum interdictum gustandum ab vxore inductus est, quam serpens, idest diabolus, humani generis hostis deceperat, dicēs, Nequaquam morte moriemini. Scit enim Deus, quod in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij scientes bonum, & malum. Quare mulier comedit, & dedit viro suo, qui comedit. deinde rogata à Deo, Cur comedisset, respondit. Serpens decepit me. Ceterum, vt S. Augustinus scribit in libro de salutaribus documentis, diabolus est angelus per superbiam separatus a Deo, qui à semetipso deceptus, nos decipere festinat. nam cum primum hominum Adam ex limo terræ ad imaginem Dei factum videret pudicitia ornatum, temperantia compositum, caritate circumdatum, immortalitate vestitum, amulius, atque inuidus, tantam beatitudinem hominem terrenum accepisse, quam ipse, dum esset angelus, per superbiam cognoscitur amisisse, inuidit statim insatiabilis homicida primo parenti nostro, nos, nostrosq; parentes tantis, & talibus bonis*

bonis expoliavit, insuper & peremit. Item de ciuitate Dei libro tertio decimo cap. secundo. *Postquam superbus ille angelus, ac per hoc inuidus, per eandem superbiam à Deo ad semetipsum conuersus, & quodam quasi tyrannico factu gaudere subditis, quam esse subditus, eligens, de spiritali paradiso cum socijs cecidit, qui ex angelis Dei angeli eius effecti sunt, male suasa versutia in hominis sensum serpere affectauit. Cui utique stanti, quoniam ipse ceciderat, inuidebat, colubrum in paradiso corporalis, ubi cum duobus illis hominibus masculo, & femina animalia etiam terrestria cetera subdita, & innoxia versabantur, animal scilicet lubricum, & toruosis anfractibus mobile operi suo congruum, per quem loqueretur, elegit. eoque, tanquam instrumento abutens fallaciam sermocinatus est feminae. Hæc ille.* Hinc ergo omnium humani generis calamitatum initium. nam emisit Deus Adam è paradiso voluptatis, vt operaretur terram, de qua sumptus est. Neque hoc solum, sed, vt scripsit S. Paulus quinto ad Romanos, *Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt.* Morti autem animæ Deus se consulurum per Christum statim post peccatum Adæ significauit, inquiring conuersus ad serpentem mulieris seductorem. *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & semen tuum, & semen illius, ipsum conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius,* idest, vt mystici interpretantur, Christus è virgine natus conteret caput diaboli, ipse verò extremos quosque tantum disperdet. atque ita hæc est prima Christi à Deo mittendi promissio, qui hominibus propter peccatum morte damnatis salutem afferat. atque, vt dixit S. Paulus, mortem eorum moriendo euertat, ad quem unum, tanquam ad finem, omnes partes huius historiae referuntur, vt postea loco suo ostendetur.

Deinde ex his Cain, atq; Abel nascuntur. sed Cain impius, fratrem interemit. Filium Enoch habuit, à quo primum ciuitas condita est, auctoris nomine vocitata. Ex hoc Irad, atque

Deinde ex his Cain.] Hæc est cædes Abelis à fratre Cain perpetrata, quod secundum in terris fuit hominum scelus. Ceterum plures filios genuit Adam, sed nominantur tantum primi duo Cain, & Abel. de quibus sic scriptura. Cain agricola,

agricola, Abel pastor ovium fuit. Cumq; Cain munera Deo de terra fructibus obtulisset, Abel vero de primogenitis gre- gis sui, Deus Cain munera non respexit, Abel vero respexit. Quare accensus Cain Abel fratri suo vitam eripuit, ac propterea Deus illi coram se adesse iussu maledixit. Satis autem constat, placere theologis, iustum sanguinem ipsius Abe- lis typum esse iusti sangui- nis, quem Christus effusus erat pro nobis. Idem autem Cain filium Enoch habuit, à quo primam civi- tatem condita est, auctoris nomi- ne vocitata. Excepto Abel duos quoque nominat scri- ptura Adæ filios, Cain, & Seth, qui post necem Abel à patre ge- nitus est, vt impiorum, piorumq; progeniem proderet. itaque stirpem vtriusque commemorat, vt, quemadmodum Christus ex pio hominum genere ortus sit, doceat. cuius rei hoc loco placet summam breuiter informare. Duo fuere filij Adæ, Cain, & Seth. progeniem Cain, vt quæ à Deo deficiuerit, & falsos, Deos, ac lacra asciuerit, scriptura in longum admodum non pro- ducit. Seth vero vsque ad Christum perducit. Ceterum post Seth decimus fuit Noe, homo iustus. hic tres filios habuit Sem, Cham, & Iaphet. Ex Sem pij homines procreati, idest, qui in Dei cognitione manserunt, ex ceteris, ij qui se ad falsa nomina contulerunt. Posterij Sem Hebræi sunt dicti. Ex femine Sem decimus fuit Thara, qui tres filios habuit, Abraham, Nachor, & Aram. solus Abraham verum Deum coluit, reliquis ad simu- lachra veneranda traductis. Abrahæ filij fuere Ismael, & Isaac, Isâacis vero Esau, & Iacob. eadem ratione progenies Isâac, & Iacob veri Dei cultum retinuit, Ismaelis vero, & Esau femine sal- forum Deorum asciuit. Iacob item duodecim filios suscepit, &

ex eo Mamahel nascitur. hic Mathusalam filium ha- buit: isq; Lamech genuit, à quo iuuenis quidam ocei- sus traditur, nec tamen no- men refertur occisi. quod quidem futuro mysterio fuisse præmissum, à pru- dentibus æstimatur. Igitur Adam post necem filij mi- noris, Seth filium procrea- uit, cum iam tricesimum & ducentessimum annum ætatis impleisset. Vixit au- tem annos D C C C C X X X.

Ioseph

Ioseph filius eius duos. vnde tribus, ac populus Israëitarum est propagatus, lege à Deo, & multis alijs beneficijs decoratus. Ex his decem tribus ad cultum simulachrorum, relicta Dei lege, tran- latae sunt sola tribus Iudæ, & Beniamin ei adiuncta cum Leuitis in vetere disciplina permantit, vnde populus ipse Iudæi sunt ap- pellati. quæ tribus Iudæ genus ducebat à Iuda filio Iacob, nepore Abraham, cuius stirpem scriptura propterea vsque ad extremum est persecuta, vt ortum Christi, à quibus secundum carnem ma- nasset, ostenderet. Nominat ergo hoc loco stirpem Cain. & ait Cain genuisse Enoch, & condidisse urbem, quam à nomine filij Enoch appellavit. Fallitur autem Sulpicius, qui urbem ab Enoch conditam prodit. cum à Cain condita, sed nomine Enoch insi- gnita sit. sic enim Genesis cap. i v. consentientibus Hebræis, & Græcis. *Cognovit Cain uxorem suam, quæ concepit, & peperit Enoch, & ædificauit civitatem, vocavitq; nomen eius ex nomine fi- lij sui, Enoch.* Quæsitum est autem antiquitus, quomodo Cain condere urbem potuerit, cum adhuc in terris tantam essent viri tres Adam, Cain, & Enoch. Respondet S. Augustinus in libris de ciuitate Dei, Moysem non omnes homines, qui tunc esse potue- runt, nominasse, sed eos solos, per quorum successione gener- ationibus ab vno homine propagatis ad Abraham perueniret, ac deinde ex eius femine ad populum Dei. addit etiam, cum prima illa ætate diutissimè viuerent, nasci per tam multos annos pluri- mos homines potuisse, quorum cœtibus condi possent etiam plu- rimæ ciuitates. cum enim plures spatium nongentorum annorum transirent, adeo per vnius hominis ætatem multiplicari genus humanum potuisse, vt esset, vnde non vna, sed plures ciuitates constituerentur, neque Cain nomen ciuitati statim imposuisse, sed postquam eius familia ita creuit, vt haberet populi multitu- dinem. Posteritas verò Cain fuit hæc, Enoch, Irad, Mamahel, Mathusala, Lamech, qui exemplo atavi sui Cain cædem in terra fecit. vt ipse Genesis i v. testatur, his verbis. *Audite vocem meam uxores Lamech. Quoniam occidi virum in vultibus meis, & adole- scentulum in linorem meam, septuaginta vltio dabitur de Cain, de La- mech vere septuagies septies.* Rectè. Grauius enim peccauit La- mech, quam Cain. quia Cain exemplum non habuit, quo à cæde patranda deterreretur, at Lamech exemplo Cain debuit auocari. [Mysterium] autem, de quo loquitur Sulpicius, fuit, vt peccatum Lamech, idest omnium hominum, effusione sanguinis Christi

B

lucre-

lueretur. Huc enim tota hæc historia, vt dixi, refertur. Porro autem cum addit, [*Adam post necem filij minoris Seth filium procreauit, cum iam tricesimum, & discentiesimum annum ætatis impleisset*] sequitur supputationem septuaginta interpretum. nam ita habet. *Vixit Adam centum triginta annis, & genuit filium Seth. Et factum est omne tempus, quo vixit Adam, anni C M X X X. & mortuus est.* Seth verò Hebraicè est resurrectio, quia in eo suscitatum est semen iustum, quod est stirps filiorum Dei, vt theologi produunt.

Seth vero Enos, Enos Cainam.] Nunc persequitur alteram progeniem, nempe ipsius Seth vsque ad Noe, vt hominum stirpium, vnde Christus originem est ducturus. nominantur autem non semper primogeniti, sed ij, per quos ordo succedentium stirpium possit cõtexti, in quorum familijs Dei promissiones hæserunt. restis est S. Augustinus de Ciuitate Dei. libro x. v. Hæc est autem successio illa, quam supra cū suis annis exposui. In vtraque autem progenie est Enoch, quorum ille vbi nomen dedit, hic [*translatus est propter iustitiam a Deo.*] Sic enim cap. v. *Et ambulauit Enoch cum Deo. & non apparuit, quia tulit eum Deus.* & S. Paulus cap. xi. ad Hebræos. *Fide Enoch translatus est, ne videret mortem, & non inueniebatur, quia transiit illum Deus. ante translationem enim testimonium habuit, placuisse Deo.*] Item in stirpe posterorum Seth est Mathusala, & Lamech, vt etiam fuerunt in illa Cain. Hic est autem Mathusala, qui vixit annos C M L X I I. id est vsque ad annum diluuij, vt Hebræi produunt, nam septuaginta interpretes post diluuium x i v. annos mortem eius produunt, quæ res quæstionem maximam teste S. Augustino attulit, cum post diluuium Noe solus cum familia conseruatus sit. De Noe verò sic Genesi cap. v. i. *Noe vir iustus, atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulauit.*

Qua

Qua tempestate cum iam humanum genus abundaret, angeli, quibus cælum sedes erat, speciosarum forma virginum capti, illicitas cupiditates appetierunt: ac naturæ suæ, originisq; degeneres, relictis superioribus, quorum incolæ erant, matrimonijs, se mortalibus miscuerunt. Hi paulatim mores noxios conferentes, humanam corrumpere progeniem, ex quorum coitu Gigantes editi esse dicuntur, cum diuersa inter se naturæ permixtio monstra gigneret. Quibus rebus ostensus Deus, maximeq; malitia hominum, quæ ultra modum procefferat, delere penitus humanum genus decreuerat.

Interpretati sunt angelos, & [*filijs hominum*] feminas, quos sequitur Sulpicius, alij illos homines iustos, progeniem Seth, hos iniustos ex progenie Cain, quorum illi secundum Deum viuerent, hi secundum hominem. Hanc quæstionem tractauit S. Augustinus libro x. v. Cap. v. i. l. & x. x. i. l. de ciuitate Dei. Porro autem, cum addit. [*Ex quorum coitu gigantes editi esse dicuntur.*] expressit illa verba. *Gigantes erant super terram in diebus illis. Postquam enim ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, illæq; genuerunt, isti sunt*

Qua tempestate.] Alia flagitia hominum adiicit, quibus offensus Deus diluuium inferre decreuit. Peccauit enim Adam de arbore interdita gustando, peccauit filius eius Cain fratri Abel vitam eripiendo, peccauit abnepos eius Lamech inuenem quandam occidendo, denique peccarunt ex altera stirpe iusti homines, cõnubia cū filiabus iniultorum hominum celebrando. Quare Deus cum improbitatis humanæ mira facta incrementa vidisset, genus humanum delere, aut certe renouare decreuit. Hoc autem totum expressum est his verbis Genesi cap. vi. *Cumq; cepissent homines multiplicari super terram, & filias procreassem, videntes filij Dei filias hominum, quod pulchre essent, ac ceperrunt sibi uxores, quas elegerant. Dixitq; Deus. Non permaneat spiritus meus in hominibus his, quia caro sunt. eruntq; dies illius centum viginti annorum. Ceterum filios Dei.] alij interpretati sunt angelos, & [*filijs hominum*] feminas, quos sequitur Sulpicius, alij illos homines iustos, progeniem Seth, hos iniustos ex progenie Cain, quorum illi secundum Deum viuerent, hi secundum hominem. Hanc quæstionem tractauit S. Augustinus libro x. v. Cap. v. i. l. & x. x. i. l. de ciuitate Dei. Porro autem, cum addit. [*Ex quorum coitu gigantes editi esse dicuntur.*] expressit illa verba. *Gigantes erant super terram in diebus illis. Postquam enim ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, illæq; genuerunt, isti sunt**

B 2

po-

potentes à seculo viri famosi. Quæ verba, vt inquit S. Augustinus, sitis indicant, iam illis diebus tuiſſe gigantes super terram, quando filij Dei acceperunt vxores filias hominum, sed & postquam hoc factum est, nati sunt gigantes. Quod autem ait, [his rebus offensum Deum, maximeq; malitia hominum, quæ ultra modum proceſſerat, delere penitus humanum genus decreuisse,] ibi sic expressum est. *Videns autem Deus, quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, pœnituit enim, quod hominem fecisset in terra, & præcauens in futurum, & tactus dolore cordis intrinsecus, Delebo, inquit, hominem, quem creauit, à facie terre.*

Sed Noe virum iustum.] Erat ex stirpe Seth, id est hominum iustorum, solus Noe iustus. Itaque, vt ibi scriptum est, *inuenit gratiam coram Deo. vir enim iustus, atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulauit.* vnde S. Paulus cap. x. i. ad Hebræos. *Fide Noe responſo accepto de ijs, quæ adhuc non videbantur, metuens aptari arcam in salutem domus sue.* Conseruaturus autem Deus ipsum Noe propter iustitiã eius, rationem vniuersalis euadendæ cladis edocuit, in quibus: *Ingrede te, & omnis domus tua in arcam. te enim vidi iustum coram me in generatione hac.* Et fecit Noe omnia, quæ mandauerat illi Deus. Hac autem arca præfiguratum item esse Christum venturum multis verbis docuit S. Augustinus libro 4. v. de Ciuitate Dei cap. xxv.

Sed Noe, vitum iustum, vita innocens destinata ex mit sententiã. Idem admonitus à Domino, diluuium terris imminere, arcam imensæ magnitudinis ex lignis contexuit: ac bitumine illitam, impenetrabilem aquis reddidit. qua ille cum vxore, ac filijs tribus, & totidem nuribus est clausus: volucrum etiam paria, itidemq; diuersi generis bestiarum, eodem clauſtro recepta: reliqua omnia diluuiò absumpta. Igitur Noe, cum iam imbrem destituisse, ac quieto in salo arcam circumferri intelligeret, ratus id quod erat, aquas decedere, coruum primùm explo-

myſti-

randæ rei gratia, eoque non reuertente, vt ego conijcio, cadaueribus detento emisit columbam: quæ cum consistendi locum non reperisset, reuersa est. Rursum emisit, folium oliuæ retulit, manifestum indicium, nudari cacumina arborum. tertio demum emissa, non redijt: vnde animaduersum, aquas destituisse. ita Noe arcam egressus est. id gestum à mûdi exordio, post annos (vt ego comperio) 11. cc. duos & quadraginta.

cum iam imbrem destituisse, ac quieto in salo arcam circumferri intelligeret,] non apparet, quis sit hic imber, quem destituisse ait: quia supra non nominauit, Imbrem autem destituisse sic in Genesi scriptum est. Reuerſe sunt aque euntes de terra, & redeuntes, & ceperunt minui post centum quinquaginta dies. requieuitq; arca mense septimo, viceſimo septimo die mensis super montes Armenie. Quod autem inquit de coruo, [vt ego conijcio,] iccirco dixit, quia nihil tale in Genesi repperit. sed naturam auis cadauera conſectantis respexit. sic est autem ibi. Cumq; transſſent quadraginta dies, aperiens Noe fenestram arce, dimisit coruum, qui egrediebatur, & non reuertebatur, donec siccarentur aque. emisit quoque columbã, post eum, vt videret, si iam cessassent aque super terram. quæ cum non inuenisset, ubi requiesceret pes eius, reuersa est ad eum in arcam. De columba verò iterum emissa inde ita pergitur. Rursum dimisit columbam. at illa venit ad eum portans ramum oliuæ virentibus folijs in ore suo. Post septem dies emisit eandem, quæ non est reuersa ad eum. Intellexis ergo Noe, quod cessassent aque super terram. Ex his apparet Sul-

myſticam verò magnitudinem eius tradidit lib. x. i. contra Faustum. Bitum est Asphaltus in ijs locis iam tunc copiosa. vnde lacus Asphalti, in quem se Iordanes effundit. Cum autem ait. [Volucrum etiam paria, itidemq; diuersi generis bestiarum eodem clauſtro recepta. reliqua omnia diluuiò absumpta.] nimis angustè scripturæ sententiã reddidit. Nam omisit, vt Deus aquas de celo per dies quadraginta, totidemq; noctes effuderit, inde enim sequitur. *Consumptaq; est omnis caro, quæ mouebatur super terram volucrum, animalium, bestiarum, omniumq; reptilibus, quæ reptant super terram.*

Itaq; cū adijcit, [Igitur Noe, cum iam imbrem destituisse, ac quieto in salo arcam circumferri intelligeret,] non apparet, quis sit hic imber, quem destituisse ait: quia supra non nominauit, Imbrem autem destituisse sic in Genesi scriptum est. Reuerſe sunt aque euntes de terra, & redeuntes, & ceperunt minui post centum quinquaginta dies. requieuitq; arca mense septimo, viceſimo septimo die mensis super montes Armenie. Quod autem inquit de coruo, [vt ego conijcio,] iccirco dixit, quia nihil tale in Genesi repperit. sed naturam auis cadauera conſectantis respexit. sic est autem ibi. Cumq; transſſent quadraginta dies, aperiens Noe fenestram arce, dimisit coruum, qui egrediebatur, & non reuertebatur, donec siccarentur aque. emisit quoque columbã, post eum, vt videret, si iam cessassent aque super terram. quæ cum non inuenisset, ubi requiesceret pes eius, reuersa est ad eum in arcam. De columba verò iterum emissa inde ita pergitur. Rursum dimisit columbam. at illa venit ad eum portans ramum oliuæ virentibus folijs in ore suo. Post septem dies emisit eandem, quæ non est reuersa ad eum. Intellexis ergo Noe, quod cessassent aque super terram. Ex his apparet Sul-

B 3

cium

cium ex ingenio illa verba suppleſſe. [*Manifestum indicium, nudavi cacumina arborum.*] Supputans inde tempora addit. [*Id geſtium à mundi exordio poſt annos (ut ego comperio) 11, & c c x l i i.*] loquens, ut dixi, iuxta ſupputationem l x x. interpretum. Atq; hæc prima humani generis ætas fuit. qua propter impietatem à Deo extincta, humanum genus in vno Noe, qui eſt Chriſti Saluatoris venturi typus, eſt renouatum.

NOE

Ac primū Noe aram Domino ſtatuit.] Hæc eſt ſecunda hominum ætas, de qua ſic S. Auguſtinus. *Incipit mane temporibus Noe ſecunda ætas, tanquam pueritia, & tēditur hæc ætas uſque ad Abraham alijs generationibus decem. & bene comparatur ſecundo diei, quo factum eſt firmamentum inter aquam, & aquam, quia & arca, in qua erat Noe cum ſuis, firmamentum erat inter aquas inferiores, in quibus natabat, & superiores, quibus complēbatur. Huius vesp̄ra eſt confuſio linguarum in eis, qui turrim ædificabant. Sed nec iſta ætas ſecunda generauit populum Dei, quia nec pueritia apta eſt ad generandum. Hæc ille. Complectitur autem hæc ætas, vt Noe aram Deo ſtatuerit, ſacrificium ex animabus fecerit, præceptum à Deo de cibis immundis, & cede humana vitanda cum benedictione acceperit, vite ſata ebrius factus à filio Cham irriſus ſit. vt poſteri eius diuerſas terras occupaturi gloria cauſſa turrim cælo æqualem extruere nixi ſint. quod opus Deus linguarum diuerſitate immiſſa impediuerit. vnde mox populorum diuiſio, & terrarum occupatio conſecuta ſit. De ara vero, & ſacrificio Noe ſic cap. v i i i. Genetiſ: *Ædificauit Noe altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis obtulit holocauſta ſuper altare. De præcepto vero cum benedictione à Deo accepto. cap. i x. Benedixitq; Deus Noe, & filiis eius, & dixit ad Noe. Et omne, quod mouetur, & vniuerſis vobis in cibum, quaſi oleæ virentia tradidi vobis omnia, excepto quòd carnem**

carnem cum ſanguine non comedetis. Quicumque autem effuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius. ad imaginem quippe Dei factus eſt homo. Quod autem addit de ſuo Sulpicius. [Quia mundi primordia mandati iſtius liber Cain maculauerat.] ſignificat, leuiorem eius pœnam fuiſſe, quia legem nullam, quæ eadē prohiberet, habuerit. vt enim plus peccauit Lamech, quàm Cain, quòd exemplo reuocari à nece debuit, ſic poſteri Noe grauiſſimo ſcelere ſe obſtrigent, ſi quid tale fecerint, quia lege prohibebuntur.

Igitur vacuo tum ſeculo, ex filiis Noe Sem fuit. tres enim habuit: Sem, Cham, Iapheth. Sed Cham, quòd ſopitum vino patrem iſerat, maledictum à patre meruit.

Igitur vacuo tum ſeculo ex filiis Noe Sem fuit. tres enim habuit, Sem, Cham, Iaphet.] Vt Adæ, ſic Noe progeniem ex Geneſi prodat, qua ad Abrahamum populi Deo dilecti, auctorem peruenire poſſit. Sic enim eſt cap. i x. *Erant ergo filij Noe, qui egreſſi ſunt de arca Sem, Cham, & Iaphet, à quibus diſſeminatum eſt omne genus humanum ſuper vniuerſam terram.* Multa verò interim prætermiſit, quæ ad hiftoriam pertinentia ſunt in Geneſi. *Quippe cepit Noe vir agricola exercere terram, & plantauit vineam, bibensq; vinum inebriatus eſt, & nudatus in tabernaculo ſuo. Quod cum vidiffet Cham, verenda ſcilicet patris ſui eſſe nudata, nunciavit diobus fratribus ſuis foras. At vero Sem, & Iaphet pallium impoſuerunt humeris ſuis, & incedentes retrorſum operuerunt verenda patris ſui euigilans autem Noe, cum didiſſet, quæ fecerat ei filius ſuus minor, ait, Maledictus Chanaan, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis. Erat autem Chanaan, teſte quoque S. Auguſtino libro x v i. capite primo de Ciuitate Dei, filius Cham. Hinc factum quidam putant, vt poſteri Cham nullam notitiam Dei habuerint, reliqui verò à patre eruditi Dei veri cognitionem adepti ſint. Inter quos Laſtantius præcipuè fuit. Quod de filiis Sem, qui in Chaldaeam tranſierunt, verius eſſe opinor, vnde Hebræi, quibus Deus notus fuit, fluxerunt.*

Huius filius Chus nomine Nebrod filium genuit, à quo Babylon ciuitas constructa. Quod fecit Sulpicius in Adam, idem etiam in Noe debuit præstare, vt duplicem vtriusque posteritatem afferret, idest iustorum, & iniustorum. eã verò ex Genesi cap. x. fuerunt tales, iustorum quidem Sem, Arphaxad, Cainas, Sale, Heber, Phaleg, Reu, Sarug, Nachor, Thare, iniustorum verò Cham, Chus, Nemrod. pertinent autem ad ea, quæ sequuntur. Quæ breuiter, atque obscure in libris Genesis prodita sunt, ea in maiores orationis angustias à Seuero redacta multò maioribus tenebris inuoluta sunt. Etenim tandem ad eum locum ventum est, quo veteres Hebræorum, de quibus dicendum erit, origines aperire oportet. quod nos facere pro virili conabimur. Post diluuium, cum arca in montibus Armeniæ constitisset, Noe, ac filij eius Sem, Cham, & Iaphet in Oriente habitauerunt. ea verò regio fuit illis citra Tigrim magna ex parte post Assyria nominata. Ex filijs eius Sem genuit biennio post diluuium Arphaxad, qui transiit Tigrim dicitur, &

Huius filius, Chus nomine, Nebrod gigantem genuit: à quo Babylon ciuitas constructa traditur. Pleraque etiam oppida ea tempestate condita memorantur, quæ nominatim persequi animus non fuit. Sed cum multiplicaretur humanum genus, diuersaq; loca, atque insulas mortales haberent, vna tantum omnes lingua utebantur: donec se in vnũ, dispergenda per totum orbem, multitudo contraxit. his more humani ingenij consilium fuit, insigni aliquo opere famam querere, priusquam à se inuicem diduceretur. Ita turrim facere aggressi, quæ celo accederet, nutu Dei, vt officia operantium præpedirentur, inassueto sermonis genere, multa diuerso, neque vlli inuicè intellecto linguarum ritu loquebantur: quò promptius dispersi sunt, cum alter alterum velut alienigenam facile relinque-

Chal-

bat. Sed filijs Noe ita diuisus orbis fuit, vt Sem intra orientem, Iapheth occidentem, Cham medijs contineretur. Ita vsque Abraham ducta successio, nihil sanè insigne aut memorabile in se habuit.

Chaldæam, regionem, teste S. Hieronymo, obtinuisse. Qui verò cum Arphaxad transiuere (fuisse autem filij, & nepotes eius videntur) Hebræi dicti sunt, idest vltiores, quòd vltra Tigrim flumen occidentem versus venissent, Heber enim est vltra. Vnde scriptum est cap. x. Genesis. *Sem pater*

fuit omnium filiorum Heber; idest omnium Hebræorum, siue omnium, qui vltra flumen venerant. Inde posteri quoque Cham, & Iaphet alias potere terras decreuerunt, cumq; in Chaldæam tempore Heber concessissent, & campum Chaldæum Sennaar tenuissent, antequam inde abirent, auctore Nebrod Cham nepote, gloriæ causa urbem cum turri, quæ cælum attingeret, condere voluerunt. *Erat adhuc terra vnus.* vt inquit scriptura, *labij*, idest vna tantum lingua omnes utebantur, quam ab Adam acceperant. Deus igitur eorum temeritatem auersatus linguarum varietatem immisit, ita vt alter alterum intelligere non posset. itaque cum ex gloria confusionem nacti fuissent, quæ Babel dicitur, & turris, & vrbs, & regio inde Babel, Babylonis, & Babylonæ nomen inuenit. Heber autem nepos Arphaxad, quia expers consilij ædificandæ turris fuerat, veterem linguam, vt docti putant, retinuit. atque hæc lingua fuit Hebræa, nempe qua Hebræi ex posteritate Sem vsi sunt. Nam S. Augustinus in libris de Ciuitate Dei ab ipso demum Heber Hebræos dictos affirmat. Inde diuisis inter se terris Heber in Chaldæa, ad Tigrim in Oriente remansit, Iaphet vero, siue posteri eius, Occidentem tenuit, Cham autem, quæ inter hæc media sunt. Quoniam autem, dum hæc diuisio fieret, Heber filium genuit, propterea ab ipsa diuisione illum Phaleg appellauit. atque hæc quidem scriptura docuit Genesis cap. x. i. *Erat,* inquit, *terra labij vnus, & sermonum eorumdem.* cumq; proficiscerentur de Oriente, inuenerunt campum in terra Sennaar, & habitauerunt in eo. dixitq; alter ad proximum. *Venite, faciamus lateres, & coquamus eos. habueruntq; lateres pro saxis, & bitumen pro cemento, & dixerunt. Venite faciamus nobis ciuitatem, ac turrim, cuius culmen pertingat ad cælum, & celebremus nomen nostrum, antequam diuidamur.*

damur in vniuersas terras. Descendit autem Dominus, ut videret ciuitatem, & turrim, quam edificabant filij Adam, & dixit. Ecce vnus est populus, & vnus est labium omnibus, ceperuntq; hoc facere, nec desisterunt a cogitationibus suis, donec eas opere compleant. Venite igitur, descendamus, & confundamus ibi linguam eorum, ut non audiat vnusquisque vocem proximi sui, atque ita diuisit Dominus ex illo loco in vniuersas terras, & cessauerunt edificare ciuitatem. Et idcirco vocatum est nomen eius Babel, quia ibi confusum est labium vniuersae terrae: & inde dispersit eos Dominus super faciem cunctarum regionum. Confusio autem linguarum facta est anno $\text{x} \text{xx} \text{v}$, id est post diluuium anno centesimo primo. siquidem confusionem linguarum statim ipsa est terrarum diuisio consequuta. vnde scriptum est cap. x . *Natiq; sunt Heber filij duo, nomen vni Phaleg, eo quod in diebus eius diuisa sit terra. Hinc $\text{x} \text{v}$. capite Abraham, qui fuit sextus post Heber, Hebraeus dicitur. Cum autem inquit [Diuersaq; loca, atque insulas mortales haberent.] intelligit eos, qui post Noe Assyriam, & Orientem cis Tigrim versus Occidentem habitauerunt, cum Arphaxad, & posterius eius in Chaldaeam transissent, & ultra Tigrim venissent versus Occidentem. Posteri vero Cham, & Iaphet traiecto Tigri se posteris Arphaxad in campo Sennaar Chaldaeae terrae adiunxerunt, ut diuiso cum ijs orbe terras quisque suas occuparent, verum antequam diuiderentur, monumentum nominis sui in ijs regionibus turrim relinquere voluerunt. sequuta vero linguarum varietate eo promptius in diuersas partes abierunt, quod alter alteri peregrinus videretur. Quod autem addit, [sed filijs Noe ita diuisus orbis fuit, ut Sem intra Orientem, Iaphet Occidentem, Cham medijs conuinceretur.] Hoc non est ita scriptum apud Genesim, sed apud Iosephum. vnde gentiles quoque orbem terrarum in tres partes veritate ipsa ducti distribuerunt. Inde hanc partem concludit. [Itaque usque Abraham ducta successio nihil sane insigne, aut memorabile in se habuit.] Haec vero successio, de qua loquitur, fuit decem item patrum. in qua, ut in superiore, discrepant Graeci cum Hebraeis, non solum in annis, sed etiam, quod Cainam adiungunt, ab illis praetermissum hoc modo.*

Hebraei.

Sem an. 11. post diluuium gen.

Arphaxad.

Arphaxad an. 35. gen. Sale.

Graeci.

Sem an. 11. post diluuium gen.

Arphaxad.

Arphaxad an. 135. genuit Cainam.

Cainam

Sale an. 30. genuit Heber.
Heber an. 34. genuit Phaleg.
Phaleg an. 31. genuit Reu.
Reu an. 2. genuit Sarug.
Sarug an. 30. genuit Nachor.
Nachor an. 29. genuit Thare.
Thare an. 130. genuit Abraham.
Summa est annorum 453.

Cainam an. 130. genuit Sale.
Sale an. 130. genuit Heber.
Heber an. 134. genuit Phaleg.
Phaleg an. 130. genuit Reu.
Reu an. 132. genuit Sarug.
Sarug an. 130. genuit Nachor.
Nachor an. 79. genuit Thare.
Thare an. 70. genuit Abraham.
Summa annorum est 1072.
de qua S. Augustinus lib. xvii.
cap. x. de Ciuitate Dei.

Quod autem in hac successione, inquit, [nihil memorabile] inueniri, confirmatur ex eo, quod S. Augustinus cap. 1. libri commemorati ait. *Non inuenimus a Noe usque ad Abraham cuiusquam pietatem evidenti diuino eloquio praedicatam, nisi quod Noe duos filios suos, Sem, & Iaphet prophetica benedictione commendat, inueniens, & praesidens, quod longe post fuerat futurum. Ex his Sarug primus idola formasse dicitur, vt appareat, neque ab his veri cultum Dei prorsus esse retentum.*

ABRAHAM.

Abraham autem patre Thara natus est, post diluuium anno millesimo & septuagesimo. Abraham vxor Sara dicta est, primaque eis in regione Chaldaeorum habitatio fuit. Inde apud Charas vna cum patre diuersatus est. Qua tempestate admonitus a Domino, domum, patriam, ac fratrem relinquens, assumpto Lot, fratris filio, in terram Chananaeorum profectus, in loco cui Siché nomen est, cōsedit.

Abraham autem patre Thara.] Haec est tertia aetas ab Abraham usque ad Dauidem, de qua sic S. Augustinus. *Ma ne fit ab Abraham, & succedit aetas tertia similis adolescentiae. & bene comparatur diei tertio, quo ab aquis terra separata est. quia ab hac gentilitium vanitate, & huius seculi fluctibus separatus est populus Dei per Abraham, tanquam terra, cum apparuit arida, id est sitiens imbrem caelestem diuini mandatorum, qui populus vnum Deum colendo tanquam irrigata terra, vt fructus viles posset afferre, sanctas scripturas, & prophetias*

phetias accepit. hæc enim ætas potuit iam generare populum Deo. quia & tertia ætas, id est adolescentia filios habere iam potest. Et ideo ad Abraham dictum est. Patrem multarum gentium posui te ante Deum, cui credidisti, &c. Hæc ætas porrigitur ab Abraham usque ad David quattuordecim generationibus. Huius vespera est in populi peccatis, quibus divina mandata præteribunt usque ad malitiam pessimi regis Saul. Continet autem Abraham, Isaac, Iacob, Ioseph, captiuitatem Aegyptiam, res Moyses, Iosue, Iudicum, & regis Saul. Multis autem mysterijs est memorabilis. Ab hoc enim tempore Deus semetipsum clarius hominibus patefecit, ac testificationes, & promissiones suas, quas post expletas vidimus in Christo, pandere cepit. Pij quidem aliquot fuere homines in prima ætate ex progenie Seth, sed ad extremum, cum peccassent, præter vnum Noë virum iustum extincti sunt omnes, nonnulli etiã fuere in secunda ex progenie Sem. Sed & hi, cū defecissent à Deo, Deus sibi selegit ex eorum progenie virum pium Abraham ex femine Heber natum, atque Hebræum, atque ei cum alia multa bona promisit, tū maximè ex ipsius femine Christi oriturum, in quo oēs gentes benedicerentur, & terrã Chananaã, melle, & lacte fluētẽm posteris eius postesturos. Quare quæ posthac dicentur, ferme omnia Iesum Christum venturum præfigurabunt. Res autem ita acta est. Cum habitaret Thare iam inde post tempus Arphaxad in Chaldaea regione, & in Vr, vrbe, insitens eos Deos colere, quorum simulachra Sarug auus insituerat, profectus est inde cum filio Abraham, & Lot nepote in Mesopotamiam, & sedes in vrbe Charris posuit. illo defuncto Abraham à Deo monitus, & promissis ingentibus excitus cum Lot fratris filio, Euftrate traiecto, in terram Chanaam vltra Iordanem venit, atque ibi oppidum Sichem tenuit. Hæc ex Genesi, cap. xi. & xii. Tulit, inquit, Thare Abram filium suum, & Lot filium Aram filij sui, & Sarai uxorem suam, uxorem. Abram filij sui, & eduxit eos de Vr Chaldeorum, ut irent in terram Chanaam, veneruntq; usque Haran, & habitauerunt ibi. & facti sunt dies Thare ducentorum quinque annorum, & mortuus est in Haran. Inde dixit Dominus ad Abram. Egrede de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstrauero tibi, faciamq; te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erisq; benedictus. Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, atque in te benedicentur omniæ generationes ter-

re,

re, & egressus est Abram, & iuit cum eo Lot. septuaginta quinque annorum erat Abram, cum egredere de Haran. tulitq; Sarai uxorem suam, & Lot filium fratris sui, uniuersamq; substantiam, quã possederat, & animas, quas fecerat in Haran, & egressi sunt in terram Chanaam, cumq; venissent in eam, pertransiuit Abram terram usque ad locum Sichem, & usque ad consuallem illustrẽm. Chananeus autem tunc erat in terra. Eadem scripta sunt Iosue cap. xxiv. Hæc dicit Dominus Deus Israel. Trans flumini habitauerunt patres vestri ab initio Thare pater Abram, & Nachor, seruiertq; dijs alienis. tuli ego patrem vestrum Abram de Mesopotamie finibus, & adduxi eum in terram Chanaam. Auferte deos, quibus seruiertis patres vestri in Mesopotamia, & in Aegypto. Et sic in libro Iudith. Hæc progenies populi est Chaldeorum. Et antea habitauerunt in Mesopotamia, quia noluerunt sequi Deos patrum suorum, & adorauerunt Deum celi, quem cognouerunt, & proiecerunt eos à facie Deorum suorum, & iugerunt in Mesopotamiam, & fuerunt ibi dies multos. dixitq; illis Deus eorum, ut exirent de habitatione sua, & in terram Chanaam, & habitauerunt ibi. Item S. Stephanus Actuum cap. v. i. Deus apparuit Abraham patri nostro, cum esset in Mesopotamia, priusquam moraretur in Charan. & dixit illi, Exi de terra tua, & de cognatione tua in terram, quam monstrauero tibi. tunc exijt de terra Chaldeorum, & habitauit in Charan. & inde postquam mortuus est pater eius, transtulit illum in terram istam, in qua vos habitatis. Ex his hæc colliguntur ad intelligenda ea, quæ sequuntur, maximè necessaria, Tharam impium hominem fuisse, atque ex Chaldaea in Mesopotamiam traiecit, Abraham filium eius à Deo propter pietatem selectum esse, vt ex eo populum sibi dilectum propagaret, vnde Christum salutem gentium gigneret, ac iustitiam eius ex Chaldaea in Chananeam concessisse. Quod autem Hebræi dixerat Haran, septuaginta interpretes, vt aspirationem Hebraicam exprimerent, vertere Charan. Sunt autem Charanæ vrbes Mesopotamiæ post mortẽ Crafsi Imperatoris Romani nobiles. Est porro non omitendum, scripturam non meminisse Nachor fratris Abraham, qui ex Chaldaea cum patre Thara trañsiuit in Mesopotamiam, & Charris confedit, atque post discessum Abræ in Chanaam ibi mansit, credo, quod impius esset. itaque nepos eius Laban idola coluit, quæ Rachel filia abstulit. Apud Sulpicium, cum inquit, [post diluuium anno millesimo septuagesimo,] retinendus est is numerus. nam post sæpe reperit: licet ad veritatem

ritatem propensius legendum sit [*septuagesimo secundo*] ex ipsa supputatione Græcorum, & auctoritate S. Augustini, vt supra scripsimus. Item cum scribitur, Abraham [*patrem*] Charis reliquisset, legendum est, *fratrem*. Nam Abraham patrem Tharam amisit, cum esset Charis, & secum detulit mortuum in Chanaanam, vt S. Stephanus dixit, Nachorem autem fratrem reliquit Charis, vt post apparebit. Terra porro Chanaan fuit, quæ, vt dixi, post Iudæa dicta est citra Iordanem, si nostrum situm respiciamus, vltra, si illorum. vrbs Sichem, quæ post in finibus Efraim à Græcis Sicilia nominata est. Ceterum omisit Sulpicius, quæ maxime pertinebant ad fructum ex hac historia percipiendum; nempe promissa Dei facta Abraham, dixit enim; *Vade in terram, quam tibi monstrauero. Faciam te in gentem magnam, & benedicam te, & magnificabo nomen tuum, & eris benedictus, & benedicam benedicientibus te, & maledicam maledicentibus te, atque in te benedicentur omnes cognationes terræ.* & postquam in Chanaanem peruenit, adiecit. *Semini tuo dabo terram hanc.* Quattuor verò promissa fuerunt, vnicique hanc legenti historiam in primis memoria retinenda, multiplicatio feminis eius, benedictio & magnificatio nominis eius, benedictio omnium gentium in eo, & promissio possessionis terræ Chanaanæ lacte, & melle fluentis. Historicè verò multiplicauit semen eius in Iacob, & posteris. siquidem sexcenta millia capitū ex Aegypto egressa sunt. Benedixit, & magnificauit nomen eius in regno Israelitarum, qui omnes ab illo profecti nomen Abraham etiam inter gentes celebre reddiderunt. Dedit possessionem Chanaanæ, cum eduxit eos ex Aegypto per Moysen, & introduxit in Chanaanam per Iosue. Mysticè autem, multiplicauit semen Abraham per fidem in omnibus fidelibus electis ab eo. & magnificabit nomen eius, fideles, qui Abraham filij per fidem dicuntur, honorando, benedicet omnes gentes in eo, omnes gentes in Iesu Christo, qui ex femine Abraham secundum carnem fuit, benedicendo, terram Chanaanæ per Iosue distribuet, sedes certas in regno celorum per Iesum Christum electis fidelibus partiet. Horum verò mysteriorū lumen ostendit S. Paulus ad Galatas, cum dixit. *Providens scriptura, quod ex fide iustificat gentes Deus, prænuñciavit Abraham. Quia benedicentur in te omnes gentes. Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fidei Abraham.* Omisit etiam, Abraham ædificasse ibi altare Domino, vbi apparuerat ei, & inuocasse nomen eius. Vt autem

tem ab Abraham Historia Hebræorum incipit, sic ab eodem etiã tempore Historia gentilium vocem mittere instituerunt. Nam Ninus rex Assyriorum teste Eusebio in tempora Abraham incidit, qui, vt inquit Diodorus, primus rerum suarum scriptores est natus, à quo Niniue in Assyria condita est, ipsomet S. Augustino congruenter cum sacris, & gentilium scriptis, testante.

Mox annonæ inopia Aegyptum concessit. ac rursum reuersus Lot, præ multitudine familiæ à patruo digressus, vt laxioribus vacuæ tum regionis spatij vterentur, in Sodomis confedit. id oppidum infame incolis, viris in viros irruentibus, atque ob id inuisum Domino fuisse traditur.

Mox annonæ inopia Aegyptum concessit. Persequitur inde acta Abraham, quæ multa fuerunt. Primum paucis post mensibus, quam peregrinus venit in terram Chanaan, annonæ inopia oppressus inde cum Lot fratris filio, & vxore Sarai discessit, atque in Aegyptū abiit. cumq; Sarai specie esset eximia, forem cam suam esse dixit. vnde à Pharaone, idest rege, Aegypti appetita est. Qua ex re Abraham multa bona est consecutus. Pharaon verò multis ærumnis propterea à Deo perculsus, vt agnouit Saram non forem Abraham, sed coniugem esse, eam dimisit, atque liberum omnibus ex Aegypto discessum cum omnibus bonis suis concessit. cap. x i i. Genesis. Addit inde, [*Ac rursum reuersus Lot, præ multitudine familiæ a patruo digressus, vt laxioribus vacuam regionis spatij vteretur, in Sodomis confedit.*] narrans, vt Abram ex Aegypto in Chanaanam se receperit, & quid ibi egerit. Ceterum legendum est, [*ac rursum reuersus, Lot præ multitudine.*] non enim solus Lot reuertit in Chanaan, sed etiam Abraham. siquidem scriptū est cap. x i i i. *Ascendit Abram de Aegypto ipse, & vxor eius, & omnia, quæ habebat, & Lot cum eo.* Inde addit. *Sed & Lot, qui erat cum Abram, miserunt greges ouium, & armenta, & tabernacula, nec poterat eos capere terra, vt habitarent simul, & facta rixa inter pastores ouium Abram, & Lot, dixit Abram, ne queso sit iurgium inter me, & te, & pastores meos, & tuos. fratres enim sumus. ecce vniuersa terra coram te est. recede à me, obsecro, si ad sinistram*

ieris,

ieris, ego dexteram tenebo, si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam. elegitq; sibi Lot regionem circa Iordanem, & recessit ab Oriente. Abram habitavit in terra Chanaan, Lot verò moratus est in oppidis, quæ erant circa Iordanem, & habitavit in Sodomis. Inde iussu Dei Abram habitavit iuxta conuallē Mambre, quæ est in Hebron, atque ibi altare Deo condidit. Verum ita tamen habitauerunt, vt tanquàm peregrini in aliena terra, & non sua. Interim verò Deus confirmauit Abraham promissâ superiora, nempe possessionem terræ Chanaanæ, in qua tum hospitabatur, & multiplicationem posteritatis, inquit. *Omnem terram, quam conspicis tibi dabo, & semini tuo. Faciamq; semen tuum, sicut puluerem terræ.* Hebron autem fuit postea in tribu Iuda. De vitio porro Sodomorum, sic loquuta est scriptura. *Homines autem Sodomitæ pestimi erant, & peccatores coram Domino nimis.*

Ea tempestate reges vicinarum gentium in armis erant.] Narrat porro, vt Abraham peregrinus in terra Chanaanæ defenderit Lot aduerses reges vicinos, qui captis, direptisq; Sodomis illum bello captiuum esse ceperant. & hoc primum bellum est, quod in sacris litteris memoretur. Nomina regū, qui arma intulerunt, fuere Amraphel rex Sennar, Arioch rex Ponti, Cordolahomor rex Elamitarū, Thudal rex gentium. qui verò bellum passi sunt, fuere Bara rex Sodomorum, Bersa rex Gomorrhæ, Senaab rex Adamæ, Sedemcr rex Seboim, item rex Balæ, siue Segor. hi tertio decimo anno defecerunt à rege Chodolahomor. quare quarto

Ea tempestate reges vicinarum gentium in armis erant: cum antea nullum inter mortales certamen fuisset. Sed aduersum hos, qui bello vicina tentabant, reges Sodomorum, Gomorrhæorum, vicinarumq; regionum in prælium erumpunt: primoq; impetu fusi, victoriam concessere. Tum à victoribus Sodoma direpta, prædæ hostibus fuit, ductusq; Lot in captiuitatem. Quod cum Abraham comperisset, pro pere armatis seruis suis, numero trecentis decem & octo, reges victoria ferodecimo

ces, exutos præda armisq; decimas prædæ dedit. Reliqua his, quibus erepta erant, reddidit.

decimo bellum est gestum contra quinque vrbes, quæ sunt in mari Salinarum, quæ & lacus Alphalti dicitur, in quem Iordanes ammissa se effundit, vt ibi obruat.

Ceterum captis Sodomis simul etiam Lot captus. Quod vt Abraham audiuit, cum seruis trecentis octodecim accedens hostibus prædam eripuit, & Lotam liberauit. Cap. XIII. Gen. Inde obiter ostendit, vt Abraham decimas dederit Melchisedech sacerdoti regi Salem, de quo sic in eodem loco. *At verò Melchisedech rex Salem præferens panem, & vinum, erat enim sacerdos Dei altissimi, benedixit ei. Et dedit ei decimas ex omnibus.* Hic est autem Melchisedech, de quo Dauid. *Dixit Dominus Domino meo. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Est enim typus Christi, vt scribit S. Paulus ad Hebræos, inquit: *Vbi præcursor nobis introiit Iesus secundum ordinem Melchisedech pontifex factus in æternum.* Hic enim Melchisedech rex Salem, sacerdos Dei summi, qui obuiauit Abraham regresso à cæde regum, & benedixit ei, cui & decimas omnium diuisit Abraham, primum quidem interpretatur rex iustitiæ, deinde autem & rex Saltem, quod est rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vite habens, assimilatus autem filio Dei, manet sacerdos in perpetuum. probè. neque enim is habet in cælo matrem, neque in terra patrem. Salem autem postea dicta est Hierusalem.

Per idem tempus Abraham Dominus locutus est, multiplicandumque semen eius, sicut arenas maris, stellasque cæli, spopondit: peregrinumque eius semen prædictum futurum, ac posteros in hostili solo per quadringentos annos laturos serui-

Per idem tempus.] Deinde iterum Deus promissâ Abraham facta firmavit. nam querenti, quiddam filii careret, & seruum suum heredem habiturus esset (nam erat vxor Sara sterilis) dixit Deus, *Supraice cælum, & nuraera stellas, si potes. sic erit semen tuum.* Inde dormienti dictum. *Scito præueniens, quod peregrinum futurum sit semen*

semen suum in terra non sua, & subijcient eos seruituti, & affligent quadringentis annis. verumtamen gentem, cui seruituri sunt, ego iudicabo. & post hæc egredientur cum magna substantia. generatione autem quarta reuertetur huc.

Et mox repetens idem promissum dixit, se daturum semini eius terram illam à fluuio Aegypti, vsq; ad fluuium magnum Eufratem. Ceterum, quod inquit, fuit huiusmodi. Iacob nepos Abrahæ post aliquot annos inopiæ causâ ex Chanaanâ in Aegyptum profectus est cum filijs suis, ac moriens ibi posteritatem reliquit. quæ ab Pharaone in seruitutem redacta post duce Moyse, Iacob abnepote, liberata est, educto ex Aegypto cum opibus Aegyptiorum populo, & in terrâ Chanaanæ firmam possessionem redacta.

Ab anno verò septuagesimo quinto Ahrahæ, quo hæc promissio facta est, vsque ad exitum Israel de Aegypto quadringenti triginta anni fuerunt, vt post ostenditur. qui nunc rotundiore numero quadringenti dicuntur. Narrat inde scriptura, vt Sara sterilis ancillam suam Agar Abrahamo viro subdiderit, ex qua Abraham Ismaelem suscepit. Cap. xvi. Inde cum iam nonaginta nouem annorum esset, rursus Deus illum ita appellauit. *Ego sum, & pactum meum tecum. erisq; pater multarum gentium. nec ultra vocabitur nomen tuum Abram, sed appellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium constitui te: faciamq; te crescere vehementissime, & ponam te in gentibus, regesq; ex te egredientur. Et statuiam pactum meum inter me, & te, & inter semen tuum post te in generationibus tuis federe*

seruitium, postea libertati restituendos. Tunc ei, atque vxori eius, adiectione vnus litteræ nomen immutatum: ita nunc ex Abram, Abraham: ex Sarai, Sara dicitur. Cuius quidem rei non inane mysterium, non est huius operis exponere. Eodem tempore Abrahæ lex circumcisionis imposta est. Erat ei autem ex ancilla filius Ismael: & cum ipse esset annorum centum, vxor autem eius nonaginta, futurum eis filium Isaac, Dominus pollicetur, qui cū duobus angelis ad eum venerat.

*dere sempiterno, vt sim Deus tuus, & seminis tui post te. daboq; tibi, & semini tuo terram peregrinationis tue omnem terram Chanaan in possessionem eternam, erog; Deus eorum. Dixit quoque Deus ad Abram. Sarai uxorem tuam non vocabis Sarai, sed Sarram, & benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium, cui benedicturus sum, erisq; in nationes, & reges populorum orientur ex eo. Cap. xvii. Hinc est, quod inquit Sulpicius, [Abram & vxori eius adiectione vnus litteræ nomen immutatum. ita nunc ex Abram, Abraham, ex Sarai Sara dicitur.] Quo loco satis constat, vt Sulpicij sententia constet, qui vtrique nomini litteram adiectionem scribit, legendum esse, ex Abram, Abraham, ex Sara Sarra dicitur. Sic enim apud I x x. legitur. aut ex Sara Sarai, vt legit S. Augustinus de Ciuit. Dei. Mysterium autem, cuius meminit Sulpicius, fuit, quod cum diceretur Abram, idest pater excelsus, post vocatus est Abraham, idest pater multorum, & cum vxor diceretur Sarai, idest princeps mea, post dicta est Sara, idest princeps, quasi omnium gentium ex Dei promissione princeps futura. Hinc Abraham patriarcha dicitur, quod est familiarum princeps. Eodem vero tempore, quo Deus tam præclara promissa fecit Abrahæ, & noua nomina imposuit, mandauit quoque, vt maribus pueris præputium circumcideret in signum fœderis, quod cum eo fecisset. Gen. xviii. *Infans octo dierum circumcideretur in vobis. Masculus, cuius præputij caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit. Secundum vero promissum Dei fuit, fore, vt præter Ismaelem filium, quem ei Agar ancilla peperisset, Sara vxor illi pareret alterum, quem Isaac nominaret, tum cum ipse esset annorum centum, Sara vero nonaginta. Quod autem inquit Sulpicius. [Pollicetur Dominus, qui cum duobus angelis ad eum venerat.] sciendum, angelos cum Deo non fuisse, cum hæc promissa fecit, sed paullo post, cum apparuit in conualle Mambre.**

Inde Sodomam misit angeli, Lot in porta sedentem reperierunt. Quos cum ille, homines existimans, hospitio receptos, cenam

rosque

Inde Sodomam misit angeli Lot in porta sedentem reperierunt. Narrat interum quasi per egressionem mirabilem euerisionem Sodomorum. nam Deus non solum dilexit Abraham, sed

C 2 etiam

etiam causa eius Lot, qui erat filius Aram, fratris Abrahamæ. Itaque Sodomam turpi libidini deditam subvertere cupiens misit angelos ad eum, monitum, ut vrbe exiret cum vxore, & filiabus. Itaque *Venerunt, inquit Scriptura, duo angeli Sodomam vespere sedente Lot in foribus civitatis.* Cap. xix. Hinc est, quod dixit S. Paulus xlii. ad Hebræos. *Per hospitalitatem etiam quidam nescientes hospitio receperunt angelos.* Mirifice autem Scriptura hospitalitatis studium in Abraham, & Lot commendavit, cum uterq; angelos, homines esse putans, vltro exceperit, pedes lauerit, munificens tractavit. Ceterum populus Sodomitarum, priusquam illi irent cubitum, domum circumfretarent, dicentes ad Lot, *Vbi sunt viri, qui introierunt ad te nocte? educ illos huc, ut cognoscamus eos.* atque hoc est, quod Sulpicius inquit, [*ad stuprum flagitarunt.*] Lot autem obtulit filias his verbis. Cap. xix. *Habeo duas filias, quæ nec dum cognoverunt virum, educam eas ad vos, & abutimini eis, sicut vobis placuerit, dummodo viris istis nihil mali faciatis. cui illi. Te ergo ipsum*

totq; domi haberet: iuventus improba ex opido novos hospites ad stuprum flagitabat. Lot pro hospitiibus filias offerens, non acquiescentibus, quibus illicita potius desiderio erant, ipse ad stuprum trahebatur. Quem angeli propterea ab iniuria vindicantes, luminibus impudicorum cecitatem offuderunt. Tum Lot ab hospitibus edoctus, perdendum opidum, propter cum vxore & filiabus est egressus. interdictum tamen eis est, ne retrorsum conspicerent. Sed mulier parum dicto audiens (humano malo, quo ægrius vetitis abstinetur) reflexit oculos, statimque in molem conuersa traditur. At Sodomam diuinis ignibus conflagrauit. Lot autem filiarum exultimantes humanum genus interisse, concubitu inebriati patris appetuerunt: vnde Moab & Ammon nati sunt.

sum magis, quam hos, affligemus. vimq; faciebant Lot vehementissime. [At angeli, inquit Sulpicius, prope ab iniuria vindicantes luminibus impudicorum cecitatem offuderunt.] Etenim, ut pergit scriptura, iam prope erat, ut effringerent fores. Et ecce miserunt manum viri, & introduxerunt ad se Lot, clausuramq; ostium, & eos, qui foris erant, percusserunt cecitate. Lot inde cum vxore, & filiabus seruatus est. quod angeli ita dixerunt. *Habes hic quempiam uorrum? educ ex vrbe hac. debebimus enim locum istum. & educerunt eum dicentes. Salua animam tuam, nobis respicere post tergum. respiciensq; vxor eius post se versa est in statuam salis.* Atque hæc est, quam molem vocat Sulpicius. [*Conflagrauit autem diuinis ignibus*] quia Dominus pluit super Sodomam, & Gomorrhæam sulphur, & ignem. & subuertit ciuitates has, & omnem circa regionem. Narrat deinceps mysticum concubitu filiarum Lot cum ipso patre ebrii. siquidem dixerunt. *Pater noster senex est, & nullus virorum remansit in terra, qui possit ingredi ad nos iuxta uorem uniuersæ terre. Veni inebriemus eum vino, dormiamusq; cum eo, ut seruire possimus ex patre nostro semen.* & conceperunt filiarum duæ de Lot patre suo. peperitq; maior filium Moab, qui fuit pater Moabitarum, & minor filium Ammon, patrem Ammonitarum. Qui omnes à Deo defecerunt. atque ita sola stirps Abraham in Dei cognitione, cultuq; remansit, ut supra dixi. De mysterio S. Augustinus contra Faustum.

Per idem tempus ferè, cum Abraham esset etiam centum annorum, Isaac filius natus est. Tum ancillam, de qua Abraham filium susceperat, Sara expulit: quæ habitasse in deserto vnâ cum filio, & præfidio Domini defensa traditur. Non multum post, Dominus Abraham fidem tentans, immolandum sibi

à patre

Per idem tempus fere, cum Abraham esset etiam annorum centum, Isaac filius natus est. [Redit ad historiam Abrahamæ, ut genuerit filium Isaac. Cap. xxi. Sara peperit filium in senectute sua, vocauitq; Abraham nomen filij sui, quem genuit eâ Sara, Isaac, & circumcidit eum octauo die. Sara verò post Isaac filium genitum superbia partus elata cum filium suum cum Agar ancillæ filio ludentem vidisset, expulit illum domo, quæ Isaac

C 3 macleim

maelem pepererat. Agar verò eiecta in solitudine Berfabæ exulauit. ad quam moerentem Deus angelum misit, qui sitienti puteum aquæ ostendit. Cap. xxi. [Nō multo inquit Sulpicius, post Dominus Abraham fidem tenens immolandum sibi à patre filium Isaac poscit.] vnde tertia promissorum confirmatio consequuta est. Quippe illum adesse iustum præcepit tollere filium vniigentum Isaac, ac sibi offerre hoc locauit. Quod ille fecit. Verum cum posuisset eum in altare super struem lignorum, & gladium ad immolandum accepisset, ab angelo notam satis esse Deo fidem suam asserente prohibitus est, atque arietem adesse cernens sacrificauit.

Quare Deus ad eum loquutus superius promissum confirmauit, inquitens. *Quia non pepercisti filio tuo vniogenito propter me, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum, sicut stellas cæli, & velut arenam, quæ est in litore maris. Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ.* Satis autem constat, Isaac typum esse Christi, qui se in cruce immolandum esset oblaturus, & in eo, tanquam in semine Abraham, omnes gentes terræ essent benedicendæ. Cap. xxii. mors inde Sarre sequenti capite traditur.

Tum Abraham Isaac filium iuuenilis ætatis videns, siquidem tum quadragesimum annum ætatis agebat. Loquitur deinceps, vt Abraham vxorẽ quæsiuerit Isaac filio

à patre filium Isaac poscit. Quem ille non cunctatus offerre, cum aræ puerum superposuisset, gladiumq; educeret, vox missa de cælo est, puero vt parceret: victimæ aries præstò fuit. Consummatoq; sacrificio, Abraham Dominus locutus est, promittens ea quæ iam sponderat. At Sara, cum septimum & vicesimum supra centesimum annum ageret, decessit: corpus cura viri sepultum in Hebron, Chananaeorum opido. etenim illic Abraham commorabatur.

Tum Abraham Isaac filium iuuenilis ætatis videns, siquidem tum quadragesimum annum ætatis agebat, seruo suo imperauit, vxorẽ

rem ei quæreret: ex ea tamen tribu atque terra, de qua ipse oriundus videbatur: modò vt inuentam, puellam in regionem Chananaeorum deduceret, nec putaret eum causã coniugis in solum patrium rediturum. Atque vt ea strenuè mandata exsequerentur, contacto domini fœmine, sacramentum dedit. Ita seruus profectus in Mesopotamiam, ad opidum Nachor, Abraham fratris, deuenit: successitque in domum Bathuelis Syri, Nachore patre geniti. Huius filiã Rebeccam, speciosam virginem conspicatus, poposcit, atque ad dominum adduxit. Post id, Abraham accepit vxorem Cethuram nomine, quæ in Paralipomenis concubina dicitur: suscepitque ex ea filios. sed Isaac Sara edito, substantiã tradidit: his autem, quos ex concubinis suscepit, dona distribuit. atque ita ab Isaac separati

sunt

filio suo, seruumque miserit in Mesopotamiam ad opidum fratris Nachor, vt posceret Rebeccam filiam Bathuelis, filii Nachoris fratris sui. neque enim ex Chananaeis, inter quos habitabat, sed ex cognatione sua conditionem quærebat, vt semen integrum, ac syncerum conseruaret. Quadraginta verò tum annos egisse Isaac, scriptum est. Verba verò Abraham ad seruum, quem misit, fuerunt. *Pone manum tuam subter femur meum, vt adiurem te per Deum cæli, & terræ.* Quod autem contacto femore iurauit, duplicem habet interpretationem. aut enim iurauit in circumcisione Abraham, idest in sanctificatione, vt Hebræi, est enim circumcisio signum fœderis cum Deo; aut iurauit in semine Abraham, idest in Christo, qui ex illo nasciturus erat. vt dixit S. Matthæus. *Liber generationis Iesu Christi filij David, filij Abraham.* Manifestum est autem, vt dixi, Tharam in Mesopotamiam cum familia commigrasse; Nachor autem, transeunte inde in Chanana Abrahamo fratre, ibi, nempe Charis, remansisse, ac post mortem filium Bathuelis, ex

C 4

qua

qua Rebecca erat genita, reliquisse. Quare nuncius Abraham in Mesopotamiā ire perrexit. vnde oppidum *Nachor* Charras intellexit. reliqua ex Genesi manifesta. Inde exponit, ut Abraham Cethuram mulierem sibi adiunxerit. Cethura verò Genes. cap. x x v. dicitur vxor Abraham, Paralipomenon lib. 1. cap. 1. concubina. [Concubinæ porro apud Hebræos ancillæ erant, quæ cum viro sine cæremonijs legitimis conuenerant. vnde filij earum in hereditatem patri non succedebant. Quare Isaac Sara uxore editus patrimonium adiit, filij Cethuræ donis insigniti sunt. Sic enim inquit cap. xxv. *Dedit Abraham cuncta, quæ possederat Isaac, filijs autem concubinarum largitus est munerâ, & separauit eos ab Isaac filio suo.* motus verò Abraham eodem capite continetur.

ISAAC.

At Rebecca diu sterilis.] Iam aggreditur narrare facta Isaac, quæ sunt hæc. pro creatio geminorum Esau, & Iacob. peregrinatio ad regem Abimelech, benedictio Iacob pro Esau. Procreatio verò fuit talis. Post vicesimum annum Rebecca, licet sterilis, precibus Isaac ad Deum geminos peperit, qui in aluo matris sæpius inter se decertarunt. mærenti quæ ex ea re Rebecca, responsum à Deo datum est: *Dux gemes sunt in utero tuo, & duo populi ex ventre tuo discedent, populusq; populum superabit, & maior seruiet minori.* Quod oraculum dupli-

sunt. Abraham diem functus est, impletis annis centum & quinque & septuaginta: corpus sepulcro Saræ vxoris appositum.

At Rebecca diu sterilis, assiduis mariti ad Dominum precibus, à die matrimonij vicesimo ferè anno geminos edidit: qui in matris aluo exultasse sæpius, traduntur. dictumque responso Domini est, duos in his populos prænuntiari, & maiorem minori subdendum esse principio. Sed prius elitus, asper fetis, Esau vocatus: minori Iacob nomen fuit. Ea tempestate grauis annonæ inopia terras ince-

ferat.

ferat. Quia necessitate Isaac in Geraris ad regem Abimelech cesstit, admonitus à Domino, ne in Aegyptum descenderet: eidemq; vniuersæ terræ illius possessio promittitur, ibique benedicatur. multiplicatusq; pecore atq; omni substantia, agète inuidia ab incolis pelitur: pulsus, apud puteum iuramenti confedit. Igitur annis grauior, luminibus obductis, cum Esau filium benedicere pararet, consilio Rebecca matris, Iacob se benedicendum pro fratre obtulit. Ita Iacob adorandus principibus & gentibus fratri præponitur.

in Gerara. Agente quippe Isaac in Hebron, vbi & pater egerat, grauis regionem annonæ inuasit penuria. qua solum uertere coactus est more Abraham patris sui. Monuit autem eum Deus, ne in Aegyptum (quod Abraham fecerat) se conferreret, ac simul terram Chananæam posteris eius promisit, & promissa Abraham facta sanciuit, inquit. *Dabo tibi regiones has complens iuramentum, quod spondidi Abraham patri tuo. & multiplicabo semen tuum, sicut stellas cæli. daboq; posteris tuis vniuersas regiones has, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ.* Itinere inde suscepto vltra Bersabæam ad Gerara peruenit, urbem in finibus Palæstinæ, & Aegypti locatâ. atque ibi ab Abimelech rege Palæstinorum benigne exceptus diuitias magnas parauit. Itaque post aliquot an-

duplicem habet interpretationem, vnam historicam, alteram mysticam. historica est, torq; vt populus Iacob, qui minor erat, superaret Idumæos, quos Esau, qua & Edom vocabatur, propagaturus erat. eos enim post tributarios fecit Dauid, qui fluxit de semine Iacob. mystica est, populum maiorem esse, qui carnem sequitur, minorem, qui spiritum. Sunt etiam, qui à Iacob Israelitas natos dicant, qui verum Deum cognouerunt, ab Esau ceteros, qui Deum ignorarunt. quos Israelitæ gentium nomine vocitarunt. alij maiorem populum Iudæorum minori populo Christiano seruiturum. S. Augustinus de Ciuitate Dei. lib. xvi. c. xxxv.

[*Ea rēpēstate.*] Deinceps narrat prosperâ peregrinatione Isaac ad regem Palæstinorū

nos

nos iustus est a b Abimelech ob inuidiam terra sua excedere. Itaque profectus inde recessit ad torrentem Geraræ . inde ad urbem Bersabæam , ubi puteum effodit . ad quem Abimelech iurandum fœderis , & pacis cum eo perfecit . cap. xxxvi. Quod legitur apud Sulpicium *[in Geraris ad regem Abimelec cessis,]* legendum in Gerara . sic enim ibi . *Abijt Isaac ad regem Abimelec in Gerara .* Demum egit , vt Isaac primogenitum benedicere cupiens Iacob pro Esau benedixerit , idque consilio matris Rebeccæ , quæ Iacob docuit , quomodo patrem luminibus captum deciperet . Etenim manus eius , & collum pellibus hœdinis contexit , vt hirsutam pellem Esau imitaretur , atq; ipsum cum venatione pro Esau ad benedictionem primogeniti postulandum immisit . Benedictio verò his verbis concepta fuit . *Det tibi Deus de rore caeli , & de pinguedine terre abundantiam frumenti , & vini , & seruiant tibi populi , & adorent te tribus . esto dominus fratrum tuorum . & incurruerit ante te filij matris tue . qui maledixerit tibi , sit ille maledictus , qui benedixerit tibi , benedictionibus repleatur .* cap. xxxvii. Atque ita vaticinium est expletum , quo maiorem fratrem minori cessurum est dictum .

IACOB.

Queis rebus Esau.] Nunc aggreditur narrare facta Iacob , quæ plurima , insigniaq; fuerunt , profectio ad Laban in Mesopotamiam , & multorum annorū seruitus pro vxore Rachele obtinenda . connubia cum Lia , & Rachele , procreatio filiorum ex vxoribus , & concubinis , reuersio ex Mesopotamia in Chananæam ad patrem , pactio pacis cum fratre Esau . in itinere luctatio cū Deo . Israelis nominis assumptio . oppidi Salem direptio . habitatio primum in Salem , deinde in Bethel , tum in Hebron .

Queis rebus Esau accensus , fratri necem moliebatur . Quo metu Iacob , hortante matre , in Mesopotamiam confugit : admonitus à patre , vt ex domo Laban , fratris Rebeccæ , vxorem acciperet . Tanta illis cura fuit , cū in alienis terris cōsisterent , genus tamen intra familiam suam ducere . Ita Iacob profectus in Mesopotamiam , per soporem Dominum vidisse traditur : atque

atque ubi id locum somnij sacratum habens , lapidem ex eo sumpsit : vouitque si rebus prosperis reuertisset , titulum sibi Domus Domini futurum ; decimasq; omnium , quæ acquisita sibi forent , Domino daturum . Inde se ad Laban fratrem matris contulit : quem ille fororis filium agnitum , in hospitium benignè recepit . Erant Laban duæ filiæ , Lia & Rachel : sed Lia oculis deformior , Rachel pulchra fuisse traditur . Cuius specie Iacob captus , amore virginis conflagrabat : eamque sibi in matrimonio à patre postulans , septem annorū seruitio se mancipauit . Sed impleto tempore , Lia ei supponitur : ac rursus septem in seruitio subditur , atque ei Rachel traditur . Sed hanc diu sterilem , Liam fecundam fuisse accepimus . Filiorum , quos ex Lia Iacob habuit , hæc sunt nomina : Ruben , Simeon , Leui , Iudas ,

Hebron , ubi erat pater . Ceterum Iacob in Mesopotamiam profectus est hac de causa . Is cum uideret fratrem suum maiorem Esau à se deceptum sibi inuidias cōparare , hortatu Rebeccæ matris in Mesopotamiam ad Laban matris fratrem confugit , admonitus quoque à patre , vt vxorem ex familia Laban acciperet . itaque , vt scriptum est cap. xxxviii . Genesis , ex vrbe Bersabæa concessit in urbem Mesopotamiæ Haran , quam supra Charras fuisse diximus . ex quo apparet Nachor , & Barthelem Nachoris filium , & Laban nepotē semper Charras Mesopotamiæ tenuisse , postquam inde Abrahā cesserat , & in Chanaan venerat . Quod vero ait , magnam illis curam fuisse , cum in alienis terris cōsisterent , genus tum intra familiam suam ducere , hoc multo diligentius quoque post in duodecim tribubus Israel lege Dei est obseruatum , vt nemo vxorem extra tribum , & cognationem suam duceret . Factum autem iccirco videtur , vt impolluta sanguinis sinceritas seruetur in Christo , qui ex tribu Iuda , & semine Dauid erat oriturus . Numerorum cap. ultimo .

Cunctæ femine de eadem tribu maritos accipient, ut hereditas permaneat in familijs. Narrat inde iter Iacob in Mesopotamiam, inquam, quiescens quodam loco, & in somnis vidisse scalam à cælo in terram descendentem, & angelos ascendentes, ac descendentes per eam, & Deū

innixum scalam permittentem sibi errantem illam, in qua dormiret, & multiplicationem feminis sui in terra, itemque fore, ut benedicerentur in eo, & femine eius omnes tribus terre. Experrectus autem Iacob domum illam Dei, & portam celi arbitratus, cepit lapidem, quem subiecerat capiti suo. atque ex eo titulum excizavit oleo super infuso. & urbem vicinam, quæ Luza dicebatur, Bethel uocavit, votumque fecit, se, si à Deo promissa bona referret, ei loco decimas oblaturum. Votum verò his verbis conceptum est. *Si fuerit Dominus mecum, & custodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, reuersusque fuero prosperè ad domum patris mei, erit mihi Dominus in Deum, & lapis iste, quem erexi in titulum, vocabitur Domus Dei, cunctorumque, quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.* Hanc scalam intelligit Christus apud S. Ioannem. *Videbitis cælum apertum, & angelos Dei ascendentes, & descendentes super filium hominis.* Laban autem, cum audisset, venisse Iacob filium sororis suæ, occurrit obviam ei, complexusque eum, & in oscula ruens, duxit in domum suam. Inde exponit, ut Iacob pro Rachele in matrimonium obtinenda seruiet. Habebat Laban duas filias Liam, & Rachelem, Lia maior lippis oculis erat, Rachel uero decora facie, sed natu minor, hanc præoptavit Iacob, & septem annos se illi pro ea seruitarum professus est. siquidem dixit. *Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore septem annis.* Seruiuit ergo septennio, ut Rachelem acciperet. quibus transactis contra pacta Liam oculis deformem, quia maior natu erat, suppositam ducere cogitur. Qua de re exostulanti Iacob inde Rachel septennalis alterius seruitij pacto spondetur, ac demum etiam traditur. Rachel sterilis, Lia secunda fuit. cap. xxix. Etenim *Videns Dominus, quod Iacob despicere Liam, aperuit vuluam eius, soro-*

re

das, Issachar, Zabulon, Diana. Ex ancilla verò Lia, Gad & Aser. Ex ancilla Rachel, Dan & Nephthalin nati sunt. At Rachel desperato iam partu, Iosèph edidit.

re sterili permanente. Ceterum Lia primum peperit filios Ruben, Simeon, Leui, & Iudam. inde Rachel supposita marito ancilla sua Bala, filios & ipsa marito suo quæsiuit, Dan, & Nephthalim. Qua re comperta, Lia, quæ parere desierat, & ipsa Zelpham ancillam suam marito subdidit, & Gad, atque Aser filios ei parauit. Inde Lia peperit Issachar, & Zabulon, & filiam nomine Dinam. Ad extremum Rachel quoque Dei misericordiam consequuta, Iosèph peperit, atque inde Beniamin. cap. xxx. & xxxi.

Tum Iacob redire ad patrem cupiens, cum ei Labā focer partem pecorū mercedem seruitij dedisset, ob quæ parum sibi eum æquū gener Iacob ratus, dolum ab eo suspectans, clam profectus est, vicefimoprimum ferè anno quam aduenerat. Rachel, viro incio, patris idola furto abstulit. Qua iniuria Laban generum persecutus, non repertis idolis, pace facta regressus est: multum obtestatus generum, ne vxores filiabus suis superinduceret. Inde digressus Iacob, vidisse angelos, & castra Domini, traditur. Sed cum præter regionem Edom, quam Esau frater incolebat, iter destinaret, missis prius legatis & muneribus

bus

Tum Iacob redire ad patrem cupiens. Exponit nunc reuersionem Iacob à focero ad patrem, & ut cum focero de pecore contendere. Laban autem partem maiorem pecoris dederat ipsi Iacob non ultro, sed ex petitione, qua ab illo victus fuerat. nam si quando inter se pepigissent, ut oritura pecudes omnes albe esset Iacob, omnes alba nascebantur, si varia, varia oriebantur. Id autem ex eo euenerat, quod Iacob in ea re artificium adhibuerat. primum enim candorem in virgibus populis detracto cortice fecerat, ut oues eas aspicientes similem fetum conciperent, deinde maculosos agnos antecedere gregem ouium fecerat, ut sequentes oues ex aspectu præcedentium conciperent, atque ita factum earū pro suo arbitrio variarat. id est Laban non compererat, tamen se in partitione victum dolens aliquam vultu significationem

tionem alienati à genero ani-
mi dederat, quod Iacob cer-
nens clam sibi ab eo abeun-
dum cum pecore parto pu-
tauit, atque ita fecit. Acces-
sit, quod Rachel quoq; ido-
la patris sui surripuit, quod
vt Laban sentit, vnà & occulta generi fuga, & ipsorum idolorum
surreptione permotus generum infesto animo est insecutus. post-
quam autem idola sua non reperit, quoniam ea Rachel ipsa ab-
condit, pacem cum genero fecit, eumq; rogauit, ne vx ores fi-
liabus suis superinduceret. Quod vero inquit Sulpicius, [*vice-
simoprimum fere anno, profectum,*] expresit verba illa Iacob ad La-
ban. *Per uiginti annos in domo tua seruiui tibi, quatuordecim pro
filiabus, & sex pro gregibus iuis.* Mentio porro idolorum hæc
in sacra scriptura prima est. Sunt qui scribant, Sarug octauum
à Noe idola primum excogitasse, nempe statuas hominibus in
honorem posuissè, posteros autem ignorato eius consilio eos tan-
quam Deos coluisse. Hac de re sic Salomon Sapientia xi v.
*Superuacuitas hominum idola inuexit in orbem terrarum. Acerbo
enim luctu dolens pater, cito sibi rapti filij fecit imaginem, & illum,
qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere cœ-
pit. deinde conualescente iniqua consuetudine, hic error, tanquam lex,
custoditus est, & tyrannorum imperio culta sunt signemta.* Idola ve-
rò Laban, cum quæreret, Deos suos appellauit. ex quo apparet,
solum fermè Abraham, & posteros eius, vt supra dixi, in vera Dei
cognitione mansisse. Quod verò, inquit [*Laban obrestatum esse
Iacob, ne uxores filiarum suis superinduceret,*] id his verbis expres-
sum est à Labane. *Iudicet Dominus inter nos, quando recesserimus à
uobis, si afflixeris filias meas, & si traduxeris alias uxores super eas.*
Quod verò addit, *Inde digressus Iacob uidisse angelos, & castra Do-
mini traditur.* Hoc sic expressum est in Genesi. *Iacob abiit in iti-
nere, quod cæperat. fueruntq; ei obuiam angeli Dei. quos cum uidis-
set, ait, castra Dei sunt hæc, & appellauit nomen illius loci Manahim,
id est castra.* Esau vero frater Iacob, alio nomine Edom appella-
tus, regionem tenuit trans mare Salinarum, siue lacum Asphal-
titem, eamq; Edom nominauit. vnde Idumæa regio nomen
accepit. cum ergo Iacob abiens agmen pecudum suarum illac
preterduceret, timuit, ne ab eo inuaderetur, veterum simulata-

tum

tum nondum oblito, & misis nuncijs, qui suspectum eius ani-
mum explorarent, & partem gregis offerrent, pacem obtinuit, &
in amplexus eius obuiam prodeuntis vnà cum tota familia uenit.
Quod autem inquit, [*Nec tamen Iacob se ultra fratri credidit,*] ex-
pres sit illud, quod cum Esau se focium itineris ei offerret, re-
spuit, & illum præire, se verò sequenturum adiecit.

Sed pridie, quàm inter se
fratres conuenirent, Domi-
nus humana specie assum-
pta, colluctatus cum Iacob
refertur. Et cum aduersus
Dominum præualuisset, ta-
men non esse mortalem, nõ
ignorauit: benedici sibi ab
eo flagitabat. Tum à Deo
illi immutatum nomen est,
vt ex Iacob Israel dicere-
tur. Sed cum ille vicissim à
Domino nomen Domini
quæreret, Non esse quæren-
dum, quia admirabile esset,
responsum est. Ex collucta-
tione autem, latitudo femo-
ris Iacob obtorpuir.

Sed pridie quàm inter se
fratres conuenirent, Domi-
nus humana specie assum-
pta, colluctatus cum Iacob
refertur. Hæc est mysti-
fica Dei cum Iacob lucta-
tio, quam sic expresit scri-
ptura. *Et ecce vir luctabatur
cum Iacob usq; mane. qui cum
videret, quod eum superare nõ
posset, tetigit neruum femoris
eius, & statim emarcuit. di-
xitq; ad eum. Dimitte me. iam
enim ascendit aurora. respon-
dit. Non dimittam te, nisi be-
nedixeris mihi.* Hæc lucta ve-
rò significatum theologi vo-
lunt, Iacob aduersa omnia
virtute superaturum. Pas-
sionem verò Christi S. Au-
gustinus præfiguram puta-
uit, *vbi visus sum ei præuale-
re Iudei, & tamen Iacob be-
nedictionem ab angelo eodem,
[à Deo illi immutatum nomen
est, vt ex Iacob Israel diceretur.]* Sic enim dixit Deus in illa lucta.
*Quod nomen est tibi? respondit, Iacob. at ille. Nequaquam, inquit,
Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israel. quoniam si contra Deum
fortis fuisti, quanto magis contra homines præualebis? Israel autem
alii interpretantur, Videns Deum, alii, Princeps cum Deo. Io-
sephus verò interpretatur reluctantem angelo sacro. Hinc He-
bræi Israelicæ postea nominati. [Sed cum ille vicissim à Domino
Domini*

Domini quereret, Non esse querendum, quia admirabile esset; responsum est.] Ibidem. Interrogauit eum Iacob, Dic mihi, quo appellaris nomine? et respondit, Cur queris nomen meum, quod est mirabile? [Ex collatione autem latitudo femoris Iacob oboripuit.] Ibidem. Iacob claudicabat pede, quam ob causam non comedunt neruum filij Israel, qui emarcuit in femore Iacob. Hæbraica lectio habet neruum famoris. septuaginta interpretes, latitudo famoris, quam etiam Iosephus est sequutus.

Igitur Israel declinans fratris.] Narrat demum, ut Iacob domum in Chananeam peruenerit. Quippe cum a sinistra regionem Idumæam haberet, fratrem Esau vitas, eum reliquit, & ad dexteram conuersus secus Iordanem ipsum est regione oppidi Salem transiit, atque ibi in loco pretio empto confedit. vnde scriptum est. *Transiitque in Salem urbem Sicimorum, quæ est in terra Chanaa, postquam reuersus est de Mesopotamia Syriæ, & habitauit iuxta oppidum. emitque partem agri, in quo fixerat tabernaculum, a filiis Hemor patris Sichem agris centum.* Hæc autem Salem post fuit in finibus Effraim in Samaria longè alia, atque ea, quæ post in tribu Iuda dicta est Hierusalem. Interim Sichem regis Hemor filius Dinæ Iacob filix, fratribus absentibus, stuprum inulit, ac deinde eam à patre in matrimonium postulauit. Iacob consilio cum

filiis

Igitur Israel declinans fratris domum, promouit agmen in Salem Sicimorum opidum: atque ibi loco pretio accepto, tabernaculum statuit sibi. Hinc opido Hemor, Chorraus princeps, præerat. huius filius Siché Dinam filiam Iacob ex Lia genitam, stupro subdidit. Quo comperto, Simeon & Leui, Dinæ fratres, omnes in opido sexus virilis dolo peremerunt, ac impigrè sororis vlti sunt iniuriam: opidum à filiis Iacob direptum, prædaque omnis est abducta. Id factum ægrè admordum tulisse Iacob traditur. Mox à Domino monitus, Bethleem petiit, ibique altare Domino statuit. Inde in parte turris Gader, taber-

naculum

naculum fixit. Rachel ex partu obiit, puer Benjamin vocatus est. Isaac decesit annos natus centum & octoginta. At Esau potens diuitijs erat, vxoribus sibi etiam è Chananaeorum gente assumptis: cuius progeniem in hoc tam præciso opere inserendam non putauit. Si quis studiosior erit, ad origines reuertatur.

de abegerunt, licet patre Iacob repugnante. Ita Iacob relicta Salem, Dei monitu venit Bethel, quæ Luza dicebatur, & altare erexit, & locum Domum Dei vocauit. Inde Bethleem, quæ vocabatur Eufrata, atque trans turrim Gader tabernaculum fixit. ibique Rachel ex partu mortua est, cum Benjamin peperisset. venit demum Iacob ad patrem Isaac in Hebron, tumque Isaac vita cesit. Quod autem legitur apud Sulpicium, [Hinc oppido Hemor, Chorraus princeps præerat.] sumpsit à Græcis, ut solet, Hemor Chorraus. nam Hebræi habent, Hinc oppido Hemor Hemorus princeps præerat. cap. xxxiv. Quod autem, inquit. [in parte turris Gader tabernaculum fixit.] cap. xxxv. sic scriptum est. Egressus inde fixit tabernaculum trans Turrim gregis. & Græci. Fixit tabernaculum trans turrim Gader. Ex quo declaratur Sulpicium hunc locum parum aptè verisfisse, [in parte turris,] quod etiam alii notarunt. mors inde Isaac narratur, cap. xxxv. Progeniem autem Esau hic recensere recusat, referens lectorem [ad Origines.] id est ad Genesim. cap. xxxvi. vbi copiosè refertur. imitatione enim Catonis vocat librum Genesios Origines. nam & ille in eo origines scripserat vrbium Italicarum. Eius verò progenies gentem Idumæam edidit, quæ à Deo recessit, sed tandem circum-

filis capto respondit, nefas sibi esse filiam homini incircumciso in matrimonium dare. si circumcidi vellent, se puellam daturus, atque apud eos [domicilium posituros. Assensere illi, & circumcisionem accipere. tertio verò post die, quo maxime vulnerum scire ex circumcissione dolor solet, Simeon, & Leui Dinæ fratres contumeliam illati forori stupri sibi ferendam non arbitantes urbem ingressi viros omnes cum rege, & filio trucidarunt, & prædam in-

D

IOSEPH

IOSEPH.

Post excessum patris Iacob in solo eo, in quo Isaac vixerat, commorabatur.] Ex hoc loco incipit historia Ioseph. quæ in hæc capita est distributa: Ut venditus sit à fratribus mercatoribus Aegyptijs, vt à mercatoribus Putiphari curatori regio traditus, vt à Putiphare in carcerè conditus. vt propter egregiam somniorum interpretationem liberatus, & annonæ curandæ præpositus, ac demum vt fratres, & patrem in Aegyptum per annonæ angustias aduocarit, & à patre in Aegypto moriente benedictionem filijs suis obtinuerit. Ceterum Iacob senex vitam agebat in Hebron, vbi & Isaac pater obierat. alij verò aliquantum ab eo pascui gratia Aegyptum versus secesserant, Ioseph, & Benjamin soli cū patre domi remanserant. Ioseph autem ad fratres, vt greges inuiseret, à patre missus insidias eorum euitare non potuit. nam primum in cisternam demissus, deinde mercatoribus Aegyptijs venditus est, qui cum Putiphari Pharaonis curatori traderunt. is deinde fratres, à quibus venditus fuerat, rei frumentariæ inopia laborantes conseruauit, verus, vt inquit

S. Augu-

Post excessum patris, Iacob in solo eo, in quo Isaac vixerat, commorabatur. filij eius aliquantū ab eo, pascui gratia, cum gregibus secesserant: Ioseph tamen, ac Benjamin paruus, domi resederant. Carus admodum Ioseph patri, obque id inuisus fratribus: simul, quia frequentibus eius somniis maiorem eum omnibus futurum portendi videbatur. Igitur ad inspiciendos greges, reuisendosque fratres à patre missus, opportunus iniuriæ fuit. Namque viso fratre, consilium necis eius ceperunt. Sed obstitente Ruben, cui à tanto facinore abhorrebat animus, in lacum demissus: mox suadente Iuda, deducti ad mitius consilium, negotiatoribus eum, qui tum Aegyptū petebant, vendiderunt, atque ab his Potifari præposito Pharaonis traditus est.

S. Augustinus in Quæstionibus, Christi typus, qui post Iudæis, à quibus crucifixus iuit, salutem dedit. Genesis cap. xxxvii. Causas autem affert, cur fratres Ioseph ipsum vendiderint. quarum vna fuit, quòd illum vnice à patre diligere viderent, altera, quòd somnijs illi portendi familiæ principatum animaduertent. de amore patris sic cap. xxxvii. *Israel diligebat Ioseph supra omnes filios eo quòd in senectute genuisset eum. videntes autem fratres eius, quòd à patre plus amaretur, oderant eum.* ex somnijs autem Ioseph vnum fuit tale. *Putabam nos ligare manipulos in agro, & quasi consurgere manipulum meum, & stare, vestrosq; manipulos circumstantes adorare meum manipulum. responderunt fratres eius. nunquid rex noster eris, aut subijciemur diuini tue? In de alia huiusmodi subsecuta odium accenderunt. Hoc igitur odio instigati, vbi Ioseph à patre ad inuisendos greges, reuisendosque fratres missum procul viderunt, illum occidere statuerunt, dicentes. Ecce somniator venit. venite, occidamus eum. & mittamus in cisternam veterem. & dicemus. Fera pessima deuorauit eum.* Primum autem consilium fuit necandi eius, secundum in puteum demittendi, tertium vendendi. secundi consilij auctor fuit Ruben, qui in cisternam proijci censuit, ne manus fraterno sanguine macularent. quod illi sequuti ipsum Ioseph, vt perueniret ad se, nudauerunt, inque cisternam detecerunt, quæ carebat aqua. Quem enim [*lacum*] vocat Sulpicius, scriptura appellat *cisternam*. cap. xxxvii. tertium consilium intulit Iudas. sic enim dixit: *Melius est, vt vendatur Ismaelitis, & manus nostræ non polluantur.* cui assensu fratres prætereuntibus mercatoribus Madianitis, qui Aegyptum petebant, viginti argenteis vendiderunt. mercatores autem vendiderunt illum in Aegypto Putiphari spadoni præposito Pharaonis. Quem verò hoc loco Sulpicius vocat [*Præpositum*,] post *curatorem regium* nominat. Hebraica verò versio *principem milium*. Græca, *principi coquorum*. qua de re S. Augustinus agit in Quæstionibus super Genesim.

Per idem tempus Iudas, Iacob filius, suam Chananeam in matrimonium assumpsit. Ex qua tres filios sustulit, Her, Onan, Selam.

Sed

Per idem tempus.] Hic scriptura per egressionem interferit progeniem Iudæ filij Iacob, vt eius, à quo rex Dauid, ipseque in primis Christus descendit. Iudas

D 2

autem

Sed Her, Thamar conu-
bio sociatur. Quo mor-
tuo, Onan fratris vxorem
accepit. Qui, quia sper-
mata in terram effunderet,
extinctus à Domino refer-
tur. Tum Thamar mere-
tricio habitu assumpto, so-
cero mista est, exq; eo ge-
minos edidit. In partu au-
tem illo mirabile fuit, quòd
cum prodeunti puero ad di-
gnosendum, qui prius na-
ticeretur, obstetrix manum
eius cocco illigasset, redu-
ctus in aluum matris puer,
postero die editus est. No-
men infantibus Phares, &
Zara inditum.

audisset, Iudam venisse in Thamnas, in biuio itineris sedit, & à
Iuda ignorante ad concubitum appetira, cum ei obsequentem se
præbuisset, geminos concepit. Vbi vero dies partus venit, res
mirabilis accidit. nam in ipsa effusione infantium vnus prolulit
manum, cui obstetrix coccum alligauit, dicens, Ille egredietur
prior. illo verò retrahente manum, egressus est alter. Horum, qui
prius editus est, Phares, qui verò cocco signatus posterius, Zara
est nominatus. Phares autem fuit, vnde genus Davidis fluxit,
Hæc cap. xxxviii. Gen. & cap. ii. primi Paralip. S. Mattheus.
cap. i. Apud Sulpicium est *Heth*, pro *Her*. Sic enim in Genesi,
& Paralipomenis, Hebraica, & Græca versione consentientibus.
Quod ait [*postero die,*] in Græca versione est, *statim*.

At

At Ioseph, cum benignè
à curatore regio, qui eum
pretio acceperat, habere-
tur, domumq; eius & fami-
liam procuraret, decorus
ipse insigni specie, vxoris
domini oculos in se conuer-
terat. Cumque amore ip-
sius deperiret, appetitum sa-
pius, nec acquiescentem si-
bi, falso scelere infamat: ac
viro queritur, stuprum sibi
intentatum. Ita Ioseph in
carcerem est coniectus.
Erant in eadē custodia mi-
nistri regis duò, qui cum
somnia sua ad Ioseph retu-
lissent, futura ex somnio cõ-
iectans, vnum eorum penas
capite luiturum, alium ab-
soluendum pronuntiauit.
Atque ita accidit. Igitur
post biennium, somnium re-
gi obiectum est. Quod cum
à prudentibus Aegyptiorum
non posset absolui, minister
regis ille carcere exemptus
regem admonet, Ioseph es-
se mirum somniorum inter-
pretem. ita Ioseph solui-

tur,

At Ioseph.] Redit ad Ioseph, narrans, vt à Putipha-
ri in carcerem missus sit. Ioseph, inquit, propter eximiã
oris speciem ab vxore do-
mini ad libidinem appeti-
tus, cum ei obsequi noluis-
set, ab eadem falso apud do-
minum de tentata pudicitia
infirmulatus, atque eo nomi-
ne à domino custodia tra-
ditus est. Inde exponit, ut
propter somniorum peritiã
è carcere exemptus sit. Ibi,
inquit, positus magnam sibi
opinionem peperit egregij
coniectoris, idest somniorum
interpretis. quòd duo som-
nia duobus ministris regis,
qui secum in carcere tene-
bantur, enucleauit. cuius ex-
positionis veritatem exitus
comprobauit. nam alter eo-
rum carcere liberatus, alter
capite mulctatus est, vt ille
futurum prædixit. Tertio
loco docet, vt propter ean-
dem scientiam à rege ad ma-
ximum dignitatis fastigium
euectus, atque annonæ præ-
fectus sit. Interim enim re-
gi somnium hoc est obie-
ctum. *Putabat se stare super
fluum, de quo ascendebant
septem boves pulchra, & pin-
gues valde, & pascebantur in
locis palustribus, alie quoque
septem emergebant de flumine
siccæ, confectæq; macie, & pa-*

D 3 sce

scabantur in ipsa annis ripa in locis virentibus, & deuorauerunt eas, quarum mira species, & habitudo corporis erat. itē alterum tale. *Septem spica pullulabant in uno culmo plene, atque formosae, aliae quoque videntur spicae tenues, & percussae vredine oriebantur deuorantes omnem priorum pulchritudinem. Cum autem horum somniorum interpretationem scire cupiens rex neminem peritum inueniret, vnus ex ministris, qui carcere exemptus fuerat, regi narravit, Ioseph, qui in custodia esset, mirum esse somniorum interpretem, ita Ioseph solutus hoc modo somnia illa exposuit. *Septem boves pulchrae, & septem spicae plene septem ubertatis anni sunt. septem boves tenues, & macilentae, & septem spicae tenues, & vento vrense percussae septem anni venturae sunt fauis. qui hoc ordine complebuntur. Ecce septem anni venient fertilitatis magne in uniuersa terra Aegypti. quos sequentur septem anni alij tanta sterilitatis, ut oblivioni tradantur cuncta retroabundantia.**

Monuit inde, vt virum prudentem rei annonariae praeficeret, qui frumenta in annos sterilitatis necessaria congregaret. Rex autem, cum ditinum in Ioseph spiritum cerneret, eum prouinciae annonariae praefecit, inquit ad suos. *Num inuenire poterimus ratem virum, qui spiritu Dei plenus sit?* Inde ad Ioseph. *Quia ostendit tibi*

tur, interpretatusque est regi somnium: septem annis proximis maximam frugū ubertatem futuram, consequentibus inopiam. Quo metu rex percussus, videns diuinum in Ioseph spiritū, rei eum annonariae praefecit, æquato secum imperio. Tum Ioseph abundantibus per totam Aegyptum frumentis, magnam copiam congescit: multiplicatisque horreis, aduersus futuram famem consuluerat. Ea tempestate spes, atque salus Aegypti in illo sita erat. Per idem tempus verò duos ex Afeneth filios genuit, Manasse, & Ephrem. Ipse autem, cum summam à rege potestatem accepit, erat annorum xxx. Nam à fratribus, septemdecim annos natus, venundatus est.

dit tibi Deus omnia, quae locutus es, nunquid sapienterem, & consimilem tui inuenire poterō? tu eris super domum meam. & ad tui oris imperium cunctus populus obediet. vno tantum regni solio te precedam. Ecce constitui te super uniuersam terram Aegypti. Inde addit scriptura. Egressus est Ioseph ad terram Aegypti. venitque, fertilitas septem annorum, & in manipulos redactae segetes congregatae sunt in horrea Aegypti. Postremò interfecit progeniem Ioseph, idest filios duos Manasse, & Effraim ex Afenet filia Putipharis sacerdotis Heliopoleos vxore sua susceptos: erat autem annorum triginta, cum stetit in conspectu regis Pharaonis. nam sexdecim cum esset, pauperat greges cum fratribus suis. cap. xxxvii. & xli. Genesis.

Interea rebus in Aegypto aduersus famem bene compositis, orbem terrae gratis frumenti inopia quaerebat. Qua necessitate compulsus Iacob, filios in Aegyptum misit, Benjamin tantum secum domi retento. Igitur Ioseph rerum potentem, penes quem annonae arbitrium erat, fratres adueunt, & more regio adorant. Quibus ille visis, callide agnitionem dissimulans, hostiliter eos venisse, & subdole loca explorare, arguebat. Angebatur autem, quod Benjamin fratrem non videbat. Res ergo in id deducta, vt praesentiam eius polli-

Interea rebus in Aegypto aduersus. Deinceps narratur, vt Ioseph fratres, & patrem inopia rei frumentariae oppressos in Aegyptum acciuerit. vnde Israelitarum genus in Aegypto est propagatum. Quippe Iacob, eadem frumenti inopia, quae ceteri, constitutus audiens frumenta vendi in Aegypto dixit filiis suis. *Quare negligitis? audisti triticum vendi in Aegypto. ite, & emite nobis necessaria, ne consciamur inopia.* Eunt igitur fratres decem, Benjamin domi à patre retento, ne quidquam mali in itinere patereur, inire Aegyptum. & Ioseph annonae praefectum aduentus postulare frumentum. ille eos quidem agnouit, sed re dissimulata, ad exploranda loca Aegypti immunita venisse arguit, neque eos se

ante dimissurum, quam fratrem minimum, quem domi se reliquisse dicebant, nempe Benjamin, ad se adducerent, dixit. nam ex eo se causam itineris eorum exquirere velle. illi se facturos promiserunt. atque Symeone fratre obside relicto, abierunt, ac gratis frumentum rettulerunt. Reuerfis inde cum fratre Benjamin eis demum ipse se planè, quis esset, indicauit, inquit. *Ego sum Ioseph. Adhuc pater meus vivit?* Non poterant respondere fratres nimio terrore perterriti. ad quos ille clementer. *Accedite ad me. Ego sum Ioseph frater vester, quem vendidistis in Aegyptum, nolite pauere.* Inde frumento, vestibus, pecunijsq; donatos remisit, & montos, quinque annos adhuc inopia superesse, rogauit, ut patrem ad se cum familia tota deducerent. Ita Iacob in Aegyptum concessit. Hæc pluribus, & sacis perspicuis verbis narratur in Genesi cap. XLII. XLIII. XLIV. XLV. Quod verò addit. *Id gestum anno ætatis Iacob centesimo, & tricesimo, à diluuiio autem anno MCCCXL.* Certum ab eo tempore, quo Abraham in terra Chanaanorum cõsedit, in id, quo Iacob Aegy-

ptum

pollicerentur: nimirum ut ex eo quæreretur, an isti explorandi causa Aegyptum intrassent. Ad promissi autem fidè Simeon obfestratur: ipsis frumentum gratis datum. Rursum igitur reuertentes, Benjamin, ut conuenerat, deduxerunt. Tum se cognoscendum Ioseph fratribus præbuit. non sine pudore malè merentium. Ita eos operatos frumento, multisq; donatis, domum remisit: præmuniens, quinque adhuc annos famem futuram: cum patri atque omni progenie ac familia ad se commigrarent. Igitur Iacob in Aegyptum descendit, Aegyptijs admodum lætantibus, gaudente regè, benignè à filio susceptus. Id gestum anno ætatis Iacob centesimo, & tricesimo: à diluuiio autem, anno MCCC & LXX. Certum ab eo tempore, quo Abraham in terra Chanaanorum cõsedit, in id quo

Iacob

Iacob Aegyptum ingressus est, referuntur anni CCXXV. Ex eo colligitur, quòd centum triginta annos tum agebat Iacob. nã à rege interrogatus. *Quot sunt dies annorum vite tue?* respondit *centum triginta.* Quòd verò annos Sulpicius numerat à diluuiio ad hunc annum MCCCXL. librariorum vitium habet, cum sit legendum MCCCCLXX. nam à diluuiio ad ortum Abraham supra numerauit annos MLXX. Abraham inde annos natus centum genuit Isaac, Isaac annorum septuaginta genuit Iacob, qui iuncti faciunt MCCCXL. quibus si addamus CXXX. ipsius Iacob, colligimus MCCCCLXX. Item ab eo anno, quo Abraham in Chanaanam venit vsque ad eum, quo Iacob in Aegyptum se contulit, non sunt anni CCXXV. sed CCXXV. Abraham enim annos natus centum genuit Isaac, Isaac annos agens septuaginta genuit Iacob, Iacob anno centesimo tricesimo uenit in Aegyptum, nempe anno CCC. post natum Abraham, demè igitur ex CCCCLXXV. quo anno Abraham venit in Chanaan, remanent anni CCXXV. atque ita sine dubio corrigendum est, cum error ex notis maneat.

Igitur Iacob septimo decimo anno, quàm Aegyptu aduenerat, urgente morbo, Ioseph filium obtestatur, corpus sepulcro suo redderet. Tum Ioseph patri benedicendos filios suos obrulit: quibus benedicti. cum tamen benedictionis merito maiori minorem præposset, filios omnes benedictione iustrauit. Deceßit autem annos natus CXXVII. Funus magni-

Igitur Iacob septimo. Denique agit de morte Iacob, primum autem ut Ioseph ad corpus suum auito sepulcro mandandum, rogaret, deinde ut filios Ioseph benedixerit, ac minorem maiori præposuerit, postremò ut filios suos benedictione iustraret, & de omnibus vaticinium illustre cecinerit. De primo sic cap. XLVII. *Iacob vixit in Aegypto annos XVII. factiq; sunt omnes dies vite illius CXLVII. cumq; appropinquare cerneret diem mortis sue, vocauit filium suum Ioseph, & dixit ad eum. Si in-*

ueni

ueni gratiam in conspectu tuo, pone manum tuam sub femore meo, & facies mihi misericordiam, & ueritatem, ut non sepelias me in Aegypto, sed dormiam cum patribus meis, & auferas me de terra hac, condasq; in sepulcro maiorum meorum. Apud Sulpicium porro legendum est [pro septimo, & decimo,] septimo decimo vitio eorum, qui notas

explicuerunt, pro [Aegypto] Aegyptum. [Sepulchrum] autem [suum] intellexit, in quo maiores sui reconditi fuerant contra faciem Mambre, deinde addit de benedictione.

[Tū Ioseph patri benedicendos filios obuulit, quibus benedictis, cum tamen benedictionis merito maiori minorē prapossisset.] Operæ pretiū autem est scire, qui fuerint filij Ioseph, & qua ratione Iacob minorem maiori praposuerit. Vbi Ioseph morbum grauem patris agnouit, filios suos ad eum adduxit, Manasse maiorem, & Effraim minorem. ac posuit Effraim ad dexteram suam, id est ad sinistram patris, Manasse uero in sinistra sua ad dexteram patris, admonitque ambos ad eum, ille uero extendens manum dexteram posuit super caput Effraim, sinistram autem super caput Manasse, commutans manus, benedixitque eis. Videns autem Ioseph, eum posuisse dexteram super caput Effraim, grauius accepit, & apprehensam manum patris leuare conatus est de capite Effraim, & transferre super caput Manasse, inquit. *Nam ita conuenit pater, quia hic est primogenitus, impone dexteram tuam capiti eius, qui remouens ait. Scio fili mi, Scio. & iste quidem erit in populo, & multiplicabitur. sed frater eius minor maior erit illo. & semen eius crescit in gentes, benedixitq; eis dicens. In te benedictus Israel, atque dicitur. Faciat tibi Deus, sicut Effraim, & Manasse, constituitq; Effraim ante Manasse. & ait Ioseph. ^{scio suo.} Ego morior, & erit Deus uobiscum, reducetq; uos a terrarum patrum uestrorum. dei ibi partem unam extra fratres tuos, quam tibi de manu Amorri dei in gladio, & arcu meo. Hoc ^{est} enim historici sic exponi posse putamus, maiorem futurum Effraim, quam Manasse, quia Iosue, Dux Hebræorum eius sanguis esset ori-*

ficè curatum: corpus in sepulcro maiorum Ioseph condidit. Fratres post patris obitum pro conscientia pauentes, benignè habuit.

Decesit autem Ioseph ipse ætatis anno decimo & centesimo.

turus, aut quia Hieroboam, qui fuit de progenie eius, regnum decem tribuum esset adepturus. unde populus ille Effraimitæ dicitur, sicut Roboam nepos Dauid ex posteris Iudæ fuit rex duarum, unde Iudæorum nomen manauit. S. Augustinus uero libro xvi. de Ciuitate Dei mysticè sic explicuit. *Sicut duo Isaac filij, Esau, & Iacob figuram præbuerunt duorum populorum in Iudeis, & Christianis, quamuis quod ad carnis propagationem pertinet, nec Iudæi uenerunt ex semine Esau, sed Idumæi, nec Christianæ gentes de Iacob, sed potius Iudæi. Ad hoc enim tantum figura ualuit, quod dictum est. Maior seruiet minori. ita factum est etiam in duobus filijs Ioseph. Nam maior gessit typum Iudæorum, Christianorum autem minor. Quos cum benediceret Iacob, manum dexteram ponens super minorem, quem habebat ad sinistram, sinistram uero super maiorem, quem habebat ad dextram, graue uisum est patri eorum, & admonuit patrem uelut corrigens eius errorem, & qui sinam eorum esset maior, ostendens. At ille mutare manus noluit, sed dixit. Scio filij. Et hic erit in populum, & hic exaltabitur, sed frater eius iunior maior illo erit, & semen eius erit in multitudinem gentium. Etiam hic duo illa promissa demonstrans, nam ille in populum, iste in multitudinem gentium. Quid euidentius, quam his duabus promissionibus contineri populum Israelitarum, orbemq; terrarum in semine Abrahæ, illum secundum carnem, istum secundum fidem? Deinceps docet, ut filijs suis benedixerit, atque eos uaticinio prosequutus sit. Rem autem memorabilem nimia breuitate complexus est, multis, que necessaria, & egregia sunt, de re acta subductis. Filij Iacob duodecim fuerunt, Ruben, Symeon, Leui, Iuda, Zabulon, Issachar, Dan, Gad, Aser, Nephtali, Ioseph, & Benjamin. Horum supra etiam mentio celebrata est, nam ab his populus Israelitarum, Deo carissimorum manauit, de quibus sequens historia cõtexetur. Israelitæ uero dicti sunt Hebræi, qui ab Israele, is erat Iacob, genus traxerunt. His singulis Israel moriens benedixit, ac fata eorum prædixit, ex quibus quod Iudæ prænunciatum est, hoc loco præteriri non potest, sic enim dixit. *Iuda te laudabunt fratres tui, manus tue in cervicibus inimicorum tuorum. adorabunt te filij patris tui. cubulus leonis Iuda ad prædam filij mi ascendisti, requiescens accubasti ut leo, & quasi leona, quis suscitabit eum? Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec ueniat, qui iustitiam est. & ipse erit expectatio gentium, ligans ad uicem pulchrum suum, & ad uicem de fili mi asinam suam. Laudabit in uino slo-**

lam suam, & in sanguine vine pullum suum. pulchriores sunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores. Et hæc verba historice, ac mysticè possunt exponi. historicè prædicatur, fore, vt ex progenie Iudæ reges orientur, quos reliquæ tribus venerarentur, quod in Dauide est perfectum. nec transiturum principatû ad alienigenam, nisi sub aduentum Christi, quo tempore Herodes Idumæus regnum occupauit. Mysticè verò omnia referuntur ad Christum, qui mittendus à Deo, nunc multò clarius, quã adhuc factum sit, prænunciatur. *Iuda laudabunt te fratres tui.* per hunc enim Iudam verus confessor Christus exprimitur, quia ex eius tribu secundùm carnem est genitus. Ipsum laudant fratres sui, apostoli scilicet, & omnes cohæredes eius. quippe qui per adoptionem filij Dei effecti sunt, & Christi fratres per gratiam, quorum ipse est dominus per naturam. *Manus tuæ in cervicibus inimicorum tuorum.* ipsdem enim manibus & amicos suos liberauit, & inimicos perdidit. *Adorabunt te filij patris tui.* quoniam multi ex filijs Iacob adorauerunt eum, qui per electio nem gratiæ salui facti sunt. *Catulus leonis Iuda.* quoniam nascendo paruulus factus est. vnde scriptum est. *Paruulus natus est nobis. Ad prædã filii mi ascendisti,* id est ascendens in crucem captiuos populos redemisti. & quos ille leo contrarius inuaserat, tu moriens eripuisti. *Requiescens accubuisti ut leo.* nimirum in passione Christus recubuit, quando inclinato capite tradidit spiritum, siue cum in sepulchro quieuit. *Quis suscitabit eum?* nempe, quia nemo, sed ipse se suscitauit. vnde dixit. *Soluite templum hoc, & post triduum suscitabo illud. Non auferetur sceptrum de Iuda.* Et certè non est ablatum, nisi quo tempore Christus venit, cum ad Herodem Idumæum regnum est delatum. *ipse erit expectatio gentium alligans ad vineam pullum suum.* nempe pullum asinæ, nempe quia gentilium populum vineæ apostolorum, qui etiam Iudæi sunt, alligabunt. Christus autem alligauit asinam, cui superedit, ad vineam, & ad vitem. ipse enim est vitis, asina uerò ecclesia est ex gentibus congregata. alij asinam synagogam accipiunt, *Lauabit in vino stolam suam.* hæc aperte ad effusionem sanguinis in cruce pertinent. Hæc S. Augustinus docuit libro xvii. de Ciuitate Dei. cap. xli. Mortuus inde Iacob anno cxlvii corpus eius à Ioseph sepulchro maiorum mandatum est. cap. i. [*Ioseph inde fratres post patris obitum pro conscientia pauentes benignè habuit.*]. Quippe fratres si-

bi à

bi à Ioseph timentes, ne fortè memor esset iniuriæ, quam passus esset, obsecrarunt eum, vt obliuisceretur scelorum suorum, & proni adorauerunt eum dicentes. *serui tui sumus.* Quibus ille respondit. *Nolite timere. num Dei possumus resistere uoluntati? ego pascam vos, & paruulos vestros.* cap. i. Genesis. Mortuus est inde Ioseph centum decemuitæ suæ annis expletis. Huc vsque peruenit Genesis.

Summa annorum ab ortu Abrahæ ad mortem Ioseph
est annorum cccxxx.

Abraham enim anno lxxv. venit in terram Chanaam. anno c. genuit Isaac. Isaac anno lxx. genuit Iacob. Iacob anno xc. genuit Ioseph. inde venit in Aegyptum anno cxxx. & ibi vixit an. xvii. Ioseph vixit an. cx.

SERVITVS ISRAELITARVM IN AEGYPTO.

Hebræi igitur, qui in Aegyptum deuenerant, incredibile memoratu est; quàm citò numero aucti sint, multiplicataque progenie Aegyptum repleuerint. Sed defuncto rege, qui eos ob meritum Ioseph benignè fo uebat, succedentium regū imperio deprimebantur. Nam & opus durum ædificandarum ciuitatum eis impositum: & quia iam multitudo abundans metuebatur, ne quandoque libertatem armis vindicarent, paruulos recens editos aquis mer-

Hebræi igitur, qui in Aegyptum.] Ab hoc loco incipit liber Exodi, qui continet seruitutem Israelitarū in Aegypto, & exitum eorum inde duce Moyse. itaq; cap. i. Exodi scriptum est. *Mortuo Ioseph, & cunctis fratribus eius, omniq; cognatione sua filij Israel creuerunt, & quasi germinantes multiplicati sunt, ac roborati nimis implerere terram.* Inde ærumnas affert, quas Israelitæ per tulere in Aegypto post mortem Ioseph. Etenim *surrexerit rex nouus, qui ignorabat Ioseph.* qui dixit ad Aegyptios. *Ecce populus filiorum Israel multus, & fortior nobis est. venite, sapienter opprimamus eum, ne forte multiplicet*

tur, & si ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris, expugnatisq; nobis egradiatur de terra. [Et opus durarum edificandarum civitatum eis impostum.] Quippe præposuit eis magistros operum, ut affligerent eos oneribus, edificaueruntq; urbes tabernaculorum. & post. Atque ad amaritudinem traducebant vitam eorum operibus duri luti, & lateris, omniq; famulatu, quo in terra operibus premebantur. Et [paruos recens editos aquis mergere edicto regio cogebantur.] Quippe iussit, ut obstetrices pueros mares interficerent, feminas conseruarent. Quod cum non fecissent, præcepit, ut mares in flumen abijcerentur, feminis parceretur. Hæc de seruitute Israelitarum Aegyptia cap. I. Exodi continentur. in qua centum quadraginta quattuor annos vixerunt. Interim Leui, Iacob filius, genuit filium Cahat, ex quo natus est Amram, cuius filius fuit Moyses, & Aaron, de quibus dicturi sumus. Leui vixit annos cxxxv. I. Cahat annos cxxx. Amram cxxxvii.

MOYSES DVX ISRAELITARVM.

Qua tempestate filia Pharaonis.] Sequitur admirabilis liberatio seruitutis Hebræorum dace Moysæ, viro insigni, & gentiliū quoq; literis celebrato, qui incunabula Iudæorum ab Aegypto prima duxerunt. Hic iussu, & ope Dei Hebræos ex Aegypto eduxit, ut in terram Chananæam patribus à Deo promissam adduceret. Per solitudinem iter ingressus eos per quadraginta annos in ea tenuit, & cū Deo colloquutus in solitudine, & monte Sinai legem à Deo acce-

mergere edicto regio cogebantur. Nec disimulari cruentum imperium licebat.

Qua tempestate filia Pharaonis infantem in flumine repertum, nutriendum pro filio curauit: nomen puero Moyses dedit. Moyses hic, cū viriles annos ageret, conspicatus Hebræum ab Aegypto pulsari, permotus dolore, fratrem ab iniuria vindicans, Aegyptium calce percussum interemit. Mox supplicium è facto metuens, in terram Madian

profugit: & apud Iethro sacerdotem regionis illius diuersatus, filiam eius Sephoram in matrimonium accepit, exq; ea duos filios Gerom, & Elieser sustulit.

acceptam populo tradidit. & temp. Israelitarum instituit. Inde ad Iordanem amnem progressus regibus omnibus regionis eius subactis vita cessit, neque Iordanem trajicere, & Chananæam tenere morte præreptus potuit. Narratur autem primum genus, ortus, & educatio mirabilis eius. Fuit enim filius Amram, pronepos Leui, abnepos Iacob, propter metum Pharaonis tribus mensibus occultatus, deinde ex lege eius, cista inclusus, in flumen proiectus, atque à filia Pharaonis forte exceptus, & nutrici datus ad nutriendum. Adultum inde nutrix reginæ reddidit, quem illa filium adoptauit, vocauitq; nomen eius Moyses, dicens: Quia de aqua tuli eum. Exod. cap. II. [Moyses hic cum viriles.] Refert inde quæ Moyses in vitili aetate digna memoratu peregerit. Quippe egressus ad fratres suos Hebræos, vidit afflictionem eorum, & virum Aegyptium percutientem quendam de fratribus suis Hebræum, cumq; circumlustratis omnibus nemi nem adesse vidisset, Aegyptiū percussum fabulo occultauit. Inde iram timens regis, qui eadem à se patratam compererat, aufugit ex Aegypto in terram Madian, ubi uxorem duxit Sephoram filiam Iethro sacerdotis eius regionis, ac pascendis ouibus operam dare cœpit. Exod. cap. II.

HISTORIA IOB.

Hoc tractu temporū Iob fuit, legem naturæ, & agnitionem Dei, & omnem iustitiam complexus, prædices opibus: atque eo illustrior, quòd his neque integris corruptus, neque amissis deprauatus est. Nam cū per diabolū exutus bonis, filijs etiam esset orba-

Hoc tractu temporū Iob fuit.] Hoc loco intexit per egressionem historiam Iob viri gentilis, sed cognitionem Dei habentis, de quo sic S. Hieronymus. Iob in terra Husiide habitasse in finibus Idumææ, & Arabiæ fertur, & erat ei antea nomen Iobab, & accepit uxorem Arabissam, & genuit filium, quem vocauit Ennon. Erat autem ipse quidam filius Zaræ,

re, de Esau filij filius, de matre vero Bosra, ita ut sit quintus ab Abraham. Et hi sunt reges, qui regnaverunt in Eda, in qua & ipse regnavit. Sed primus in ea regnavit Bela filius Beor, & nomen civitatis eiusdem Denaba. Post hunc autem Bela Iobab, qui vocatur Iob. Item S. Augustinus libro XVII. de Civitate Dei cap. XLVII. Nec ipsos Iudeos existimo audere contendere, neminem pertinuisse ad Deum, præter Israelitas, ex quo propagatio Israel cepit esse, reprobo eius fratre maiore. Populus enim verus, qui proprie Dei populus diceretur, nullus alius fuit. Homines autem quosdam non terrena, sed caelesti societate ad veros Israelitas supernæ civis patriæ pertinentes etiam in alijs gentibus fuisse, negare non possum, quia, si negant, facillimè convincuntur de sancto, & mirabili viro Iob, qui nec indigena, nec profelytus, id est advena populi Israel fuit, sed ex gente Idumæa genus ducens, ibidem mortuus est, qui divino sic laudatur eloquio, ut, quod ad iustitiam, pietatemq., attinet, nullus ei homo suorum temporum coæquetur. Quæ tempora eius licet non inveniamus in Chronicis, colligimus tamen ex libro eius, quem pro sui merito Israelita in auctoritatem canonicam receperunt, tertia generatione posteriori fuisse, quam Israel. Hactenus ille. Hic Iob sanctitate, opibusque insignis rogatu Sathanæ divitijs, & filijs spoliatur. neque tamen à laudibus Dei deterretur. inde vlcere terribili affectus diem ortus sui detestari incipit, tum ad saniora consilia se recipiens iuste se à Deo percussum confitetur, ac duplum eorum, quæ amiserat, cum pristina valetudine recipit.

At Hebræi multiplicato servitutis malo.] Tam de libertate servitutis agere incipit, quæ per Moysem facta est. Quippe, ut scriptum est cap. 11. Exodi, mor-
tuo rege Aegypti ingemiscer-

tus, ad extremum diris vicibus affectus, non potuit vinci, ut præ doloris impatientia aliqua in parte peccaret. Mercedem denique divini testimonij consecutus, sanitati redditus, omnia quæ amiserat, in duplum recepit.

At Hebræi multiplicato servitutis malo presfi, querelis in cælum cõversi, spem auxilij à Deo expectabāt.

Tum Moyfi pascenti oves, repente

repentè rubus ardere visa: flammis tamen, quod erat mirabilius, innoxijs. Quæ novitate obstupescit, rubo propius accessit, statimque ad eum istiusmodi ferè verbis Deus locutus est: Dominum se esse Abraham, Isaac & Iacob: quorum progeniem, Aegyptiorum dominatione depressam, eripiam malis cupiat. iter ergo susciperet ad regem Aegypti, ducemque se populi, in libertatem restituendi præstaret. Cunctantem potestate confirmat, virtutem ei signorum faciendorum impertiens. Ita Moyfes in Aegyptum profectus, signis prius apud suos editis, assumpto fratre Aaron, regè adijt: missum se à Deo prodit, verbisque se Dei dicere, populum Hebræum uti dimitteret. At ille negans se Dominum nosse, parere imperio abnuebat.

testate signorum edendorum confirmavit. Nam cum iussisset

tes filij Israel propter operum ciferati sunt, ascenditq., clamor eorum ad Deum ab operibus, & audivit gemitum eorum, ac recordatus est fœderis, quod pepigit cum Abraham, Isaac, & Iacob, & respexit Dominus filios Israel, & liberavit eos. cap. 11. Ratio verò liberandi fuit ea, quæ sequitur.

[Tum Moyfi pascenti oves rubus ardere visa, flammis tamen, quod erat mirabilius, innoxijs:] Ab hoc enim loco Deus incipit præstare promissa facta Abraham, & patrum suum cum eo servare, ut semini Abraham possessionem Chananae tribueret. sic enim scriptum est c. 11. Exodi. Moyfes pascebat oves Iethro soceri sui, sacerdotis Madian, cumq., duxisset gregem ad interiora deserti, venit ad montem Dei Horeb. apparuitq., ei Dominus in flamma ignis de medio rubi, & videbat rubum ardere, & non comburi.

Accedenti inde ad rubum Moyfi Deus se patefecit mandans, ut in Aegyptum se referret, & Hebræos adiret, eosque servitute exemptos in terram Chanana, iam pridem Abraham, Isaac, & Iacob promissam educeret. diffidentem autem se id posse Hebræis persuadere, potestatem signorum edendorum confirmavit. Nam cum iussisset

E virgam

virgam projicere in serpentem conuertit, cum præcepisset, ut manum intra sinum conderet, lepra eam affecit. post autem cum mandasset, ut serpentem cauda sumeret, in virgæ formam rediit; cum iussisset, ut manum e sinu exereret, eam pristinæ sanitati restituit. Verba porro, quibus Deus appellauit Moysen, hæc fuerunt. *Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Vidi afflictionem populi mei in Aegypto, & clamorem eius audiui propter duritiam eorum, qui præsumunt operibus. & sciens dolorem eius descendi, ut liberem eum de manibus Aegyptiorum, & educam de terra illa in terram bonam, & spaciosam, in terram fluentem lacte, & melle ad loca Chananaei, Hethæi, Amorrhæi, Pharezæi, Henei, & Iebusei. Clamor ergo filiorum Israel venit ad me, & vidi afflictionem eorum, quæ ab Aegyptiis opprimuntur. Sed veni, ut auertam te ad Pharaonem, ut educas populum meum filios Israel de Aegypto. Reuersus est ergo Moyses in Aegyptum, fide à Deo facta, mortuos esse, qui quærebant animam eius. Quippe assumpto fratre Aaron, homine deserto, qui sibi in solitudine iussu Dei occurrerat, prodijt ad Israelitas, & ad eos conuocatos signa Dei edidit, & per fratrem Dei voluntatem, & mandata renunciavit, & populum ad relinquendam Aegyptum induxit. inde Pharaone conuento dixit. *Dicit Dominus Deus Israel, Dimittite populum meum, ut sacrificet mihi in deserto. at ille respondit. Quis est Dominus, ut audiam vocem eius, & dimittam Israel? nescio Dominum, & Israel non dimittam. Dixeruntq; Deus Hebræorum vocauit nos, ut eamus viam trium dierum in solitudinem, & sacrificemus Domino Deo nostro, ne forte accadat nobis pestis, aut gladius. Ait ad eos rex Aegypti. Quare Moyses, & Aaron sollicitatis populum ad operibus suis? ite ad uera vestra. Narrat inde scriptura, quod omisit Sulpicius, ut grauioribus oneribus eos laterum faciendorum oppresserit, & non obedientes flagellis cæciderit. & ut Israelitæ ea de re cum Moysè ipso conquesti sint, ut Moyses eam rem ad Deum rettulerit, ut Deus eum consolatus sit, promissis, quæ fecerat Abraham, Isaac, & Iacob, confirmatis, his verbis. *Ego Dominus, qui apparui Abraham, Isaac, & Iacob in Deo omnipotente, & nomen meum non indicavi eis, pepigiq; fœdus cum eis, ut darem eis terram Chananaem, terram peregrinationis eorum, in qua fuerunt aduene. Ego audiui gemitum filiorum Israel, quo Aegypti opprimerent eos, & recordatus sum pæcti mei. Ideo dic filijs Israel. Ego Dominus, qui educam vos de ergastulo Aegyptiorum, & eruam de ser-***

uitute

uitute, & redimam in brachio excelso, & iudicijs magnis. & assumam vos mihi in populum, & ero Deus vester, & scietis, quid ego sum Dominus Deus vester, qui eduxerim vos de ergastulo Aegyptiorum, & induxerim vos in terram supra quam leuavi manum meam, ut darem eam Abraham, Isaac, & Iacob. daboq; illam possidendam vobis. ego Dominus. cap. 4. 5. & 6. Exodi.

Cumque Moyses in testimonium mandatorum Dei ex virga draconem fecisset, mox aquas omnes in sanguinem conuertisset, totamque terram ranis opplesset: faciētibus similia Chaldæis, magicas esse artes, quæcunque per Moysen fierent, potius quam Dei virtutē, pronuntiabat, donec superduētis ciniphibus terra oppleta est, Chaldæis fatentibus maiestate diuina ista fieri. Tum rex malo coactus, aduocato ad se Moysē, & Aaron, dat populo discedendi potestatem, modò ut super ductam cladem auerterent. Sed ubi clades exempta est, impotens sui animus, in se reuersus, exire, ut conuenerat, Israelitas non pariebatur. Ad extremum, decem plagis

Cumque Moyses.] Narrat signa portentifica, quæ edidit Moyses ex præcepto Dei, ut Pharaonem ad Hebræos dimittendos adduceret, & plagas decem, quibus eum reluctante affecit. quas deinceps exponemus. Prima plaga fuerunt aquæ in sanguinem conuersæ. sic enim cap. vii. scriptum est. *Ingressi Moyses, & Aaron ad Pharaonem fecerunt sicut præceperat Dominus, tulitq; Aaron virgam coram Pharaone, & seruis eius, quæ versa est in colubrum. Vocauit autem Pharaon sapientes, & maleficos. & fecerunt etiam ipsi per incantationes Aegyptiacas, & arcana quedam similiter, proieceruntq; singuli virgas suas, quæ versæ sunt in dracones, sed deuorauit virga Aaron virgas eorum, induratumq; est cor Pharaonis, & non audiuit eos. Inde iussu Dei Moyses ad eum redijt, & petijt, ut dimitteret populum, & sacrificaret Deo in deserto, minatus se aquas in sanguinem conuerturum, ut pisces more-*

E 2 rentur,

rentur, & aquæ computrescerent. quo non obediente virga percussit aquam fluminis, ut non possent Aegyptij bibere. cumque eadem malefici peregrissent, Pharaon in contumacia perstitit. cap. VII. Secunda plaga fuit ranarum. Rursus enim ingressus ad Pharaonem Moyses, verbis Dei mandavit, ut dimitteret populum ad sacrificandum, alioquin se terram, & amnes ranis oppleturum, quæ domum, & cubiculum, & lectum eius inuaderent. eo vero non obsequente, ranas induxit. Orauit autem Pharaon Moysen, ut eam peltem abigeret, nam se populum dimissurum. Necatis ranis tamen Pharaon in pertinacia mansit. cap. VIII. Tertia plaga fuere ciniphes. Siquidem *iussit Dei extendit virgam suam, & percussit puluerem terræ, & emertere ciniphes in universa Aegypto.* cap. VIII. Ciniphes autem tam in hominibus, quam in iumentis fuerunt, quos alii culices, alij muscas ex interpretibus fuisse dixerunt. malefici autem, quos [Chaldeos] Sulpicius vocat, eadem conati explere non potuerunt, cum dicerent, *Digitus Dei hic est.* S. Augustinus in Sermone LXXXVI. *Scinifes animal pemis quidem suspenditur per aera volitans, sed adeo subtile est, & minutum, ut oculi visum nisi acutè carnis eluscat, corpus tamen cum insederit, acerbissimo terebrat stimulo, ut quem volantem quis videre non valet, sentiat stimulantem.* Sumpsit autem hoc à Philone. Quod addit, [Tum rex malo coactus advocato ad se Moysen, & Aaron.] Sulpicius id factum post ciniphes ait, ut se Pharaon obsecurum, peste illa depulsa, dixerit, liberatus vero malo ad ingenium suum redierit, cum tamen post ranas immisas euenisse scriptura prodiderit. Reliquæ inde plagæ septem, quæ numerum decem expleverunt, fuere muscæ caninæ, pestilentia, ulcera pecorum, grando, locustæ, tenebræ, ac denique mors primogenitorum, quas Deus eo modo, quo superiores, repugnati Pharaoni inflixit. ubi vero primogenita passim momenta Pharaon vidit, demum victus vocatis Moysen, & Aaron nocte dixit. *Surgite, & egredimini à populo meo vos, & filij Israel. Ite, & immolate Domino sicut dicitis. oves vestras, & armenta sumite, ut perieratis, & abeuntes benedicite mihi.* Quid autem his decem plagis significatum, ac præfiguratum sit, pluribus in locis docuit S. Augustinus, sed maxime in sermone LXXXVI.

PASCHAE

PASCHAE INSTITVTIO.

Sed prius quam Aegypto populus est egressus, mandatis Domini instruitur, rudis adhuc temporum, mensum illum, qui tunc erat, primum omnium mensum esse cognosceret: Sacrificium autem diei illius in solemnitate consequentium saeculorum ita esse celebrandum, ut quartadecima die mensis agnus immaculatus anniculus victima caderetur, eiusdem sanguine postes illinirentur: carnem penitus exedendam, os autem non conterendum: septem diebus fermento abstinerent, azymis vterentur, ritumque hunc posteris traderent.

fitum appellarent, & vespere agnum anniculum immaculatum comederent, & ne comederent ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed asium tantum igni. caput autem cum pedibus eius, & intestinis vorarent. Dum autem comederent, renes accingeret, calciamenta in pedibus haberent, baculos in manibus tenerent, & festuantes comederent, quia illud Phasæ esset, idest transitus Domini, & addidit. *Et cum dixerint vobis filij vestri. Quæ est ista religio? dicitis eis. Victimam transitus Domini est, quando transiit super domos filiorum Israel in Aegypto, percussis Aegyptios, & domos vestras liberans.* Agnum autem hunc præfigurasse Christum

E 3 ventu-

Sed priusquam Aegypto.] Ab hoc loco incipiunt leges, & instituta Hebraeis à Deo data, quæ sequentem eorum temp. complectentur. Hebraei annum à Septembri, id est ab æquinoctio autumnali ordiebatur. siquidem cap. 35. Exodi, *fruges condidit deumte anni tempore* inquit. In primis vero, cum annum lunarem in XII. menses, & CCCLV. dies distributum haberent, Deus iussit, ut primum anni mensem ab illo mense numerarent, quo ex Aegypto egredierentur. is autem, post fuit apud eos Nysan, qui apud Romanos respondet Martio, nam tum ab ordine numerabant, ut tantum dicerent primum, & secundum, & tertium mensem. Monuit præterea, ut quartam decimam diem illius mensis præcipuo in honore haberent, ac Phasæ, idest tran-

venturum, & passurum pro nobis, docuere fatis S. Ioan. Baptista, cum dixit, *Ece Agnus Dei.* & Christus, cum agnum in pascha edens cum apostolis, ac panem offerens, suum illud esse corpus afferuit, quod offerendum esset pro multis in remissione peccatorum. & S. Paulus, cum adiecit, *Pascha nostrum immolatus est Christus.* vt mittam S. Augustinum, qui cum ceteris id sepissime repetiuit. & maxime libro xli. contra Faustum. Inde per septem dies sequentes Azyma, idest panem infermentatum edi præcepit, & primum ac septimum diem sanctum constituit.

Ita populus egressus. Nam narrare incipit de exitu Hebræorum ex Aegypto, qui discessuri iussu Dei petiere ab Aegyptiis mutuo vas argentea, & aurea, vestemque plurimam. eaque facile ab Aegyptiis impetrare. atque ita spoliatis Aegyptiis, diuites, & suis copiis, & Aegyptiorum spoliis abiire. cap. xli. Exo. Quod autem ait *[Numerum ex quinque, & septuaginta Hebræis, qui primum Aegyptum descenderant, ad millia virorum sexcenta peruenisse.]* sumptum est ex cap. Genetis xli. & Deuteronomij x. vbi scriptum est. *Omnes animę domus Iacob, que ingressę sunt in Aegyptum, fuere septuaginta.* pro quo numero Græca versio habet septuaginta quinque. quem numerum agnoscit quoque S. Augustinus lib. xvi. de Civitate Dei. cap. xl. *Ingressi referuntur in Aegyptum simul cum ipso Iacob septuaginta*

Ita populus egressus, diues suis copijs, & Aegypti spolijs cumulatio: cuius numerus, ex quinque & septuaginta Hebræis, qui primum Aegyptum descenderant, ad millia virorum sexcenta peruenerat: ab eo autem, quo primum Abraham terram Chananæorum accesserat, anno tricesimo & quadringentesimo; à diluuiio autem, mille quingentis quinque & septuaginta. Igitur properè egressis, columna nubis interdium, noctu columna ignis præferabatur. Sed cum ob interiectum finem Rubri maris, præter terram Philistim via duceret, ne postea Hebræis eremum aspernantibus redeun-

di in

di in Aegyptum continentibus terris noto itinere facultas paderetur, nutu Dei auersi, in Rubrum mare illati sunt, castraque ibi cunctantes constituerunt. Quod vbi regi nuntiatum est, Hebræum populum viæ errore in obiectum mare deuenisse, nullum ei esse exitum obsistente elemento; furens animi, quoangebatur, tot hominum millia regno suo & potestati decedere, exercitum properè educit. Iamque eminus arma signaque & protentæ parentibus late campis acies visabantur: cū Hebræis metu trepidis, & cælum aspectantibus, Moyses à Deo monitus, percussum virga mare discidit. Ira populo, cedentibus in latera aquis, velut in continenti, iter peritium fuit. Nec cunctatus rex Aegyptius cedentes insequi, mare quæ patebat, ingressus; mox coeuntibus aquis, cum omni exercitu deletus est. Tunc Moy-

fes

*ginta quinque homines annu-
merato ipso cum filijs suis. in
quo numero duæ tantum femi-
ne commemorantur, una filia,
nepotis altera. Sed res diligen-
ter considerata nõ indicat, quod
tantus numerus fuerit in proge-
nie Iacob die, vel anno, quo in-
gressus est Aegyptum. Com-
memorati quippe in eis etiam
sunt pronepotes Ioseph, qui nul-
lo modo iam tunc esse potuerint,
quando iam tunc centum triginta
annorum erat Iacob, filius
verò eius Ioseph triginta nonne.
quos cum accepisse tricesimo
anno suo, vel amplius uxorem
confer, quomodo potuit per no-
nem annos habere pronepotes
de filijs, quos ex eadem uxore
suscepit? Soluit inde qua-
tionem, intelligendum esse
introitum Iacob in Aegyptum
non vnum annum, sed totum
illud tempus, quamdiu vixit
Ioseph, per quem factum
est, vt intrarent, sexcenta ve-
rò inde milia peditum suis-
se, cum egressi sunt, scri-
ptum est cap. xi. Numero-
rum: Quod autem addit
[Ab eo autem, quo primum
Abraham terram Chananæo-
rum accesserat, anno CDXXX]
eum numerum sumptum ex
xli. Exo di, vbi est: *Habita-
tio filiorum Israel, qua manserunt
in Aegypto, fuit quadringentorum
viginque annorum,*
E 4 qui-*



quibus expletis eadem die egressus est omnis exercitus Domini de terra Aegypti. Hoc autem aperte falsum est. neque enim tot annos in Aegypto fuisse Aegyptij. Itaque melius versio septuaginta interpretum. Habitatio filiorum Israel, qua habitauerunt in Aegypto, & in terra Chanaan ipsi, & patres eorum annis CDXXX. Cui consensit S. Paulus scribens ad Hebræos. Testamentum confirmatum à Deo ea, quæ post CDXXX. annos facta est, lex non irritum facit ad euacuandam promissionem. Incipit autem habitatio in terra Chanaan ab anno LXXV. Abraham, ut supra diximus, quo Deus testamentum suum Abraham confirmauit. summa verò annorum, qua inquit [A diluuiò mille quingentis quinque, & septuaginta.] concipitur hoc modo, ut supra dictum est. A diluuiò ad ortum Abrahamæ M LXX. ab ortu Abrahamæ ad ingressum in terram Chanaan anni LXV. inde ad egressum ex Aegypto anni CDXXX. Refert inde oblata Hebræorum protectioni impedimenta, quæ omnia Moyses consilio, & ope Dei superauit. quorum primum fuit maris obstaculum, de quo multò vberius, & clarius Exodi cap. XII. Cum emisisset Pharaò populum, non eos duxit Dominus per viam terræ Philistij. quæ vicina est, reputans, ne forte peniteret eum, si vidisset aduersum se bella consergere, & reuertetur in Aegyptum. sed circumduxit per viam deserti, quæ est iuxta mare Rubrum, & armati ascenderunt filij Israel de terra Aegypti. Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, ut dux esset itineris utroque tempore. Ex quo apparet, Sulpicium parum aptè vertisse, [Hebræis eremum aspernamibus,] non enim, si ad Philistijm accessissent, eremum intraturi erant, sed bellum suscepturi. quare pro, [eremum,] bellum, erat dicendum. Philistijm autem fuit regio à nepote Cham appellata. ut scriptum est Genesis cap. X. Hæc post à Græcis Palæstina vocata ad mare sita. Columnæ autem, & nubis præcedentis sexcenta alia testimonia sunt. Adijcit deinceps, ut Pharaò certior protectionis Hebræorū factus eos sit persecutus, quod ex XIII cap. Exodi sumptum est. Et nunciatum est regi, quod fugisset populus, immutatūq; est cor Pharaonis, & seruatorum eius super populum, & perse-

& persecutus est eos, & reperijt in castris super mare. Inde subiicit, ut Moyses à Deo monitus percussum, virga mare disciderit, quod est scriptum ibidem ita. Expositulantibus, & clamantibus Hebræis, quod in periculum essent adducti, Moyses dixit, ne timeant, nam virtutem Dei esse illo die experturos. Tum dixit Deus ad Moysen. Loquere filiis Israel, ut proficiantur. in autem eleua virgam tuam, & extende manum tuam super mare, & divide illud, ut gradiantur filij Israel in medio mari per siccum. Post. Cumq; extendisset manum Moyses super mare, abstulit illud Dominus, diuisaq; est aqua. Tum suggerit, ut Moyses cedentibus aquis Rubrum mare transferat, prout est in eodem loco. Et ingressi sunt filij Israel per medium sicci maris. erat enim aqua quasi murus, à dextra eorum, & sinistra. persequentesq; Aegyptij ingressi sunt post eos, & respiciens Dominus super castra Aegyptiorum per columnam ignis, & nubis interfecit exercitum eorum. cumq; extendisset Moyses manum contra mare, reuersum est primo diluuiò ad priorem locum, fugientibusq; Aegyptijs occurrerunt aque, & operuerunt currus, & equites cuncti exercitus Pharaonis, quos sequentes ingressi fuerunt mare. nec vnus quidem superfuit ex eis. Deinde, ut Moyses feliciter mare transgressus exultans canticum Deo cecinerit, quod ita incæpit. Cantemus Domino. gloriosè enim magnificatus est. Quod autem scriptum est, Moysen [exultasse incolumitate suorum, exitio hostium, & virtute] prope ridiculum est. nam si virtutem referas ad Hebræos, absurdum est, cum nihil fortitudinis adhibuerint, si ad hostes, multò magis, cum omnes quasi pecudes gurgitibus hausti sint. quare puto desiderari vocem Dei, ut sit, virtutèq; Dei. nam in toto cantico nihil aliud celebratur, quàm virtus, & fortitudo Dei. Vnde illa post sæpe repetuntur. Qui eduxit populum de Aegypto in fortitudine magna, & manu robusta.

REIP. INSTITVTIO.

Sed ingressus eremum, Exponit deinceps alia protectioni impedimenta obiecta, quorum vnum fuit, aqua aut nulla, aut amara de qua cum Moysen populus, ut supra, accusaret, ille Dei monitu lignum aquis intulit, atque ita aquis dulcedinem

nem addidit. ostendit enim ei Dominus lignum, quod cum misisset in aquas, in dulcedinem uersa sunt. cap. xv. Quod autem ait [*tum primum impotentis populi contumaciam apparuisse*] falsum est. nam prima expositio eorum, & in Moysen inuentio fuit, cum mare progressi suo obiectum viderunt. non cum aque ad potum inopia laborarunt. Porro ingressos, non [*ingressus*] legedum. Aliud verò incommodum, quo Hebræi Moyse maledixerunt, fuit fames, cui consuluit Deus cothurnicibus; & manna immisit. Ceterum apud Sulpicium duo vitia sunt, vnum librariorū, alterum auctoris. librariorū pato, pro [*arborum,*] arboribus reponendum esse, Sulpicij illud, quod significare videtur, apud Elim populum fame conflictatum fuisse, eum tamen id factum sit, postquam inde discessum est. sic enim scriptum est. cap. xvi. *Profecti sunt de Elim. & venit omnis multitudo filiorum Israel in desertum Sin, quod est inter Elim; & Simai. & mirauit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysen. Factum est ergo vespere, & ascendens cothurnix cooperuit castra. mane quoque res iacuit*

in

que in Moysen ferebatur: cum edoctus à Deo, lignū aquis intulit, cuius hæc vis fuit, vt dulcem saporē fluentis redderet. Exin promotum agmen, apud Elim, duo decim fontibus aquarum & septuaginta arborum palmarum repertis, confedit. Rursum populus famem cōquerens, Moysen increpabat, Aegypti seruitium cum saturitate ventris desideratum grex coturnicum supernè missus, castra oppleuit. Postero autem die animaduertit, qui extra castra processerant, paruis quibusdā siliquis oppletum solū: quarum species in modum coriandri feminis, glaciali albedine erat, vt crebrò hibernis mensibus superductis pruinis tegi terrā videmus. Tum per Moysen populus admonetur, panem hunc eis munere missum Dei: vnū quemq; in id paratis vasculis, tantum vsurpare debere, quantum in diem vnum

pro

pro numero singulis satis esset: sexto tamen die, quia sabbato colligi non liceret, duplum præsumerent. Verum populus, vt semper parum dicto audiens more humani ingenij, non refrenauit cupiditatem, ex reconditis in posterum quoq; diem consulens. Sed reposita, fectore diro in vermes efferuecebant: cum die sexto in sabbatum reseruata, integra permanerent. Hoc Hebræi per XL. annos cibo sunt vsi: cuius sapor melli proximus, nomen Manna traditur. In testimonium autem diuini muneris, reseruasse Moyses gomor plenum in vase aureo dicitur.

in circuitu castrorum. cumq; operuisset superficiem terræ, apertum in solitudine minimum, & quasi pilo rufum in similitudinem pruinæ super terram. Quod cum vidissent filij Israel dixerunt ad inuicem, Man hu, quod significat, quid est hoc & ignorabant enim, quid esset. Quibus ait Moyses. Hic est panis, quem nobis dedit Dominus ad uescendum. Numeris autem cap. xi. Erat Manna quasi semen coriandri coloris bdellij. circuibatq; populus, & colligens illud frangebatur, & faciebat ex eo tortulas saporis, quasi oleati. Quid autem significaret manna illud, primum declarauit Moyses, cui dixit, Hic est panis, quem vobis dedit Deus ad uescendum, dein de Christus, cum in cæna panem porrigens dixit, Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Vnde illud apud S. Ioannem vi. Patres nostri manducauerunt manna in deserto, sicut scriptum est,

*Panem de caelo dedit eis manducare. Amen dico vobis. Non Moyses dedit vobis panem de caelo, sed pater meus dat vobis panem de caelo verum. panis enim verus est, qui de caelo descendit, & dat vitam mundo. dixerunt ergo ad eum. Domine da semper nobis panem hunc, dixit eis Iesus, Ego sum panis vite. qui venit ad me, non esuriat, & qui credit in me, non sitiet in aeternum. De his sepe S. Augustinus, & ceteri. Verba verò, quibus Moyses populum monuit, [*panem hunc eis munere missum Dei, vnumquemque in id paratis vasculis tantum vsurpare debere, quantum in diem vnum pro numero singulis satis esset. sexto tamen die, quia sabbato colligi non liceret, duplum præsumerent,*] hæc*

hæc fuerunt. Colligat unusquisque ex eo, quantum sufficit ad uescendum, gomor per singula capita, iuxta numerum animarum uestrarum, que habitant in tabernaculo, sic tolletis. Id ita illi fecerunt. die autem sexta collegerunt cibos duplices, id est duo gomor per singulos homines. Itaque Moyses ait eis. Hoc est, quod locutus est Dominus, requies sabbathi sanctificata est Domino cras, quodcumque operandum est, facite, & que coquenda sunt, coquite, quidquid autem reliquum fuerit, reponite usque in mane. Cum autem dixit. [Ex reconditis in posterum quoque diem consilens.] expresit illa. Dixit Moyses ad eos. Nullus relinquat ex eo in mane, qui non audierunt eum, sed dimiserunt quidam ex eis usque mane. & scatere cepit uermibus, & corrupturuit. & cum addidit. [Hoc Hebræi per quadraginta annos cibo sunt usi.] expresit illa cap. xvi. Filij Israël comederunt Man quadraginta annis, donec uenirent in terram habitabilem. hoc cibo alij sunt, quousque uenirent fines terræ Chanaan. De sapore uero mannae sic ibi. Gustusque eius quasi simile cum melle. Nomen autem impositum est ab eo, quod diximus. Man hu. Iam uero quod addidit. [In testimonium autem diuini numeris seruasse Moyses gomor plenum in uase aureo dicitur.] Sic ibidem. Dixit Moyses ad Aaron. Sume uas unum, & mitte ibi man, quantum potest capere gomor, & reponere coram Domino ad seruandum in generationes uestras. gomor autem mensuræ genus fuit, de quo non conuenit inter antiquos. Hoc est autem, quod dixit S. Paulus ix. ad Hebræos, in arca fœderis uenam auream fuisse habentem manna.

Inde progressus populus.] Narrat aliud incommo- dum, nempe nouam aquæ penuriam, qua de re increpante Moysen populo in loco, quò inde uenerat, Raphidin nominato, ex præcepto Dei Moyses uirga percussit petram Horeb, & aquam excussit. sic enim dixit Deus. En ego stabo ibi coram te supra petram Horeb, percussies petram, & exibit ex ea aqua, ut bibat populus. Hæc autem

mysti-

Inde progressus populus, cum aquæ penuria tentaretur, agrè ab exitio ducis temperabat. Tum Moyses, mandante Domino, apud locum, cui Oreb nomen est, uirga petram percussit, largè aquæ copiam fecit. Sed ubi Raphidin peruentum, Amalechitarum populum incursionibus vastabant.

Moyfes

Moyfes suis in prælium eductis, cum Iesum bellantibus præfessisset, assumpto Aaron, & ut spectator pugnae futurus, simul precandi Dominum gratia montem conscendit. Sed cum dubio euentu acies concurrissent, Moyfi precibus victor Iesus, hostes in noctem cæcidit.

dum fuit bellum Amalecitarum. Verum Sulpicius perinde loquitur, quasi Moyses prius aquam excussisset, quam Raphidin attigerit. cum tamen dicat Exodus cap. xvi. i. Castrametati sunt in Raphidin, ubi non erat aqua ad bibendum populo. inde narrat, ut ex petra Horeb elicita aqua sit. cum autem adhuc in Raphidin manerent, Amalechitarum incursiones fecerunt. sic enim ibidem. Venit Amalech, & pugnabat contra Israël in Raphidin. Pro [vastabant,] mallem vexabant. In ijs autem uerbis, quæ sequuntur, [Moyfes suis in prælium eductis, cum Iesum bellantibus præfessisset, assumpto Aaron, & ut spectator pugnae futurus, simul precandi Dominum gratia montem conscendit.] nemo adhuc vitium infigne notauit, nam pro [ut,] reponendum est Hur, sic loquente scriptura. Moyses autem, & Aaron, & Hur ascenderunt super verticem collis. Et cum leuaret manus Moyses, vincebat Israël, sin autem paululum remisisset, superabat Amalech. Aaron, & Hur sustentabant manus ex utraque parte. & factum est, ut manus eius non lassarentur usque ad occasum solis, fugauitque Israël Amalech. Est autem Iosue, quem & Iesum uocant, Naue filius, ex tribu Efraim, qui post Moysen ducatum Hebræorum exceperit.

Per idem tempus, Iethro Moyfi focer, cum filia Sephora, quæ Moyfi nupta, proficiscente in Aegyptum viro

mysticè sic explicuit S. Paulus prima ad Corinth. cap. x. Nolo uos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari, & omnes eandem escam spirituales manducauerunt. et omnes eundem potum spirituales biberunt, & bibeant autem de spiritali, conseqente eos petra. Petra autem erat Christus. Aliud inde incommo-

Per idem tempus Iethro Moyfi focer.] Narrat deinceps, ut Moyses consilio Iethro focer ad fe adeuntes temp. constituerit. Fallitur autem

autem, qui Sephoram, proficifcente in Aegyptū Moysē, domi remanēse scribit. nam, vt scriptum est cap. iij. *Tulit Moyses uxorem suam, et filios suos, & imposuit eos super asinum, & reuersusq; est in Aegyptum. inde, vt scriptum est cap. xviii. Iethro tulit Sephoram uxorem Moysē, quam remiserat, & duos filios eius, quorum vnus vocabatur Gerson, aliter Eliezer. & venit cum ijs ad Moysen in desertū.* exceptus autem hilariter à Moysē, & rebus eius gestis lætatus holocaustum, atque hostias Deo obrulit.

REIP. INSTITVTIO.

Hæc est autem prima reip. Hebræorum descriptio. qua magistratus, & iudicia constituta sunt, Iethro Moysis socero præscribente. res autem ita acta est. Cum adhuc Moysēs ipse vnus lites omnes cognouisset, atque omnia iudicia exercuisset, monitus est à socero, ne eum laborem ipse subiret, sed lites leuiore iudicibus Hebræis cognoscendas permitteret, ipse sibi grauiora referuaret, atque vnā curam rerum, quæ ad Deum pertinent, ageret, cuius ille consilio paruit. Verba Iethro fuerunt hæc. *Esto in populo in ijs, quæ ad Deum pertinent, vt referas, quæ dicuntur, ad eū, ostendasq; populo cõremouias, & ritum colendi, viamq; per quam ingredi debeant, & opus, quod facere debeant. provide autem de omni plebe viros sapientes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint superbiam, & constituē ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicent populum omni tempore. quidquid autem maius fuerit, referant ad te, & ipsi minora tantummodo iudicent. Quibus auditis Moysēs fecit omnia, quæ ille monuerat. Et electis viris potentibus de cuncto Israel, constituuit eos tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicarent plebem omni tempore. quidquid autem grauius erat, referrent ad se, & ipsi minora tantummodo iudicarent.* Addit autem Iosephus, eum diuisisse populum

in

viro domi refederat, liberisque eius, cognitis rebus, quæ per Moysen gerebantur, ad eum venit. Huius consilio Moysēs ordines populi distribuit, tribunos, centurionesq; & decuriones præficiens, necessarium disciplinæ ritum posteris tradidit: Iethro in patriam regressus.

in multas partes, exempli gratia in mille, in quingentos, in centū, in quinquaginta, triginta, viginti, & decem, atque præfectos eis præposuisse. quos vocant Chiliarchos, ecatontarchos, pentecontarchos, decadarchos. quasi dicās millenarios, centenarios, quinquagenarios, decanos. Latinus verò interpret, qui mille hominibus præfecti essent, tribunos, qui centum, centuriones vertit. Paucis verò post diebus instituit etiam consilium constans ex septuaginta senioribus, iussu Dei: sic enim scriptum est Numerorum cap. xi. *Dixit Dominus ad Moysen. Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel, quos tu nosti, quod senes populi sint, ac magistri, & duces eos ad ostium tabernaculi fœderis, faciesq; ibi stare tecum, vt descendam, & loquar tibi, & auferam de spiritu tuo, & tradam eis, ac susbentent tecum vnus populi, & non tu solus graueris. quod idem fuisse cum seniorum Concilio arbitramur.*

LEGES DEI.

Exin ad Sinam montem peruentum. ibi Moysēs à Domino monetur, populus vt sanctificaretur, auditurus Dei voces: idque sollicitè curatum. Sed vbi Deus monti institit, validis tubarum clamoribus aer quatiebatur, crassæque nubes crebris cum fulminibus aduoluebantur. Sed Moysēs & Aarō in montis cacumine Dominū propter, populus circa ima montis constitit. Ita lex lata, multiplex & copiosa, Dei verbis, & sæpe repetita: cuius si quis erit curiosior, fou-

tem

Exin ad Sinam montem peruentum. Inde ad montem Sinam ventum, Iecū maxime ob res ibi à Deo gestas ad memoriam posteritatis insignem. Quod autem inquit Sulpicius Sinam montem, sciendū est, in scriptura vocari, soliudinem, siue desertum, & montem Sinai. sic enim cap. xix. Exodi. *Tertio mense egressiois Israel de terra Aegypti in die hac venerunt in soliudinem Sinai. nam profecti de Raphidin, & peruenientes vsque in desertum Sinai castrametati sunt in eodem loco. at paulo post addit, Die tertia descendet Dominus coram omni plebe super montem Sinai. inde Num. cap. x. Profecti sunt de monte Domi-*

tem

ni viam trium dierum. & c. 4. Dominus Deus noster pepigit nobiscum fœdas in Horeb. Ex his autem patet, Sinai nomē esse solitudinis, siue deserti, in ea verò solitudine montē fuisse, nomine Horeb. qui nomen dicitur Sinai, & mons Dei, & mons Horeb. quia sit solitudinis, quæ Sinai dicitur. esse autem eundem montem, vnde apparuit Moysi Deus primum è rubo ardenti. de quo cap. 111. Exodi. Cumque duxisset gregem ad interiora deserti, venit ad montem Dei Horeb. apparuitque ei Dominus in flamma ignis, de medio rubi. atque eundem esse, in quo Deus post legem dedit Hebræis. Quod si ita

est, non rectè dixit Sulpicius ad [montem Sinam], non enim Sinam potest esse casus genitiuus, vt Sinai. nam ita significauit, montem Sinam dictum. Fœdus autem, quod pepigit in monte Horeb his verbis conceptum fuit. cap. XIX. Exodi. Si audieritis vocē meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis, mea enim est omnis terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta. Cum autem his dictis mandasset Deus, vt populus sanctificaretur, descendit super montem, & leges duas præscripsit, vnam ad religionem, alteram ad iudicia pertinentem. Ac primum quidem lex de religione hoc ordine data est. Tercio mense cum venisset Moyses ad Sinam, atque ibi castrametatus esset, monitus à Deo conuocauit seniores populi, & ex eius præscripto monuit, vt sanctificarent se, & lauarent vestimenta sua, & parati essent in diem tertiam. nam Deum eo die descendurum, & coram omni populo verba facturum super montem Sinam. Eæ res curatæ sunt. Vbi tertia dies illuxit, ceperunt audiri tonitrua, & micare fulgura, & nubes densissime operire montem, clangorq; buccinæ vehementius perstrere, & inuicem populus, qui erat in castris. Cumq; eduxisset eos Moyses

eis occur-

tem ipsum adeat, nos eam breuiter perstringimus. Non erunt, inquit, tibi Dei alieni præter me: Non facies tibi idolum: Non fumes nomen Dei tui in uanum: Sabbato nullum opus tuum, & matrem tuam: Nō occides: Non mœchaberis: Non furtum facies: Nō falsum testimonium dices aduersus proximum tuum: Non concupisces quidquā proximi tui.

in occursum Dei de loco castrorum, steterunt ad radices montis. Tonus autem mons Sinai fumabat, eò quod descendisset Dominus Deus super eum in igne, & ascenderet fumus ex eo quasi de fornace, eratq; omnis mons terribilis. Et sonitus buccinæ passatim crescebat in manus, & prolixius tendebatur. Moyses loquebatur, & Deus respondebat ei. Lex verò tradita est his verbis. Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti de domo seruitutis. Nō habebis deos alienos coram me. Nō facies tibi sculptile. Nō assumes nomen Dei tui in uanum. Memento ut diem sabbathi sanctifices. Honorā patrem tuum, & matrem tuam. Nō occides. Nō mœchaberis. Nō furum facies. Nō dices contra proximum tuum falsum testimonium. Nō concupisces domum proximi tui. nec desiderabis uxorem eius, non seruum, non ancillam, non bœuem, non asinum, nec omnia, quæ illius sunt. Hæc decem præcepta legis eiusmodi sunt, vt tria prima ad Deū, septem alia ad proximum referantur.

His à Deo dictis, cum turbæ circumstrepent, lampades inardescerent, montem fumus obtegeret, populus præ timore inhorruit, verba Dei non sustinens, poscitque à Moysē, vt ipsi tantum loqueretur Dominus, atque ita audita ad populum referret. Edicta autem Dei ad Moysen istiusmodi sunt: Hebræus puer pecunia emptus, sex annis seruiet, post hæc liber erit: spontè autem permanenti in seruitute, auris forabitur. Qui hominem occiderit, ca-

pite

His à Deo dictis cum turbæ circumstrepent. Inde narrat, quo ordine lex iudicialis sit lata, qua dere sic. cap. XX. Cunctus populus audiebat voces, & uidebat lampades, & sonitum buccinæ, non tamen sinantem. & perterriti, ac pavore percussi steterunt procul dicentes Moysi. Loquere tu nobis, & audiemus. non loquatur nobis Deus, ne forte moriamur. Edicta verò iudicialia Dei ad Moysen neq; uniuersa, neque integra attulit Sulpicius, in omnes, vt qui ea cognoscere cupiunt, fontes adeant, nempe Exodi caput XIX. XX. & XXI. Ceterum quæ sequuntur crimina continent promiscuè aduersus proximum, & aduersus Deum, adiectis poënis tem-

F

po-

poralibus . nam de spiritua-
libus infligendis post Chri-
stus legislator acturus est .
Pertinet autem maximè ad
eandem, furta, fornicationē,
& falsum testimonium .

*Hebreus puer pecunia em-
ptus sex annis seruiet, post hæc
liber erit, spontè autem perma-
nenti in seruitute, auris forabi-
tur .] In lege scriptum est .
Si emeris seruum Hebræum,
sex annis seruiet tibi . in septi-
mo egredietur liber gratis .*

*Quod si dixerit seruus, Diligo
dominam meam, & uxorem,
ac liberos, non egredietur liber,
offeret eum dominus Dñs, &
applicabitur ad ostium, & po-
situs, perforabitq; aurem eius
subula, & erit ei seruus in sa-
culum . cap. xxi .*

*Qui hominè occiderit, capi-
te pœnas luet, qui imprudens, ri-
tè exul erit .] Quæ sequitur,
ad eandem pertinent . Ibi sic
scriptum est . Qui percussit
hominem volens occidere, mor-
te morietur . qui autem non est
insidiatus, sed Deus illum tra-
didit in manus eius, constituam
sibi locum, in quem fugere de-
beat . Ex his manifestū est,
apud Sulpicium deesse ver-
bum, prudens, quod respon-
deat alteri, quod sequitur,
imprudens, & illud exprimat,
quod est in scriptura, volens
occidere . Quare ego ita le-*

gerim

te pœnas luet: Qui impru-
dens, ritè exsul erit. Qui pa-
trem matremve pulsauerit,
conuictumque eis dixerit,
capitali supplicio afficitor .
Si quis Hebræum subreptū
vendiderit, morti dabitur .
Si quis seruum propriū, ser-
uamve percusserit, exq; eo
ictu obierit, reus iudicio
fiet. Si quis partum non de-
formatum mulieri excusse-
rit, neci dabitur. Si quis ser-
uo oculum aut dentem ex-
torserit, seruus vindicta li-
berabitur. Taurus si homi-
nem occiderit, lapidabitur.
Si dominus sciens bestię vi-
tium, non consuluerit, & ip-
se lapidabitur: aut pretio se
redimat, in quantum accu-
sator poposcerit. Si seruum
taurus occiderit, in triginta
drachmis pecunia domino
numerabitur. Si quis defos-
sum lacum non cooperue-
rit, pecusque in lacum ceci-
derit, pretium pecudis do-
mino dabit. Si taurus alte-
rius taurum occiderit, pe-

cus

cus venundabitur, pretium
que domini partientur, per
emptum etiam diuident.

Quòd si dominus vitium tau-
ri sciens, non consuluerit,
taurum dabit. Si quis vitu-
lum subripuerit, quinque res-
tituet. Si ouem subripue-
rit, quadrupli pœna erit. Si
viua penes abactorem peco-
ra reperientur, dupla resti-
tuet. Nocturnum furem oc-
cidi licet, diurnum non licet.
Si cuius pecora alterius fa-
ta depauerint, dominus pec-
coris euerfa restituet. Si de-
positum perierit, is penes
quem depositum fuit, iura-
bit nihil se dolo egisse. Fur
inuentus duplum dabit.

Commendatum pecus à be-
stia interceptum, non resti-
tuetur. Si quis virginem non-
dum desponsatam corrupe-
rit, dotabit puellam, & ita
eam uxorem accipiet. Si pa-
ter puellæ nuptias recusau-
erit, dotem raptor dabit. Si
quis se pecudi miscuerit,
morti dabitur. Sacrificans
idolis,

gerim . [*Qui prudens homi-
nem occiderit, capite pœnas
luet, qui imprudens, ritè exul
erit .] Ritè autem exulem iu-
bet esse, qui in vrbes exilio
destinandas confugiat . de
quibus Numè . xxxv . Deute-
ronom . xix . Iosue xx . Se-
parate vrbes fugitiuorum, de
quibus locutus sum vobis per
manum Moysi, ut confugiat ad
eas quicumque animam percus-
serit nescius .*

*Qui patrem, matremve pul-
sauerit, conuictum ei dixerit,
capitali supplicio afficitor .]
Item . Qui percussit patrem
suum, aut matrem suam, morte
moriatur . qui maledixerit eis,
morte morietur .*

*Si quis Hebræum surreptū
vendiderit, morti dabitur .]
Eodem in loco . Qui furatus
fuerit hominem, & vendiderit
eum, morte morietur .*

*Si quis seruum proprium,
seruamve percusserit, ex eoque
ictu obierit, reus iudicio fiet .]
Ibidem . Qui percussit ser-
uum suum, vel ancillam virga,
& mortui fuerint in manibus
eius, criminis reus erit .*

*Si quis partum non defor-
matum mulieri excusserit, neci
dabitur .] Hoc sumptum est
ex versione septuaginta in-
terpretum . Si viri duo con-
tenderint, & percusserint mu-
lierem ventrem ferentem, &
exierit*

F 2

exierit

exierit puer eius non deformatus, obnoxius erit dāno, quanti maritus eius expetierit, si uero deformatus fuerit, dabit aī aut pro animā, oculis pro oculo, dentem pro dente. Ex quo liquet, aut apud Sulpiciū illud, Non, à librarijs esse additū, aut Sulpiciū non syncerē legis sententiā reddidisse. in. ii. demū lex capitale iubet esse, cum partus iam deformatus erit. sic. in. est in græco ἐξέκρινε τὸ σπέρμα.

Si quis seruo oculum, aut dentem extorserit, seruus vindicta liberabitur. Ibi. Si percussit quisquam oculū serui sui, aut ancillæ, & scotos eos fecerit, dimittet eos liberos pro oculo, quōm eruit. Sulpicius more Rōmāno [vindictam,] quod est manumissionis genus, de suo adiecit, & rem obsecutionem redegit.

Taurus si hominem occiderit, lapidabitur. Ibi. Si bos cuius percussit virum, aut mulierem, & mortui fuerint, lapidibus obruetur.

Si dominus sciens bestie vitulum non consuluerit, & ipse lapidabitur, aut pretio se redderit, in quantum accusator populerit. Nemo est, qui nō intelligat, iuberi hac lege dominum tauri lapidari, cum tamen lex iubeat, lapidari

idolis, perēat. Viduam & orphanum non premēdos: Pauperem debitorem non perurgendum: Nec usuram poscendam: Vestimentum pauperis pro pignore non accipiendum: Principem populi non increpandum: Primogenita omnia Domino offerenda: Carnem à fera captam non edendam.

Coitiones in testimonium falsum, aut in quacūq; malitia, non esse faciendas. Inimici pecus errans non præteribis, sed reduces. Si animal inimici succubuisse ori inueneris, erigere debetis. Innocentem & iustum non occides. Non iustificabis impiū pro muneribus.

Munera nō accipienda. Ad uenam benignè habēdum. Sex diebus opus faciendū: Sabbato requiescendum.

Fructus septimi anni nō metendos, sed pauperibus & egenis relinquendos. Hæc ferè Moyse ad populū verba Dei retulit: altariumque

ex

ex duodecim lapidibus sub taurum, & hominem occidi. Sic enim inquit. Si bos

corrupta fuerit, & contumax sit dominum eius, nec recluserit eum, occideritq; virum, aut mulierem, & bos lapidibus obruetur, & dominum eius occident. Quod si pretium fuerit ei impositum, dabit pro anima sua, quidquid fuerit postulat, Græce lapidabitur taurus, & dominus eius admurietur.

Si seruum taurus occiderit, in triginta drachmis pecunia domino numerabitur. Item. Si bos seruum, ancillamq; iniuserit, triginta scelos argenti domino dabit. Sulpicius putat. idem valere siclum, & drachmam, at Iosephus libro III, scribit, siclum valere quatuor drachmas Atticas.

Si quis fossam lacum non cooperuerit, pecusq; in lacum ceciderit, pretium pecudis domino dabit. In eadem lege. Si quis aperuerit cisternam, & fuderit, & non operuit eam, cecideritq; bos, aut asinus in eam, reddet dominus cisternæ pretium iumentorum, quod autem mortuum est, ipse erit.

Si taurus alterius taurum occiderit, pecus nemundabitur, pretiumq; domino partientur, peremptum etiam diuident. Item. Si bos alienus bouem alienum vulnerauerit, & ille mortuus fuerit, vendent bouem viuum, & diuident pretium. cadaver etiam mortui inter se disperient.

Quod si dominus tauri vitium sciens non consuluerit, taurus dabit. Item. Si autem sciebat, quod bos corrupta esset, & non custodiuit eum dominus suus, reddet bouem pro base.

Si quis vitulum subripuerit, quinque restituet, si orem subripuerit, quadrupli pena erit. Ibi. Si quis furatus fuerit bouem, aut onem, & occiderit, vel uulnerit, quinque boues, pro uno boue restituet, & quatuor oues pro una oue.

Si uina penes abactorem pecora inuenientur, dupla restituet. Ibi. Si inuentum fuerit apud eum, quod furatus est, uincens siue bos, siue asinus, siue ouis, duplum restituet.

Nocturnum siue occidi licet, diurnum non licet. Sequuntur leges de furto. Ibi. Si in ipsa effractione fuerit deprehensus, & accepto uulnere perierit, percussor non erit reus sanguinis. quod si sole orto hoc fecerit, homicidium perpetravit, & ipse morietur.

Si cuius pecora alterius fata depulerint, dominus pecoris euertere restituet. Ibi. Si leserit quisquam agrum, vel vineam, & dimiserit iumentum suum, ut depascatur aliena, quidquid optimum habuerit in agro

suo, vel in vinea, pro damni aestimatione restituet.

Si depositum perierit, is, penes quem depositum fuit, iurabit, nihil se dolo egisse. fur inuenitus duplum dabit.] Ibi. Si quis commendauerit amico pecunia m, aut vas in custodiam, & ab eo, qui susceperat, furto ablata fuerint, si inuenitur fur, duplum reddet. si latet fur, dominus domus applicabitur ad Deos, & iurabis, quod non extenderit manum in rem proximi sui ad perpetranda fraudem.

Commendatum pecus à bestia interceptum non restituitur.] Ibi. Si quis commendauerit proximo suo asinum, bosem, ouem, & omne iumentum ad custodiam, & mortuum fuerit, aut debilitatum, vel captum ab hostibus, nullusq, hoc viderit, iurandum erit in medio, quod non extenderit manum ad rem proximi sui, suscipietq, dominus iuramentum, & illo reddere non cogetur. Ex quo apparet non à [bestia,] sed ab hoste legendum esse, quod Græca versio confirmat, quæ habet αὐχμᾶλωτον.

Si quis virginem nondum desponsatam corruperit, dotabit puellâ, & ita eam uxorem accipiet. si pater puellæ nuptias recusauerit, dotem raptor dabit.] Transit ad leges fornicationis. Ibidem. Si quis seduxerit virginem nedom desponsatam, dormieritq, cum ea, dotabit eam, & habebit eam uxorem. Si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis, quam virgines accipere consueverunt.

Si quis se pecudi miscuerit, morti dabitur.] Ibi. Qui coierit cum iumento, morte moriatur.

Sacrificans idolis pereat.] Hæc ad Deum pertinent, & primum præceptum attingunt. Ibi. Qui immolat dijs occidetur, præterquã domino soli.

Fidusam, & orphanum non premedos.] Ibi. Fidusæ, & pupillo non nocebitis.

Pauperem debitorem non perurgendum, nec usuram poscendam.] Si pecuniam mutuo dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non urgebis eum quasi exactor, nec usuris opprimes.

Vestimentum pauperis pro pignore non accipiendum.] Si pignus à proximo tuo acciperis vestimentum, ante solis occasum, reddes ei.

Principem populi non increpandum.] Principi populi tui ne maledices.

Primogenita omnia Domino offerenda.] Primogenitum filiorum tuorum dabis mihi, de bobus quoque, & omnibus similiter facies. septē diebus

diebus sit cum matre sua, die octava reddes illum mihi.

Carnem à fera captam non edendam.] Carnem, quæ à bestia fuerit pergruata, non comedetis, sed projicietis canibus.

Coitiones in testimonium falsum, aut in quacumq, malitia non esse faciendas.] Quæ sequuntur ex cap. xxiii sunt Exo. Non suscipies vocem mendacij, nec iunges manum tuam, ut pro impio dicas falsum testimonium.

Inimici pecus errans non præteribis, sed reduces.] Ibi. Si occurreris boni inimici tui, aut a suo erranti, reduce ad eum.

Si animal inimici succubuisse oneri inueneris, erigere debebis.] Itē. Si videris a suum odientis te iacere sub onere, non pertransibis, sed susleuabis cum eo.

Innocentem, ac iustum non occides. non iustificabis impium pro muneribus, muneræ non accipienda.] Hæc omnia ad iudicem dicuntur, ne innocentem damnet, aut nocentem absoluat muneribus, atque omnino ne munera capiat, quia iustitiam peruertunt. Hæc verò sumpta sunt ex Græca versione, Insonom, & iustum non occides, nec iustificabis impium pro muneribus, & dona non accipies. Latina uerò translatio habet. Insonem, & iustum non occides, quia auersor impium.

Aduentum benignè habendum.] Ibi. Peregrino molestus non eris.

Sex diebus opus faciendum, sabbato requiescendum.] Ibi. Sex diebus operaberis, septimo die cessabis.

Fructus septimi anni non metendos, sed pauperibus, & egenis relinquendos.] Ibi. Sex annis seminabis terram tuam, & congregabis fruges eius. anno septimo dimittes eam, & requiescere facies, ut comedant pauperes populi tui, & quidquid reliquum fuerit, edant bestie agri. Hic septimus annus Sabatharius dictus est, ut quinquagesimus, quem omisit, Iobdeus. Moyfes autem multo plura, & multo pleniora attulit. Et [alsare ex duodecim lapidibus sub monte constituit.] Sic eni m. cap. xxiv. Scripsit Moyfes omnes sermones Domini, & mane consurgens edificauit altare ad radices montis, & duodecim titulos per duodecim tribus Israel. Quos verò Latina versio habet titulos, Græca habet lapides.

Ac rursus montem, in quo Dominus confiscebatur, conscendit, adhibito secum Aaron,

Ac rursus.] Tertio loco Deus præscripturus est ritum sui colendi, & lapideas tabulas legis daturus, & propter-

ea nouo apparatu est opus Quare Moyses cum Aaron, & socijs rursus montē ascendit, vt Dei colloquio fruere- tur. cum autem addit Sulpicius. [Sed hi non volentes Dominum intueri, locum tamen, in quo Dominus stabat, viderunt, cuius mirabilis forma, & claritudo eximia refertur.] vertit verba septuaginta interpretum. Et viderunt locum, ubi stetit Deus Israel, & quæ sub pedibus eius, quasi opus lapidis supphimi, et quæ si celum, cum serenum est. Nam in versione Latina est. Et viderunt Deum Israel, & sub pedibus eius. sed Græcè sine dubio melius. Credo autem Sulpicium illa de suo addidisse. [Non volentes Dominum intueri,] & legendum esse, [Non valentes,] id est cū non possent intueri Deum, videre locum, in quo erat, miro splendore fulgentē, sic proximè infra [Vt intueri eū populus non ualeret.]

Moyses autem accersitus à Domino, interiorē nubem, quæ circum Dominum steterat, ingressus, quadraginta diebus, totidemq; noctibus ibi fuisse aditum. Ibidem: Dixit Dominus ad Moysen, ascende ad me in montem, & esto ibi. daboq; tibi tabulas lapideas, & legem, ac mandata, quæ scripsi, vt doceas eos. Surrexerunt Moyses, & Iosue ministri eius, ascendensq; Moyses in montem Dei senioribus ait. Expectate hic, donec reuertamur ad vos. cumq; ascendisset Moyses, operuit nubes montem, & habitauit gloria Domini super Sinai regens illum nube sex diebus. septimo autem die uocauit eum de medio caliginis. erat autem species glorie Domini quasi ignis ardens super uertice montis in conspe-

ctū

Aaron, Nabad, & Abiud, maioribusque natu septuaginta. Sed hi non volentes Dominum intueri, locum tamen, in quo Dominus stabat, viderunt: cuius mirabilis forma, & claritudo eximia refertur. Moyses autem accersitus à Domino, interiorē nubem quæ circum Dominum steterat, in gressus, quadraginta diebus totidemq; noctibus ibi fuisse traditur. Quo tempore super ædificando tabernaculo, atque arca, rituque sacrificandi edoctus verbis Dei est: quæ ego, quia prolixa admodum videbantur, inferenda huic tam præciso operi non putau.

ctū filiorum Israel, ingressusq; Moyses medium nebulae ascendit in montem, & fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.

TABERNACVLVM, ET ARCA.

Inde verba Dei sequuntur, quibus rationem cultus sui exercendi præscripsit, quam diuisit in tabernaculum, arcam fœderis, & ritum sacrificiorum. Hæc qua ratione iusserit Deus fieri, tractatur in Exodo à capite xxv. ad xxx. quod Sulpicius afferre prætermisit propter prolixitatem. neq; enim id epitomæ conuenire est arbitratus. Tabernaculum porro opus fuit ex lignis mobile, instar templi, cuius ingressus erat ab Oriente. locus autem orationis, qui Sancta Sanctorum dicebatur, ab occidente, & ante Sancta Sanctorum erat velum. & altare thymi amatis. in atrio vero erat altare holocausti, & labrum. in loco verò qui dicebatur Sancta Sanctorum, reponebatur arca fœderis, quæ opposita, de quo dixi velo obducebatur. Arca erat lignea cum operculo aureo, quod propitiatorium dicebatur, in cuius finibus consurgebant duo Cherubin. & in lateribus annuli, per quos arca ferri immisissis vectibus posset. in arca verò lapideæ tabulæ legis duæ reponebantur. extra velum erat mensa cum panibus duodecim, qui dicebantur propositionis, & candelabrum, & super mensam corona aurea. Hæc autem omnia circumuehi posse, quocumque liberet, instituit. Hoc autem tabernaculum terrenum, & manu factum typus fuit tabernaculi cælestis & non manufacti, quod introiit Christus, qui noui testamēti fuit mediator, vt inquit S. Paulus ep. ad Hebræos. ordinauit porro summum sacerdotem Aaron, & in eius progenie manere sacerdotium voluit, inquiens. *Applica quoque ad te Aaron fratrem tuum cum filijs suis de medio filiorum Israel, vt sacerdotio fungantur tibi Aaron, Nadab, & Abin, Eleazar, & Ithamar.* inde præcepit vestimenta pontificalia, nempe Rationale, siue Pectorale, superhumeralē, tunicam lineam, baltheum, cidarim, seu mitram, inde rationem consecrandi pontificem. Hic autem sacerdos etiam Christum æternum sacerdotem prænucciavit. Quod verò addit Sulpicius, [Deum docuisse ritum sacrificandi] exprimere voluit verba illa capituli xxxix. *Hoc est quod facies in altare. Agnos amiculos duos per singulos dies iugiter, unum aqnum mane, & alterum vespere. decimam partem similitæ conspersa oleo iuso, quod habeat mensuram quartam hin, & vi-*

num

rum ad libandum eiusdem mensuræ in agro vno, alterum verb agnum offerre ad vesperam iuxta ritum matutine oblationis, & iuxta ea, quæ diximus, in octorem suavitatis. Cum autem hæc Deus Moyfi multis, vt dixi, verbis præcepisset, tum ad extremum datis legis tabulis lapideis eum dimisit. sic enim scriptum est cap. xxxi. Et completis his sermonibus in monte Sinai Dominus dedit Moyfi duas tabulas testimonij lapideas scriptas digito Dei.

[Sed immorâte diutius.] Hic interrumpitur series historiae. etenim refertur, quid interim, dum Moyfes cum Deo per quadraginta dies colloquitur, i castris ab Hebræis sit actum. nempe is populus, desperato Moyfis ad se reditu, ad idololatriam conuersus est, nam ita ad Aaron dixerunt. Surge, fac nobis Deos, qui nos præcedant; Moyfi enim huic viro, qui nos eduxit de terra Aegypti, ignoramus quid acciderit. Inde. Accepit Aaron in aureas uxoris ex manibus eorum. & fecerunt ea vitulum conflatilem. & dixerunt. Isti Dei tui sunt Israel, qui eduxerunt te de

Aegypto. Itaque Psalmo c v. Et fecerunt vitulum in Horeb, & adorauerunt sculptile. Expressit autem Sulpicius verba Aaron ad Moysem. Dixi eis. Quis vestrum habet aurum? tulerunt, & dederunt mihi, & proieci illud in ignem, egressusq; est hic vitulus. hoc enim est. [ex metallis conflatu vitulus exiit.] Quod verò addit. [Cui cum populus, Domini immemor, hostias obtulisset, vinoq; se, & ventri dedisset.] Ibidem sic. Surgentesq; mane obtulerunt holocausta, & bestias pacificas, & sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. inde illa. [Despectans hæc iusto dolore Deus improbum populum, nisi à Moyse fuisset exoratus, deleisset.] expressere verba Dei ad Moysem. Cerno, quod populus iste duræ cernicis sit, dimitte me,

Sed immorante diutius Moyse, quippe qui xl. dies apud Dominum duceret, populus desperato eius reditu, Aaron compulsi simulacra facere. Tunc ex metallis conflatu vituli caput exiit. Cui cum populus, Domini immemor, hostias obtulisset, vinoque se & ventri dedisset, despectans hæc iusto dolore Deus, improbum populum, nisi à Moyse fuisset exoratus, deleisset.

te me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamq; te in gentem magnam. Moyfes autem orauit Dominum Deum suum dicens. Cur Domine irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de terra Aegypti in fortitudine magna, & in manu robusta? Ne queso dicant Aegyptij. Callide eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleeret e terra. quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitiam populi tui. placatusq; est Dominus, ne faceret malum, quod locutus fuerat aduersus populum suum.

Sed regressus Moyfes, cum duas ex lapide tabulas manu Domini scriptas detulisset, populumque luxu & sacrilegio deditum deprehendisset, tabulas confregit: indignam esse gentem existimans, cui lex Domini traderetur. multis tamen increpitis, Leuitas ad se aggregauit, eisdemq; præcepit, vt districtis gladijs populum cæderent. Quo impetu xxiii millia virorum perempta traduntur.

[Sed regressus Moyfes cum duas] Narrat porro quæ Moyfes fecit, postquam populum à Deo auersum deprehendit. quod ita ibi exprimitur. Et reuersus est Moyfes de monte portans duas tabulas testimonij in manu sua scriptas ex vtraque parte, & factas opere Domini. Scriptura quoque Dei erat sculpta in tabulis. Cumq; appropinquassent ad castra, vidit vitulum, & choros, iratusq; valde proiecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis. arripensq; vitulum, quem fecerant, combussit, & contriuit usque ad puluerem. Quod verò inquit, [Multis tamen

increpitis.] non video, quid velit. an Moyfes multos e populo increpuit? hoc scriptura non edit, an multis verbis increpuit? ne hoc quidem. adde quod vnum tantum increpuit Aaron, cui ille respondit. Ne indignetur Dominus meus, in enim nosti populum istum, quod pronus sit ad malum. Inde. [Leuitas ad se aggregauit, eisdemq; præcepit, vt districtis gladijs populum cederent. quo impetu viginti tria millia virorum perempta traduntur.] Ibi. Sic mandauit Moyfes filijs Levi. Hæc dicit Dominus Deus Israel. Penat vir gladium super famum suum. ite, & redite de porta usque ad portam per medium castrorum, & occidat unusquisque fratrem, & amicum, & proximum

proximum suum feceruntq; filij Levi iuxta sermonem Moysi, cecideruntq; in die illa quasi triginta tria millia hominum. Non est autem ignorandum, in Græca versione esse ter mille. Cæde inde facta reliquos è populo Moyses allocutus increpuit, inquiens. Peccastis peccatum maximum. ascendam ad Dominum, si quo modo quivero eum deprecari pro scelere vestro. ascendit inde, & oravit Dominum, & populus mutatis vestibus luxit. inde rursus ad eius colloquium posito tabernaculo prodijt. sic enim historia sequitur.

[Tum Moyses tabernaculum.] Pergit inde referre, quæ inter miserat, nempe de tabulis legis relictis, & ritu colendi Dei. & ut posthac allocutus sit Moyses Deum ad tabernaculum fœderis. Hæc verò sic expressa sunt cap. xxxiii. *Moyses quoque tollens tabernaculum, tendit extra castra procul, vocavitq; nomen eius tabernaculum fœderis. Ingresso autem illo tabernaculum fœderis, descendebat columna rubis, & stabat ad os suum, loquebaturq; cum Moyses cernentibus uniuersis. loquebatur autem Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut loqui solet homo ad amicum suum. Quod autem adijcit. [Pescende autem Moyses, ut Dominum in maiestate propria videret, responsum, formam Dei mortalibus oculis perspicere non posse, posteriora tamen eius videre concessum.] ibidem ita expressum est. Si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, & inueniam gratiam ante oculos meos, respice populum tuum gentem hanc. Dixitq; Dominus. Non poteris videre faciem meam, non enim videbit me homo, & uiuet. Ecce est locus apud me, & stabis supra petram, cumq; transibit gloria mea, ponam*

Tum Moyses tabernaculum extra castra constituit: quod quoties fuisset ingressus, columna nubis astare pro foribus visebatur, coramque ad Moysen Dominus loquebatur. Postquam autem Moyses, ut Dominum in maiestate propria videret: responsum, Formam Dei mortalibus oculis perspicere non posse, posteriora tamen eius videre concessum: Tabulasque, quas Moyses prius confraxerat, relictas. Sed in hoc colloquio Dei, x l. diebus diuersatus apud Dominum Moyses traditur.

nam te in foramine petreæ, & protegam dextra mea, donec transeam, tollamq; manum meam, & videbis posteriora mea, faciem autem meam videre non poteris. Hæc altissima mytheria sic theologi interpretantur. Moysen gloriam Dei videre subnixum petreæ, Petra autem, recte S. Paulo, erat Christus. nemo verò venit ad patrem, nisi per filium. Pertransit autem gloria Domini Iudæos, cuius posteriora tantum videbunt, quia cum plenitudo gratiam introierit, tunc omnis Israel saluus erit. De relictis inde tabulis sic ibidem. Ac demum, Præcide, inquit Dominus, tibi duas tabulas lapideas instar priorum, & scribam super eas verba, quæ habuerunt tabulas, quas fecisti. Isto paratus manes, ut ascendas statim in montem Sinai solus. Excidit ergo tabulas duas lapideas, quales antea fuerant. Item iussu Dei ascendit solus in montem, & cum eo rursus colloquutus est, in quo colloquio Deus ex nube multa superiorum præceptorum renouauit. in primis verò tria festa celebranda mandauit, Azyma, Pentecosten, & Tabernacula. & se habitatores terræ Chanaam deleturum, eique terram illam daturum confirmauit. cap. xxxiv. Quod verò inquit. [Sed in hoc colloquio Dei quadraginta diebus diuersatus apud Dominum Moyses traditur.] ibi ita est: Fuit ergo ibi cum Domino quadraginta dies, & quadraginta noctes. panem non comedit, & aquam non bibit. & scripsi in tabernaculis verba fœderis decem. colloquunt autem secundum in monte intelligit, non ad tabernaculum.

Cumque de monte descenderet, tabulas præferens, tanta claritudine facies eius renidebat, ut intueri eum populus non valeret. Sed cum mandata Dei relaturus esset, vultum velamento obtexit, atque ita ad populum verbis domini locutus est. Hoc in loco tabernaculi, interiorumque eius ædificatio

Cumque de monte descenderet.] Narrat porro de splendore faciei Moysis de monte descendens. quod ibi ita scriptum est. Cumq; descenderet Moyses de monte Sinai, tenebat duas tabulas testimonij, & ignorabat, quod corrupta esset facies sua ex conspectu sermonis Domini. Videntes autem Aarō, & filij Israel corruptam Moysi faciem, timuerunt prope accedere. Sic vulgata versio. At Augustinus Steuchus inquit, uocem Hebraeam

bram significare radiantē. Græca verò versio pro *cornuta*, habet *gloriosa*. atque hoc est, quod expressit Sulpicius, cū faciem eius [*splenduisse*] ait. Idem sensit S. Augustinus in Quæstionibus super vetere testamento.

Ascendit, inquit, Moyses in montem cum tabulis, in quibus accepta lege cum descenderet,

gloriosa facta est facies eius, ut non possent aspicere filij Israel vultum eius. Item S. Paulus ad Corin. *lucem faciei Moyses* expressit. Inde quomodo ad populum Dei mandata renunciaturus, vultum velarit, exponit, quod ibi sic expressum est. *Vocariq; ab eo reuersi sunt tam Aaron, quam principes synagoge. Et postquam loquutus est ad eos, venerunt ad eum etiam omnes filij Israel, quibus precepit cuncta, que audierat à Domino in monte Sinai. impletisq; sermonibus posuit velamen super faciem suam, et tunc loquebatur ad filios Israel omnia, que sibi fuerant imperata.* Hæc verò fuerunt, quæ ad cultum diuinum pertinuerunt, de sabbatho, de primitijs, de construendo tabernaculo, & arca, quæ capite xxxvi. xxxvii. xxxviii, & xxxix Exodi narrantur, nempe vt Hebræi verbis Moyses accessit aurum, vestes, muneraque contulerint. ex quibus Moyses ex præcepto Dei tabernaculum, & partes eius per ministros extruxit. item arcam, mensam, candelabrum, altare thymamatis, altare holocausti, labrum acneum, atrium tabernaculi, pontificalia ornamenta, & alia à Deo supra præcepta. ac tabernaculum erexit, & arcam in eo cum ceteris ritè posuit. Ex quo apparet, cum inquit scriptura supra, Deum ad ostium tabernaculi cum Moysè colloquutum, per prolepsin, id est anticipato tempore esse dictū, cum nondum tabernaculū fœderis esset constructum. aut tabernaculum illud tentorium Moysis fuisse, non sanctuarium.

Quo cōsummato, nubes superne decidit, atq; ita tabernaculū obumbravit, vt ipsum Moysen aditu excluderet.] Ibidē. *Postquam omnia perfecta sunt, operuit nubes tabernaculum testimonij, et gloria Dñi implevit illud, nec poterat Moyses ingredi rectū fœderis nube operiente omnia, et maiestate Dñi coruscante, quia cuncta nubes operiebat.* Quæ verò hæc tenus dicta sunt, ex Gen. & Exo. repetita sunt.

SACRI-

tio refertur. Quo consummato, nubes superne decidit, atque ita tabernaculum obumbravit, vt ipsum Moysen aditu excluderet. Hæc ferè duobus libris, Genesii atque Exodo, continen-

SACRIFICIA, FESTI DIES

ET SACERDOTES.

Exin Leuiticus liber sequitur, in quo litandi præcepta traduntur: mandata etiam latæ superius legis adduntur, plena omnia sacerdotilibus institutis. Quæ si quis cognoscere vult, perfectius inde capiet, nos. n. suscepti operis modū custodientes, solam historiā persequimur.

Exin Leuiticus liber sequitur.] Exodum Leuiticus excipit, ita dictus, quod Leuitarum, quibus sacra ministeria tradita erant, officia complectatur. In hoc libro Deus vocatum Moysen docuit rationem sacrificiorū, quæ fuerunt Oblationes, Holocaustum, Pacifica, sacrificium pro peccatis scienter, & non scienter admissis, simulque qua lege, & ritu vni quodque sacrificium esset faciendum. Docet autē S. Augustinus, quid differat holocaustum à ceteris sacrificiis in psalmū lxxv. ita. *Quid est holocaustum? totum incensum, sed igne diuino. Holocaustum. n. dicitur sacrificium, cum totū accenditur. alia sunt partes sacrificiorum, aliud holocaustū. quando totum ardet, et totum consumitur igne diuino, holocaustum dicitur, quando pars, sacrificium. omne quidem holocaustum sacrificium, sed non omne sacrificium holocaustum.* Nos autem addimus, oblationes, quæ & libamenta dicta sunt, aliqua parte esse incensas, in sacrificiis pacificorum & ceteris adipem, & exta esse incensa, in holocaustis omnia conflagræ, & cum iumo in odorem suauitatis ad Deum perlata esse. Erant autem Pacificorum sacrificia, quæ pro impetrandis felicitibus rerū successibus, aut pro gratiarum actione offerebantur. vt ex alijs locis elicitur. In de iusfit Deus, ut Moyses Aaron fratrem suum cum filiis eius offerret populo, & Aaron pontificem consecraret. Ita Aaron vnctus est, filii verò eius vestiti sunt. Qui mox sacrificio factio populo benedixerunt, egressus autem ignis à Domino deuorauit holocaustum. Nadab verò, & Abiu filii Aaron arreptis thuribus imposuerunt ignem, & incensum desuper, ostēdentes coram Domino ignem alienum, quod eis præceptum non erat. egressusq; ignis à Domino deuorauit eos, & mortui sunt. ostendit inde, quibus animantibus vesci, & à quibus abstinere deberent. i. quæ munda, quæq; immunda essent. item quot dies puer-

pera

pera immunda esse statueretur, & quomodo mundari deberet. Rationem porro lepræ cognoscendæ, & expiandæ tradidit. quando, & quomodo pontifex sanctorum ingredi deberet: eos ab esu sanctificatorum abstinere oportere. De ferijs porro, quæ celebrandæ essent, addidit, quæ fuerunt. Dies sabbati, Phasæ, siue Pascha cum septem diebus azymorum, & secunda die azymorum festum Primitiarum, & post septem hebdomades, idest quinquaginta dies festum Pentecostes cum festo Primitiarum. Septimo autem mense primo die festum Tubarum, decimo die dies expiationum. & à quintodecimo die eiusdem mensis feriæ tabernaculorum septem diebus, & octavo collecta, de quibus ita Deus.

Omnis, qui de genere est israel, manebit in tabernaculis, ut discant posterit vestri, quod in tabernaculis habitare fecerim filios israel, cum educerem eos de terra Aegypti. Præterea verò tradit, quomodo lucernæ concinnandæ, & duodecim panes propositionis faciendi, septimo anno terræ quietem dandam esse, id quæ sabbathum terræ vocandum, quinquagesimo anno, qui annus iubilæi vocabitur, remissionem cunctis habitatoribus dandam esse, neque tunc ferendum, aut metendum, aut colligendum esse aliquid ex agro. omnibus ad possessiones suas permitti oportere recessum. Præcepit ergo, ut dies septimus, hebdomada septima, mensis septimus, annus septimus, ac septies septimus in honore haberentur, ac populus requiesceret; die septimo, quia in eo ipse ab opere sex dierum cessavit, septima hebdomada, quia tum legem populus accepisset, septimo mense per septem dies, in memoriam quietis, quam traduxerunt in solitudine sub tabernaculis, septimo anno, quod tum terræ quietem ab aratione, & vineæ à putatione concedi velit, septies septimo anno, idest quinquagesimo, qui iubilæi dicitur, quod debitoribus quietem, idest relaxationem à solvendis pecuniis debitis tradi censerit. ut ex his intelligeremus, septima quoque ætate, idest post diem vltimum iudicii vniuersalis, quietem fore electis. Sacerdotum autem ratio fuit hæc. Satis constat, vnum fuisse pontificem, siue sacerdotum principem, qui non solum sacerdotum ceterorum, sed etiam sacrorum omnium principatum gesserit. Hic primus Dei iussu fuit Aaron Moysis frater, atque inde in eius posteris, vsque ad Assamoneorum ætatem eiusmodi dignitas mansit, sic enim Deus præceperat, reliqui verò fuere sacerdotes, omnes ex filiis Aaron Eleazar & Ithamaro.

Igitur

Igitur Leui tribu in sacerdotium segregata, reliquæ tribus dinumeratæ, repertaque hominum DC & III M.

Igitur Leui tribu in sacerdotium segregata, reliquæ tribus dinumeratæ, repertaque hominum DC, & III M.] Leuiticæ consequuntur Numeri: in quibus populus Israelitarum dinumeratur ex præscripto Dei. Vbi verò

quot in quaque tribu viri militares supra anuum vicefimum fuerint, recitauit, tum demum summam sic concipit. cap. I. & II. *Hic numerus filiorum israel per domos cognationum suarum, & turmas diuisi exercitus sexcenta millia quingenti quinquaginta.* De numeribus autem Leuitarum sic perrexit. *Leuitæ autem non sunt numeri inter filios israel, sic enim dixit Dominus. Tribum Leui non numerare, neque ponere summam eorum cum filiis israel, sed constitue eos super tabernaculum testimonij, & cuncta vasa eius, & quicquid ad ceremonias pertinet, ipsi portabunt tabernaculum, & omnia vasa filia eius, & erunt in ministerio, ac per gyrum tabernaculi metabuntur, cum proficiscendum fuerit, deponent Leuitæ tabernaculum, cum castrametanda erigent, quisquis exteriorum accesserit, occidetur. & cap. III. *Applica tribum Leui, & fac stare in conspectu Aaron sacerdotis, ut ministrent ei, & excubent, & obseruent, quidquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo testimonij, & custodiant vasa tabernaculi seruientes in ministerio eius. & cap. VII. *Hæc est lex Leuitarum. A vigintiquinque annis, & supra ingredientis, ut ministrent in tabernaculo sacerdotis. Cumque quinquagesimum ætatis annum impleverint, seruire cessabunt, eruntque ministri fratrum suorum in tabernaculo sacerdotis, ut custodiant quæ ibi fuerint mandata, opera autem ipsa non facient.***

R E D I T A D N A R R A T I O N E M E X P E D I T I O N I S.

Cum ergo populus manæ cibo, ut supra retulimus, vteretur, tot, tantisque beneficij Dei, ut semper, in-

gratus

Cum ergo populus manæ cibo, Deinceps reliquæ narrat itineris Moysis versus Chananaan. Quippe anno secundo postquam Hebræi Aegypto discesserant,

G

ex

ex monte Sinaï, huc ex monte Horeb castra mouerunt, & cum pisces, cucumeres, pepones, porros, capre, & alia, quæ in Aegypto comederant, iam mannam fastidientes, desiderarent, cothurnices Deus immisit. quarum audio pastu interiere **xxiii** millia. Sic enim scriptum est cap. **xi**. Numerorum. *Er ecce furor Domini concitatus in populum percussit eum plaga magna nimis. vocatusq; est ille locus Sepulchra Concupiscentia: ibi enim sepelierunt qui desiderauerant.* Inde in Pharan ventum est. ibi audens terram Chananæam esse vicinam, duodecim misit exploratores, qui eam inspiceret, & perspecta renunciarent, vt ad eorū verba totius bellirationes accommodare posset. omnes verò præter Iosue, & Chaleb terram optimam quidem, sed inexpugnabilem esse rettulerunt. Quo nūcio percussit Hebræi conflata seditione in Aegyptum se recipere statuerūt, & manus vix à Iosue, & Chaleb abstinuerunt. cap. **xxiii**. & **xxiiii** Numerorū. Cum autem addit [*ijs rebus incensum Deum partem populi hostibus cedendam obiecisse.*] Verba Dei significat, cum dixit cap. **xiv**. *Omnes, qui nu-*

merat-

gratus, viles quibus in Aegypto assueuerat, dapes desiderabat. Tum Dominus immensam copiam coturnicum castris intulit: quas cum auidè diriperent, primoribus labiis admotis carnis, interibant. Magnaq; eo die clades in castris fuit, adeò vt **xx. & iiii**. virorum millia periisse tradantur. Ita populus eo, quem desiderabat, cibo punitus est. Inde promotum agmen, & in Pharan ventum est: eductusq; à Domino Moyses, vicinam esse terram, cuius possessionem eis promiserat Dominus: exploratoribus in eam misis, renunciatur, felicem omni copia esse regionem: sed gentes validas, & munita ingentibus muris opida. Quod ubi populo compertum, magna mentes omnium formido inceserat: eoq; mali ventum, vt spreto Moyse imperio, ducem sibi constituere pararet, cuius ductu in Aegyptum

gyptum reuerterentur. Tunc Iesus & Chaleb, qui inter exploratores terræ fuerant, conscisis vestibus flentes, populum obtestantur, ne exploratoribus credant, formidolosa referentibus: se quoque vnà cum his fuisse, nihil metuendum in solo illo reperisse: promissis illos Dei confidere oportere, hostes prædæ potius quàm exitio fore. Sed gens indomita, sanis consilijs malè renitens, in perniciem eorum se rebatur. Queis rebus commotus Dominus, partem populi hostibus cedendam obiecit.

erant contra eum omnem multitudinem, detrahentes terræ, quod esset mala, mortui sunt, atque percussi in conspectu Domini. Iosue autem, & Chaleb vixerunt ex omnibus, qui perrexerunt ad considerandam terram.

Exploratoribus interfectis ad vulgi formidinem, secuta est eorum contumacia, qui se Dan, & Abiron duces aduersum Moysen & Aaron erigere conati sunt.

Sed

*merati estis à viginti annis, & supra, & murmurastis contra me, non intrabitis terram, super quam Ietani manus meæ, vt habitare vos facerem, præter Chaleb, & Iosue. Fœstra cadavera iacebunt in solitudine. & post: Descendit Amalecites, & Chananeus, qui habitabant in monte, & percussit eos, atque concidens percussus est usque Herma. Vt autem Deus noluit intrare in terram promissam eos, qui tum aduersus se peccarant, sic non intrabunt in regnum cælorum, qui aduersus legem Christi peccabunt. Decem autem exploratores extinxit Deus, qui reuersi aduersum Moysen seditionem conciuerant. Sic enim inquit cap. **xiii**. Igitur omnes viri, quos miserat Moyses ad contemplandam terram, & qui reuersi murmurare fecerant contra eum omnem multitudinem, detrahentes terræ, quod esset mala, mortui sunt, atque percussi in conspectu Domini. Iosue autem, & Chaleb vixerunt ex omnibus, qui perrexerunt ad considerandam terram.*

Exploratoribus interfectis ad vulgi formidinem secuta est eorum contumacia. [Multæ inde aliæ seditiones narrantur aduersum Moysen, & Aaron excitatæ. Quarum vnâ commouere Core, Dathan, Abiron, G 2 Hun-

Huius, & alii ceteri, quærentes, cur Moyses, & Aaron imperium in se exercerent, an alij sanctiores essent? Cum autem Moyses iussisset, Core, Dathan, & Abiron thuribula fumere, atque illi sumpsissent, statim terra eos absorpsit, tanquam indignos, & nouo genere necis ostendit Deus, quantum eorum sibi audacia displiceret. simul autem cum eis interfecti ceteri viri, qui simul in censum offerebant. cap. xvi.

[Nec multo post totius populi.] Aliam assert seditio- nem, & ipsam Dei presentia iracundia vindicatum. Nam postmodum cum populus Moy- si, & Aaroni maledicere per- geret, dicens. *Vos interfeci- stis populum Domini, repente in eos immixtus est ignis. quem Deus precibus Moysis fanguis restinxit. XIII millibus septingentis absumptis.* Sulpicius autem scribit, populum irrupisse in tabernaculum, quod erat nefas omnibus, nisi sacerdotibus. at scriptura inquit, Moysen, & Aaron fugisse ad tabernaculum, atque inde Deum ad eos locutum monuisse, ut se a populo se- pararent, nam se eos esse de- lecturum. nihil tamen falsi affinxit Sulpicius. Tertiam inde populi seditio- nem aquæ penuria concitauit in solitudine Sin, cui penuria occur- rit Moyses Dei monitu, virga, qua petram bis percussit. cap. xxx. Quia verò non semel,

Sed eos viuos hiatu suo terra absorbit.

Nec multo post, totius populi in Moysen, & Aaronem orta seditio est, adeo ut tabernaculum (quod erat nefas, nisi sacerdotibus, intro- ire) irrumperent. Tum verò cateruatim in eos grassata mors est: momentoque omnes interissent, nisi Moysi precibus placatus Dominus, cladem auertisset. Numerus tamen peremptorum, septingenti, & XXI millia fuit. Nec multo post, ob aquæ penuriam, ut iam sæpius, populi exorta seditio est. Tunc Moyses à Domino monitus, ut petram virga feriret, familiari sibi experimēto (siquidem id iam antè fecisset) semel atque iterum petram percussit, atque

133

ita aqua effluxit. In quo quidē notatus à Domino Moyses refertur, quod per diffidentiam non nisi iterato ictu aquam eduxerit. Denique ob hoc peccatum, promissam sibi terram non ingressus est, sicut inferius ostendam.

Igitur Moyses ex eo loco promouens, cum præter Edom agmen educere pararet, missis ad regem legatis, transeundi copiam poposcit, ob ius sanguinis bello abstinendum. etenim gens illa Esau progenies erat. Sed rex supplices aspersionatus, transitum negavit, paratus armis contendere. Tum Moyses in Or montem iter conuertit, verita via abstinens, ne quæ inter consanguineos causam belli præberet. In eo quoque cursu regem gentis Chanæorum deleuit, Seon quoque regem Amorrhæorum percussit, omniumque eorum opidis potitus est. Basan

etiam

semel, sed bis, quasi Deo diffidentes petram percusserant, Deus dixit. *Quia non credidistis mihi, ut sanctificarem coram filijs Israel, non introduceris hos populos in hanc terram, quam dabo eis.* Atque ita vtrique & Moysi, & Aaron mortem proximam nunciavit.

Igitur Moyses ex eo loco promouens.] Narrat inde, ut sedatis omnibus seditio- nibus ulterius agmē Hebræorum abduxerit, & cum præter terram Edom, quæ & Idumæa dicebatur, duceret, legatos ad regem eorum de transitu potestate miserit, quia ab Esau genus trahebant fratres Iacob, ex quo fiebat, ut Israelitas antiqua cognatione attingerent. Atque hoc est, quod Sulpicius [ius sanguinis] dixit. rege verò transitum per fines suos non concedente, Moyses ad Hor montem iter conuertit, & diligenter, ne belli causam ei præberet, prouidit. ibi verò Moyses fratrem suum Aaron pontificem amisit, ac iussu Dei Eleazarum filium eius illi suffecit. Cum autem peruentum esset ad montem Hor, Moyses bello prouocatus ab

G 3 Ira.]

Irad regē Chanānorum eū deuicit. Interim populus noua seditione commota fure re cœpit. Cum autem misisset Dominus ignitos serpentes, qui plurimos enecarent, inde ad sanāritatem reuersi, Moysē, ut sibi adesset, orarunt. Ille iussu Dei serpentē fecit, & pro signo posuit. quem cum percussis aspicerent, sanabantur. cap. xx i . Quo signo mystici crucem Christi præfiguratā dixerunt, quæ generis humani mortem extinxit. Denique multis peragratis terris, & multis in locis castris factis, misit Moyses legatos ad Sem regem Amorrhæorum, ut sibi transire per fines suos liceret, quod cum non impetrasset, arma intulit, atq; ei regnum ademit. Inde ad Basan iter conuertit, & regem eius Og, aduersus se venientem percussit, terramque eius occupauit. Sulpicius autem putauit, [Basan] esse nomen regis, ut est Balach, cū sit regio. Sic enim Græca uersio. *Et conuerso itinere ascenderunt uiam ferentem ad Basan, & Og rex ipsius exiit in occursum. Balach autem filius Saphor rex Moab, cum Israelitas in finibus Moabitærum castra posuisse uideret, metu percussus, acciuit Balaam, qui Israelitis malediceret. qui asina uentus obstante angelo progredi non potuit. demum agnito angelo progressus pro maledictione benedictionem populo dedit. Quare Balach neque lacesiuit Israelitas bello, neque ab eis lacesitus est, quod scriptura tradiderit, ut mirer, Sulpicius scripsisse, eum à Moysē fuisse deuictum. addit ad extremum. [Et castra super Iordanem haud longè ab Hierico molius est.] quibus uerbis expressit uerba illa. cap. xx. *Posto rege Og profecti castrametati sunt in campis Moab, ubi trans Iordanem Hierico sita est.* id est castra fixerunt cis Iordanem in ea parte, quæ respicit Hiericum et urbem trans Iordanem sitam. Græci uerò. *Castrametati sunt apud Iordanem è regione Hiericumis.* Interim xx i v millia Israelitarum occisa iussu Dei à suis sunt, quia cum mulieribus Madianitis fornicati fuerant. Festos etiam dies rursus præcepit, & nominauit. cap. xxvi i i, & xxix. Numerorum. Inde [aduersus Madianitas certatum, uictiq; & subacti sunt.] Quod bellum narratur c. xxx i. Num. iussu Dei gestum contra Madianitas ob fornicationem commissam, & quia deos suos adorandos Israelitis proposuerāt. Sequun-*

etiam & Balac reges deuicit, & castra super Iordanē haud longè ab Hierico molius est. Tunc aduersus Madianitas certatum, uictiq; & subacti sunt.

Sequuntur inde multa Dei mandata super diuisione terræ Chanānam data Israelitis in campis Moab iuxta Iordanem è regione Hericuntis anno quadragesimo, postquam egressi erant ex Aegypto, ut scriptum est in extremis capitibus Numerorum, & primo Deuteronomij.

Moyses mortuus est, cū xl. in deserto annos populo præfuisset. Ceterum Hebræi ob hanc causam tanto tempore in eremo fuisse traduntur, donec omnes, qui uerbis Dei non crediderāt, interirent. Excepto enim Iesu & Chaleb, nemo ultra xx annos natus, Aegypto profectus, Iordanem transit. Ipse Moyses, ut terram promissam uideret tantum, nec contingeret, peccato eius adscribitur, quod eo tempore, quo saxum ferire & aquam producere præceptus est, post tot uirtutum suarū experimenta, dubitauerit. Decesit autem anno ætatis uicesimo & centesimo. de se pulchri loco parum compertum.

senioribus, ut librum ponerent in latere Arcæ, præcepitq; eis, ut septimo quoque anno in anno Remissionis, in solemnitate Ta-

Moyses mortuus est, cū quadraginta in deserto annos populo præfuisset.] Refert inde mortem Moyses iam sæpius illi à Deo denunciata. Ea uerò tractatur cap. ultimo Deuteronomio. Hic liber, ut diximus, sequitur Numeros, neque aliud fermè continet, quàm longā concionem Moyses ad Israelitas. Nam cum esset in terra Moab iuxta Iordanem, & mortē sibi imminere à Deo prædictam uideret, neque enim Iordanem transiturus erat, populum alloquutus est, & oratione, quæ totum fermè Deuteronomij librū complectitur, commemorauit beneficia à Deo in illos collata, & repetiuit præcepta legis, & iudicia sibi à Deo in monte Sinai tradita, eaque ut sanctè custodirent, admonuit. Iosue sibi successorem in ducatu deligit. Scripsit autem legem hanc, & tradidit eam sacerdotibus filiis Leui, qui portabant arcæ fœderis Domini, & cunctis

bernaculorum, populo uerba legis recitarent. Inde benedixit tribubus, ac montem Nebo iussu Dei ascendit, ac terram inde promissam contemplatus est. dixitque Dominus ad eum. *Hæc est terra, pro qua iuravi Abraham, Isaac, & Jacob dicens: Semini tuo dabo eam. Vidisti eam oculis tuis, & non transibis ad illam. Ceterum mortuus est tibi Moyses iubente Domino, & sepeliuit eum in ualle terræ Moab contra Phogor, & non cognouit homo sepulchrum eius usque in præsentem diem. Moyses centum, & viginti annorum erat, quando mortuus est, non caligauit oculus eius, nec dentes illius moti sunt. Eleueruntque eum filij Israel in campes tribus Moab triginta diebus. Hæc in toto Deuteronomio. quod inde nomen apud Græcos accepit, quoddam secundam legis lationem contineat. nam prima duabus lapideis tabulis à Deo scriptis est mandata, & in arca seruata, secunda libro Deuteronomii à Moysè ipso conscripto. Quod ait, [Hebræos ob hanc causam tanto tempore in eremo fuisse, donec omnes, qui uerbo Dei non crediderunt, interirent.] ea dixit Moyses in conuersione ultima, de qua diximus. Tempus autem, inquit, quo ambulauimus de Cadesbarne, usque ad transitum torrentis Zared, triginta, & octo annorum fuit, donec consumaretur omnis generatio hominum bellicorum de castris, sicut iurauerat Dominus, cuius manus fuit aduersum eos, ut interirent de castrorum medio. postquam autem uniuersi ceciderunt pugnatore, loquutus est ad me Dominus dicens. Tu transibis hodie terminos Moab. Deuterono. cap. 11. Quod addit, [Excepto Iesu, & Chaleb, nemo ultra viginti annos natus Aegypto profectus Iordanem transiuit.] idem Moyses cap. xxxi. Deuteronom. dixit. Centum viginti annorum sum hodie. non possum ultra ingredi, & egredi, præsertim cum & Dominus dixerit mihi. Non transibis Iordanem istum, & Iosue iste transibit ante te. Neminem autem transisse de maioribus natu, scriptum est in Iosue. cap. v.*

IOSUE DVX ISRAELITARVM.

Moysè mortuo.] Narratur inde reliquum expeditionis Israeliticæ ad terram Chananaam expugnandam, quæ dante Iesu, siue Iosue Naue facta est. Ille uero cum exercitu Hebræorum Iordana

nem

Moysè mortuo, summa rerum penes Iesum Naue filium erat. Etenim illum sibi Moyses successorem constituerat, uirum uirtutibus suis

simil-

simillimum. Principio autem suscepti imperii, dimissis per castra nuntiis, populorum certiores facit, frumentum uti pararent: triduoque proximo iter pronuntiat. Sed Iordanis flumen, validissimum, transitum prohibebat: quia neque nauium copia pro tempore erat, neque vadari fluuius poterat, qui tum pleno altitudo ferebatur. Igitur arcam præferri à sacerdotibus, eosdemque aduerso flumine consistere iubet. Quo facto, incisus Iordanis traditur: ita per siccū copiam traductæ.

nem transiuit, & terram Chananaam à Deo promissam, deletis eius regibus, sibi subiecit, atque eandem decem tribubus Israel diuisit. atque hoc est argumentum eius libri, qui Iosue dicitur, & Deuteronomium proximè sequitur. Ceterum Iesus Naue noua quoque Iesu Christi figura fuit. ut enim ille terram Chananaam promissam profigatis hostibus populo electo diuisit, sic Christus, deuicto diabolo, sedes cæli promissas fidelibus electis distribuit, ut S. Augustinus contra Faustum scribit libro xxi. Constituit autem Moyses Iosue successorem sibi Deuterono. cap. xxxi. his uerbis. Vocauit Moyses Iosue, & dixit ei coram omni Israel. Confortare, & esto robustus. tu enim introduces populum istum

in terram, quam daturum se patribus eorum, iurauit Dominus, & tu eam sorte diuides. Puto autem legendum apud Sulpiciū. [Virum uirtutibus suis simillimum.] non suis. Inde Iosue à Deo promissione ueteri confirmatus præcepit principibus populi dicens. Transitie per medium castrorum, & imperate populo, ac dicite. Præparate uobis cibaria, quoniam post diem tertium transibitis Iordanem, & intrabitis ad possidendam terram, quam Dominus Deus uester daturus est uobis. Quis autem cibus hic fuerit, neque enim mannam intelligere potuit, à doctis quæritur. [frumentum] illud esse dixit Sulpicius ex ingenio. Quos idem nuncios uocauit, græcè est scribas. Quod addit. [Sed Iordanis flumen validissimum transitum prohibebat, quia neque nauium copia pro tempore erat, neque vadari fluuius poterat, qui tum pleno altitudo ferebatur.] hoc totum ex ingenio Sulpiciū diuinauit, ut ostenderet rationem, qua populus animem tantum tempore

tempore alieno traiecerit. Illud enim est solum in scriptura. *Jordanis ripas alvei sui tempore messis impleverat.* De Iordane lege Plinium libro v. cap. xv. & Iosephum de bello Iudaico libro 111. cap. xviii. Docet inde Iosue, quem admodum Hebræi tutò trajcere amnem tumentem possint, nempe arcam Dei præcedentem sequentes. Hoc autem sumptum est ex cap. 111. Iosue ad suos. *Quando uideritis arcam fœderis Domini Dei vestri, & sacerdotes Leuiticæ stirpis portantes eam, vos quoque consurgite, & sequimini præcedentes.* Inde narratur, vt præcedentibus cum arca sacerdotibus aquæ Iordanis recesserint, atque ingressum, ac transitum exercitui Hebræo præbugrint. sic enim inquit scriptura. *Sacerdotes, qui portabant arcam fœderis stabant super siccam humum in medio Iordanis accincti, omnisq; populus per arenam alueum transibat.* Vt verò ante Moyses Dei monitu percussum virga mare discidit, atq; ita populo, cedentibus in latera aquis, velut in continenti, iter peruium fuit, sic nunc Iosue successor eius præmissa arca fœderis Iordanis aquas incidit, ac siccato alueo populum transmisit. Vnde Iosue dixit. *Siccante Deo Domino nostro aquas Iordanis in conspectu nostro, donec transiretis, sicut fecerat prius in mari Rubro, quod siccauit, donec transiremus.* Quod autem dixit Sulpicius [siccum] scriptura dixit *Arenam alueum.* Ceterum transgressus Iordanem Iosue castra in loco posuit, qui Galgala dictus est. atq; ibi monitu Dei eos circumcidit, qui nati fuerant, postquam egressio facta ex Aegypti finibus fuerat. quod præterit Sulpicius.

Erat in his locis oppidū.] Prima expeditio Iosue tras Iordanem fuit aduersus oppidum Hiericentem. De situ vrbis huius latè Iosephus libro xvi. cap. i v. inquit, abfuisse à Iordane stadia sexaginta, à Hierosolymis centum quinquaginta. Quod verò vertit Sulpicius [muris validissimis munitum, neque expugnationi, neque obsidioni facile,] id ex ingenio promittit potius, quàm ex scriptura,

Erat in his locis opidum nomine Hiericho, muris validissimis munitum, neq; expugnationi, neque obsidioni facile. Sed Iesus Domino fretus, nō armis, aut viribus vrbem aggressus, ferri arcæ Dei circa muros iubet: Sacerdotesq; præire arcam, & tuba canere. Sed cum arca septies circumlata esset, muri ac

ri ac turres conciderunt: direptum opidum, atq; incensum. Tum Iesus Dominum traditur.

ra, quæ sichabet. Hiericho clausa erat, atque munita timore filiorum Israel, & nullus egredi audebat, aut ingredi.

Quibus verbis significatur, clausas portas habuisse, ne quis ciuium temere exiret,

aut fugam iniret, munitam verò fuisse, ne quis hostium ingredi posset. Quare difficilis mihi videtur fuisse ad expugnandum, at ad obsidendum non item. Quid est enim operosum, eos obsidere, qui clausi ita sunt, vt exire non audeant? Quanquam autem vrbis inexpugnabilis erat, tamen capta est, verum non ope humana, sed diuina. Nam Iosue iussu Dei per sex dies urbem exercitu circumdedit, septimo arcam septies circumtulit. cum sacerdotes septem præeuntes clangerent buccinis, ad sonitum earum mœnia corruerunt. vrbis capta, & incensa cum omnibus, quæ ibi inuenta sunt. populus ad unū interfectus. Hæc cap. vi. Iosue. Quare quod inquit Sulpicius, [oppidum direptum,] falsum est, nam Iosue mandarar, ne quidquam attingerent. & post additur. *Vrbem, & omnia, quæ inuenta sunt in ea, succenderunt, absque auro, & argento, & vasis æneis, ac ferro, quæ in ærarium Domini consecraverunt.* In ijs verò, quæ sequuntur. [Tum Iesus Dominum traditur.] defunt nonnulla verba, quibus Iosue vrbem Hiericentis deuouit, quæ sunt eodem capite. *In tempore illo imprecatus est Iosue dicens, Maledictus vir coram Domino, qui suscitauerit, & edificauerit ciuitatem Hiericho.* Hæc autem vrbis deuotio anathema ibi dicitur. quòd quæ Deo dicata sint, ad homines pertinere nō possint, & dira vota exitium consequi solet.

Inde aduersus Geth ductus exercitus: locatisque à tergo vrbis insidiis, Iesus metum simulans, terga hosti dedit. Quo viso, qui in opido erant, petentibus portis cedentibus instare. Ita

hi

Inde aduersus Geth ductus exercitus. Altera expeditio fuit aduersus Haienses. Hæc vrbis in Hebraica lectione dicitur Hai, in Græca Gai. quam sequutus Sulpicius uertit Geth. Vfus est autè Iosue consilio eiusmodi. Posuit insidias à tergo oppidi, atque oppidū aggressus simulato

simulato metu fugam arripuit. ciues ueram esse fugam arbitrati portis effusi fugientes sunt insecuti. quod cum illi auidius faciunt, qui in insidiis erant, urbem intrarunt, atque omnibus casis regem etiam suspendio affecerunt.

suspendium autem cum dico, crucis supplicium intelligo. sic enim ibi. *Regem quoque urbis suspendit in patibulo, usque ad uesperam, & solis occasum, precepitque Iosue, & deposuerunt eius cadaver de cruce.* id uero ex lege, quæ est Deuteronomij. cap. xxxi. & xxii.

Quod ubi vicinarum gentium. Tertia expeditio fuit contra Gabaonitas, quarta uero contra reges eos, qui Gabaonitarum seruitutem vindicare armis conati sunt. Res autem ita narratur cap. ix. Audita expugnatione oppidi Hai, finitimi reges omnes Hehæus, Amorrhæus, Chananæus, Pheræus, Heuæus, & Iebusæus in unum coierunt, ut uno animo contra Iosue, Hebræosque pugnarent. Gabaonitæ uero, qui vicini erant Hierosolymis in tribu, quæ postea fuit Beniamin, nuncios miserunt muneribus attritis, rogantibusque unde essent, longe terrarum se venire mentiti sunt. atque ita Hebræi iurati illis pepererunt. postquam autem mendacium agnouerunt, iure iurando, quominus durius

hi qui in insidiis fuerant, uacillantes urbem cepere: cæsique omnes, absque ullius effugio: Rex captus, summoque supplicio affectus.

Quod ubi vicinarum gentium regibus compertum est, in bellum conspirant, Hebræos armis depellere. Verum Gabaonitæ, gens valida, ex urbe opulenta, uultu se Hebræis dederunt, iussa facturos pollicentes: receptique in fidem, ut ligna, & aquam conueherent imperarum. Sed regibus proximarum urbium deditio eorum, iras conciuerat. Itaque ad motus copias, oppidum eorum Gabaon nomine obfisione circumstant. Igitur oppidani arctis rebus suis, nuntios ad Iesum mittunt, obfessis uti succurreret. Ita ille

Ille maturato itinere inopinantibus superuenit, caesaque ad internecionem multa hostium millia. cum dies cadentes deficeret, noxque uictis futura praesidio uideretur, merito fidei dux Hebraeus noctem auertit, dies perseuerauit: ita nullum hostibus effugium fuit. Quinque reges capti, interfecti sunt. Eodem impetu vicinæ quoque urbes imperio adiectæ, regesque earum precepti. Verum quia omnia hæc in ordinem persequi non fuit consilium, dum breuitati studemus, id modò annotandum curauimus, xx. & nouè regna imperio Hebræorum subiecta.

partes ab eis appellatas fuisse. postremò in tres quasi diuisam, Iudæam, Samaritam, & Galilæam: quibus addi quoque Idumæa, & Palæstina potest, postquam Iudæorum sacra susceperunt. Sed de his posterioribus infra sapius. Cum autem dixit. [Merito fidei dux Hebræus noctem auertit, dies perseuerauit.] exprescit uerba illa. *Dixit Iosue, Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra uallem Aialon steteruntque, Sol, & Luna, donec ulciscerentur se gens de inimicis suis. Stetit itaque in medio caeli, & non festinauit occumbere spatio unius diei. non fuit ante, & postea tam longa dies, obediens Domino uoci hominis, & pugnante pro Israel.* Unde in Ecclesiast. scriptum est cap. xlvi. *An non in iracundia eius impeditus est sol, & una dies facta*

rius in eos contulerent, impediti ea seruitute multarunt, ut exercitui ligna, & aquam afferent. Quo comperto, quinque reges eorum populorum exercitus ad uindictam oppidum Gabaon adduxerunt. contra quos auxilio Gabaonitarum Iosue prodiit. atque in fugam actos die longissima facta profligauit. Quinque reges cum se in speluncam retulissent, extracti, suspendio poenas dedere. Reges autem hi fuerunt, Adonisedec Hierusalem, Obam Hebron, Pharas Hierimoth, Iaphia Lachis, & Dair Eglon. Est autem scire operæ pretium, terram, quam uocamus Chananæam, primum ab his populis esse cultam, Chananæis, Heuæis, Hethæis, Amorrhæis, Iebusæis, Pheræis, & Gergezæis. quibus deletis eam diuisam esse duodecim tribubus Israelitarum, ac singulas

facta est, ut duo? & apud S. Augustinum libro XXI. de Ciuitate Dei, cap. VIII. *Nunc in diuinis libris legimus, etiam solem ipsum sterisse, cum hoc à Domino perisset vir sanctus Iesus Nave, donec ceptis praelium victoria terminaret.* Hæc est autem fides, de qua S. Paulus ad Hebræos. *Fide, muri Hiericho corruerunt circuisu dierum septem.* Nomina verò regum, & urbium deuictarum sunt cap. XI. & XII. quæ multis expeditionibus gesta, non solum Sulpicius, sed neque scriptura sigillatim est persecuta. Quod autem inquit, [XX & IX. *regna Imperio Hebræorum subiecta.*] Legendum est XXXI. VI. non viginti nouem, sed triginta vnum, sit. Sic enim scriptura enumeratis singulis regibus concludit, [omnes reges triginta vnum.] error ex notis natus.

[Quorum terra per vndecim tribus distributa est.] Parta, pacataq; terra à Deo sibi promissa, Iosue eam sorte diuisit tribus Israelitarum, quæ tredecim erant. nam duodecim fuerant filij Israel, & pro Ioseph duo filij eius Manasses, & Ephraim substituti fuerant. Ex horum autem numero, tribu Leui exempta, relictae sūt duodecim. his verò duodecim terra diuisa est, nam Leui nulla terra est assignata, sed vrbes tantum quadraginta octo. Ac primum quidem Ruben, & Gad & dimidia tribus Manassis terram à Moyse trās Iordanem partam adeptæ sunt. reliquam verò cis Iordanem reliquæ, nempe Simeon, Iudas, Issachar, Zabulon, Aser, Dan, Nephthaim, Benjamin, & altera dimidia Manassis, & Ephraim

Quorum terra per vndecim tribus vicinim distributa est. Leuitis enim in sacerdotiū assumptis, nulla portio data, quò libentius seruirent Deo. Equidem hoc exemplum non tacitus præterierim, legendumque ministris Ecclesiarum libeter ingesserim. Etenim præcepti huius non solum immemores, sed etiam ignari mihi videntur: tanta hoc tempore animos eorum habendi cupido veluti tabes incensit: inhiant possessionibus, prædia excolunt, auro incubant, emunt venduntq; quæstui per omnia student. At si qui melioris propositi viden-

videntur, neque possidentes, neque negotiâtes, quod est multò turpius, sedentes munera expectant, atque omne vitæ decus mercede corruptum habent, dū quasi venalem præferunt sanctitatem. Sed longius, quàm volui, egressus sum, dum me temporum nostrorū piget, tædetque. Ad incæptum redeo.

Ephraim. Sulp. XII. in totū putauit esse tribus, quia XI. fuerant filij Israel, atque vndecim tantum terram esse diuisam. Quod ne cui admirationem alferret, addit, [nam Leuitis nihil terre est attributum.] oblitus scriptum ita esse cap. XIV. *Leuitæ nihil terre acceperunt inter fratres suos, sed in eorum successerunt locum filij Ioseph in duas diuisi tribus Manasse, & Ephraim.* tribum autem Leui XIII esse apparet etiam ex eo, quod scripsit S. Augustinus lib. XX. de Ciuit. Dei.

cap. V. *Non quia dictum est, Inducantes XII tribus Israel, tribus Leui, quæ XIII est, ab eis iudicanda non erit.* rectius ergo dixisset, duodecim. nam Leuitæ propriæ terre sortem non habuere, sed in alienis fortibus vrbes habitauere, quare Leuitæ eis tribus attributi sunt, in quibus confedere.

Leuitis enim in sacerdotium assumptis nulla portio data, quò liberius seruirent Deo.] Hoc Deus Moyfi primum præcepit, his verbis Deuteronomij cap. XVIII. *Non habebunt sacerdotes, & Leuitæ, & omnes, qui de eadem tribu sunt, partem, & hereditatem cum reliquo Israel, quia sacrificia Domini, & oblationes eius comedent, & nihil aliud accipient de possessione fratrum suorum. Dominus enim ipse est hereditas eorum.* Quod autem Deus præcepit Moyfi, id executus est Iosue cap. XIII. Sic enim inquit. *Tribus autem Leui non dedit possessionē, sed sacrificia, et victimas Domini Dei Israel, ipsa est hereditas eius, sicut locus est illi.* & cap. XIV. *Nec acceperunt Leuitæ aliam in terra partem, nisi vrbes ad habitandum, & suburbana earum ad alenda iumenta, & pecora sua.* Quare illud, [Quo liberius seruirent Deo,] videtur Sulpicius ex ingenio suo, non ex diuina exproptisse scriptura. Quod enim inquit scriptura, *Domini esse hereditatem Leuitarum,* non id significat, quod ille prodit. Quoniā autē Clerus est hereditas græcè, propterea hinc clerici nomen apud Christianos inuenerunt, quia hereditatē Domini adepti

adepti sunt. & quia clerus hæreditatem, & sortem significat, hinc fratres à Latinis consortes dicti sunt, qui simul indiuisa hæreditate agunt. Opportunè inde carpit clericos sui temporis, qui contra Dei mandata hereditatem suam nõ Deum constituerent, sed prædia, aurum, & diuitias. atque aut eis parandis enixè operam darent, aut quiescentes, aliena munera expectarent, & sanctitatem quasi venalem haberent. Vixit autem, & scripsit anno Christi, quadringentesimo, vt mirum esse videatur, quàm citò veteris mores ecclesiæ lapsi sint.

Igitur, vt supra dixi, diuiso per tribus] Pacem demum, & mortem Iosue consequentem ostendit. Prætermisit autem, Iosue ex Dei mandato, quod etiam Moy si fuerat nunciatum, constituisse sex vrbes, in quas con fugere possent, qui imprudentes eadem fecissent. quo ibi tuti ab iniuria propinquorum occisi hominis essent, quandiu causam suam apud Synagogã, Concilium ve probassent, aut pontifex, sub quo cædes ea facta fuisset, mortem oppetisset. omisit etiam, vt Leuitis oppida XLVIII inter alias tribus assignata sint, vt eas incolerent, & suburbana eorum, quo armenta sua alere possent. inter cæteras vero vrbes datæ sunt, quas refugij, aut exilij vrbes dixerunt. Quæ narrata in de pergit scriptura. *Datæq; est à Deo pax in omnes per circuitum, nullusq; eis hostium resistere ausus est, sed victi in eorum diuisionem redacti* iiii. cap. 'xxi. Demum Iosue quoque mortuus est annos centum decem natus. Quot vero annos ducatum gesserit, scriptura non adiicit. Sulpicius xxvii annos plerisque ei tribuisse

Igitur, vt supra dixi, diuiso per tribus captiuo solo, pace summa Hebræi perfruebantur, finitimis bello territis, tot victorijs nobiles armis nemine audente tentare. Eodem tractu Iesue mortuus est, anno ætatis decimo & centesimo. De imperij autem eius tempore parum definitio. Frequens tamen opinio est, xx, & vii. annis eum Hebræis præfuisse. Quod si ita est, à mundi exordio in excessum eius anni sunt III. DCCCLXXX, & III.

Quæ narrata in de pergit scriptura. *Datæq; est à Deo pax in omnes per circuitum, nullusq; eis hostium resistere ausus est, sed victi in eorum diuisionem redacti* iiii. cap. 'xxi. Demum Iosue quoque mortuus est annos centum decem natus. Quot vero annos ducatum gesserit, scriptura non adiicit. Sulpicius xxvii annos plerisque ei tribuisse

buisse scribit. quod credo ab Eusebio sumpsit. nam Iosephus tantum viginti quinque agnoscit. S. autem Augustinus cum Sulpicio sentit libro xviii. de Ciu. cap. xi.

QVOD si ita est, à mundi exordio in excessum eius anni sunt III DCCCLXXXIII.] Hæc summa apud Sulpicium sic concipitur ex ijs, quæ dicta sunt.

Ab Adam ad diluuium anni 2242. A diluuiõ ad ortum Abrahamæ 1070. Ab ortu Abrahamæ ad mortem Ioseph 370. Seruitus Aegyptia annorum 144. Mansio in deserto an. 40. Iosue annis. 27. Summa est annorum 3893.

RESP. AD IVDICES TRANSLATA.

Iesu mortuo, populus sine duce agebat. Sed cum aduersus Chanaanos bellandus esset, dux belli Iudas assumptus est. Huius ductu res prosperè gestæ. Domi militiq; summum otium: populus aut subactis, aut per ditionem acceptis gentibus, imperitabat. Inde, vt semper fieri secundis rebus solet, morum disciplinaque immemor, matrimonia ex victis assumere, paulatimque externos mores trahere, ac mox profano ritu idolis sacrificare cepit. Adeo cuncta cum externis societas perniciofa est. quæ Deus longè antè prospici-

[Iesu mortuo, populus sine duce agebat.] Hoc in loco Resp. à Deo instituta incipit, re à ducibus ad Iudices traducta, postquam in terra promissa sedes collocarunt. Quæ de re sic apostolus. *Post destructas septem gentes in terra Chanaan, & terram sorte distributã Deus dedit Iudices populo.* Hæc historia mandata est ei libro, qui à Græcis Iudices dicitur. in quo nomina, resque gestæ ipsorum Iudicum explanantur. Non statim tamen post mortem Iosue Iudices creati, sed interregnum extitit. quod est tempus illud, quod vocat Iosephus Aristocratiam. Ante Iudices autem bellum aduersus Chanaanos est gestum. de quo sic primo Iudicum. *Post mortem Iosue consulere filij Israel Dominum dicentes. quis*

H

ascen-

ascendet ante nos contra Chananaeum, & erit dux belli? Dixitq; Dominus, Iudas ascendet. ecce tradidi terram in manus eius. Et ait Iudas Simeoni fratri suo. Ascende mecum in sortem meam, & pugna contra Chananaeum, & ego pergam tecum in sortem tuam.

Iosephus autem interpretatur, ducatum belli traditum esse non viro alicui nomine Iudae, sed tribui Iudae, quae tribui Symeonis assumptum. quem sequitur S. Augustinus in Quaestionibus super Iudices. Itaque [*eius ductu res prospere gestae.*] Nam & Chananaeum, Iebusaum, & Pherezaeum subegerunt, & urbem Hierusalem captam incenderunt, & Gazam, Alcalonem, & Accaronem Palaestinis eripuerunt. cap. i. praeter eas vero vrbes habuere & Palaestini Azotum, & Geth vrbes insignes. mansere inde in pace Palaestini vsque ad tempora septae Iudicis. Quod addit, [*Domi, militiaeq; summum ocium. populus aut subactis, aut per deditonem acceptis gentibus imperitabat.*] hoc ex verisimili protulit, non ex scriptura. probabile enim coniectura videtur, tot regibus, nationibusque deuictis, Hebraeos ocium domi, atque militiae agitare. vnde post morum, ac disciplinae deprauatio consequuta sit.

Inde, ut semper fieri secundis rebus solet, morum, disciplinaeq; immemor, matrimonii ex victis assumere, paulatimq; ex. er. nos mores trahere, ac mox profano ritus idolis sacrificare coepit.] Hebraei inde extens populis in potestatem adductis, illud contra Dei mandata fecerunt, quod eos, quos delere debebant, incolumes conseruauerunt, & intra eos habitauerunt. Qua de re ab Angelo increpiti peccatum suum luxerunt. cap. ii. Mortuus vero patribus illis, exorti alij sunt, qui Dominum ignorantes malum in conspectu eius fecerunt, & Baali seruiuerunt, ac filias eorum sibi desponderunt, & suas eis collocarunt, & Deis eorum seruiuerunt. cap. i. & i i i. Iud.

Quae Deus longe ante prospiciens salubri Hebr. eos responsio instruxerat, deuictas gentes ut internecioni darent.] Mandata Dei, quae illi neglexerunt, tradita fuerant cap. xxi i. Exordij his verbis. *Angelus introducet te ad Amortheum, & Ethaeum, & Pherezaeum, Chananaeumq; & Hebraeum, & Iebusaum, quos ego conteram. non adorabis Deos*

ciens, salubri Hebraeos responsio instruxerat, deuictas gentes ut internecioni darent. Sed plebs cupida dominandi, imperare victis cum pernicie malebat.

Deos eorum. & constringes stamas eorum. non inibis cum eis sedes, nec cum dijs eorum. non habitent in terra tua, ne forte peccare te faciant in me, si seruiers dijs eorum, quod tibi certe erit in scandalum. S. Augustinus confictas hoc tempore fabulas Deorum à Graecis fuisse tradidit. lib. xviii. de Ciuitate Dei.

Sed plebs cupida dominandi imperare victis cum pernicie malebat.] Quippe, ut ibidem scriptum est, *parcentes victis sequuntur Deos populorum, qui habitabant circa se, & adorauerunt eos, & ad iracundiam concitauerunt Dominum, dimittentes eum, & seruientes Baal, & Ashtaroth.*

GOTHONIEL IVDEX.

Igitur cum relicto Deo idola colerent, destituti diuino auxilio, à rege Mesopotamiae uicti, & subacti, v i i annis captiuitatem penderunt: donec Gothoniël duce in libertatem restituti, per quinquaginta annos rerum potiti sunt.

Igitur cum relicto Deo.] Inde impietatem Iudaeorum susceptam iusta Deus ira vindicauit, post penitentia cognita eis ignouit, ac iudicem ad inimicos repellendos dedit. Hoc autem totum his verbis expressum est cap. i i i. Iud. *Fecerunt malum in conspectu Domini, & oblii sunt Dei sui, seruientes Baali, & Ashtaroth. iratusq; contra Israel Dominus in manus Cusanrasabam regis Mesopotamiae tradidit. seruiueruntq; ei octo annis.*

Et clamauerunt ad Dominum, qui suscitauit eis saluatorem, & liberauit eos, Othoniel uidelicet, filium Cenez, fuitq; in eo spiritus Domini, & iudicauit Israel, egressusq; est ad pugnam, & tradidit Dominus in manus eius Cusanrasabain regem Syriae, & oppressit eum. quieuitq; terra quadraginta annis, & mortuus est Othoniel. In his haec animaduertenda. Qui ab Hebraeo dicitur Othoniel, à Graeco dici Gothoniël, quod sequutus est Sulpicius. Regem vero Cusan rasathain appellari à Iosepho Cusathrem Assyriorum regem. Sulpicius porro contra vtriusque versionis auctoritatem quinquaginta annorum numerum edidisse. idque ex sequenti eius suppuratione tenendum esse. cum vero numerum non solum Gothonielis magistrati tribuendum esse, sed totum tempus complexum esse, quod

se, quod à morte Iosue ad mortem Gothonielis effluxit. Quod apertè Eusebius his verbis admonuit. *Hebræorum primus Index ex tribu Iuda Gothonieli an. xl. post mortem Iesui tenuerunt subiectos Hebræos alienigenæ annis octo, qui iunguntur Gothonielis temporibus secundum Hebræorum traditiones. Idem S. Augustinus, & fermè alij omnes senserunt. Quin etiam S. Augustinus legit Baali, & Astarthibus, exponitq; Ioui, & Iuonibus. Ioseph autem vocat Baal Idolum, Baalim Baalis templum.*

ADON IVDIX.

Rursumque corrupti.] Mortuo inde Gothonieli, Hebræi sine Iudice agentes malum in cōspectu Domini fecerunt, idest ab illo ad externos Deos defecerunt. itaque Dei voluntate ab Eglo Moabitarum rege subacti XVI II annos seruiuerunt. Tum Adon, qui & Aod, & Iudas dicitur, legatus ad regem missus, secreti colloquij copia postulata, ipsum manu sinistra, qua æquè utebatur, ac dextera, pemit. deinde comparato exercitu Moabitæ adortus, decem millibus interfectis gentem deleuit, & quieuit terra octoginta annis. Hæc cap. III. Hanc autem annorum summam Eusebius in id tempus totum contulit, quod est à morte Gothonielis vsque ad obitum Aod. sic scribens. *Post Gothonieliem Iudicem Aod Hebræorum Index annos LXX. Post Gothonieliem Hebræos habuerunt alienigenæ subiectos armis annis XVIII. qui copulantur temporibus Aod secundum Iudæorum traditiones. Sūt tamen qui illos annos ab his distinguant.*

Rursumque corrupti Iongæ pacis malo, idolis litauerunt. Moxque aderat pœna peccantibus. ab Eglo enim rege Moabitarum deuicti, duodeuiginti annis seruiuerunt, donec instinctu Dei Adon regem hostium dolo interemit, contractoque tumultuario exercitu libertatem armis vindicauit. Idè per LXXX annos in pace Hebræis præfuit.

SEMI-

SEMIGAR IVDIX.

Huic Semigar successit: hicq; aduersus Allophylos congressus, secundum euentu prælium fecit.

principatus obijt, teste Ioseph. Philistijm à septuaginta interpretibus Allophyli, idest alienigenæ versi sunt, quos sequutus est Sulpicus, Eusebius hunc præterijt.

BARAC, ET DEBORA IVDICES.

Rursumque Hebræos seclantes idola, rex Chanæorum Iabin nomine subiugauit, grauisimamq; in eos per xx. annos dominationem exercuit: donec priustinum Debbora mulier statum reddidit. Adeò nihil spei in eorū ducibus erat, vt muliebri auxilio defenderentur. Quamquam hæc in typum Ecclesiæ forma præmissa sit, cuius auxilio captiuitas est depulsa. Sub hac duce, vel iudice xl. annis Hebræi fuerunt.

Rursumque Hebræos.] Sequuntur Barac, & Debora Iudices ex tribu Effraim, & Nephtalim. de quibus deinceps sic in libro Iudicum cap. v. *Post obitum Semigar Iabin rex Chanæam, qui regnauit in Asor, duce Sisara, Hebræos malum in conspectu Domini facientes subegit, ac per viginti annos seruitute oppressit. Debora verò prophetis, quæ indicabat populum illo tempore, vocauit Barac, & contra Sisaram misit, ita vt ei se sociis expeditionis adiunxerit. Ita Sisara victo, atque extincto, ope Iabin fractæ, & pax Hebræis est restituta. Per quadraginta annos terra quieuit. Et hæc annorum summa totum tempus inter Samgar, & Deboram est complexum, teste Eusebio sic scribente. *Deboræ ex tribu Effrem. Barach de tribu Nephtalim annos quadraginta. Post Aod in ditionem Hebræos redigunt alienigenæ annos viginti, qui conueniuntur**

guntur temporibus Deboræ, & Barach secundum Iudæorum traditiones. Cum autem addit, [*Quamquam hæc in typum ecclesie præmissa sit, cuius auxilio captivitas est depulsa.*] Credo, Sulpicium significare, quod scribit S. Augustinus interpretans illud Salomonis, *Mulierem fortem quis inueniet? nempe mulierem fortem esse ecclesiam, difficultatem inueniendi, non impossibilitatem intelligens.*

G E D E O N I V D E X.

Rursumque ob peccata. Rursus post mortem Deboræ cum se ad cultum idolorum recepissent, oppressi sunt à Madianitis per septem annos. quare ad Deum implorandum, ut ante, conuersi, opem eius obtinuerunt, Gedeone duce validissimo dato. in eodem libro cap. vi.

Ita semper in secundis rebus immemores cælestium beneficiorum, idolis supplicabant, in aduersis Deo. [Hanc sententiam sic expresit S. Augustinus libro xviii. cap. xlii. de Ciuitate Dei. ex cap. 2. Iud. *Iudicum temporibus alternauerunt apud Hebræos, & humilitates laborum pro peccatis eorum, & prosperitates consolationum propter miserationem Dei.* Addit inde Sulpicius per excursum haud mirandum esse, si Iudæi Christum non receperunt, cum neque Deum receperint, cuius eximiam iustitiam, ac misericordiam toties experti essent, ac post tam multa peccata

ve-

Rursumque ob peccata Madianitis traditi, duro imperio habebantur, afflictique malo seruitutis diuinum auxilium implorauerunt.

Ita semper in secundis rebus immemores cælestium beneficiorum, idolis supplicabant: in aduersis, Deo.

Vnde cum reputare in animo soleo, populum tot beneficiorum Dei obligatum, tot cladibus, cum peccaret, coercitum, expertumque; & misericordiam & seueritatem Dei, nequaquam emendatum: & cum semper veniam erroris acciperet, semper peccasse post veniam: nihil mirum videri potest, Christum ab his non esse receptum, cum iam inde ab initio toties in Domino rebel-

les

les deprehendantur: magisque mirum est, illis semper peccantibus, nunquam Dei, si quando eum implorauerunt, defuisse clementiam. Igitur cum eis, ut supra retulimus, Madianitæ dominarentur, conuersi ad Dominum, misericordiam solitam flagitantes, impetrauerunt. Erat in Hebræis Gedeon quidam nomine, vir iustus, & carus Domino, acceptusque. huic angelus de campo messis domum reuertenti astitit: Dominus, inquit, tecum, potes in virtute. At ille voce humili, non esse in se Dominum ingemiscebat; siquidem populum captiuitas premeret: virtutumque Domini, qui eos de terra Aegypti eduxerat, flens recordabatur. Tum angelus: Vade, inquit, in hoc spiritu, quo locutus es, & populum de captiuitate eripe. Illè verò abnuere, se infra cæcis suorū uiribus, cum ipse minimus

esset,

ueniam tam sæpe obtinissent. Hebræis porrò dubiis suis in rebus auxilium à Deo postulantibus aduersus Madianitas, qui aduocatis Amalecitis traiccto Iordane, in se irruerant, Deus non defuit, atque hominem Gedeonem excitauit, misso ad eum angelo, cum frumentum in torculari purgaret. is xxxii millia militum comparauit, deinde monitus à Deo, eam nimiam multitudinem esse, Hebræos uiribus suis, non diuino auxilio uictoriæ tributuros; potestatem abire uolentibus dedit. ita decem millia remansere. ex quibus Deus monuit, ut trecentos tantum retineret, atque eo numero adortus hostes cxx millia eorum cæcidit, ac x cepit. Ibidem cap. vii. Quod ait. [*Dominus tecum potens in uirtute.*] Græcam translationem expresit, quam sequitur S. Augustinus. inquit. *Quod angelus dixit ad Gedeon, Dominus tecum, potens in fortitudine, nominatiuus castus est, non uocatiuus, hoc est, Dominus potens tecum est, non tu potens.* Videtur autem consuetudine reprobasselectionem Hebraicam, quæ habet. *Dominus tecum uirorum fortissime.* cap. vii. Verba uero, quibus abnuet, hæc sunt. *Obse-*

H 4 cro

*cro mi Domine, in quo libera-
bo Israel? ecce familia mea in-
firma est in Manasse, et ego mi-
nimus in domo patris mei.*

Græci verò ita. *In quo ego
seruabo Israel? Ecce chilias
mea humilior est in Manasse,
& ego sum minor in domo pa-
tris mei.* Quibus verbis, te-
ste S. Augustino, significat, se
fuisse Chiliarchum in tribu
Manasse, id est præfectum mil-
le hominibus, eamque Chi-
liadem infirmis viribus, &
se imbecillum in domo pa-
tris sui fuisse. Ex quo appa-
ret, in Hebraica versione nõ
rectè familiam pro Chilia de-
esse expressam, nec Sulpiciũ
perspicuè reddidisse. Ibidem
cap. vii. *Perfectoq; sacrifi-
cio.* Quippe coxit hœdum,
& de farinæ modio azymos
panes, carnemq; ponens in
canistro, & ius carniũ mit-
tens in ollam, tulit omnia
sub queru, & obtulit Deo.
ex quo apparet sacrificium
fecisse in Excelso. Quæritur
autem, cur sacrificium fece-
rit contra iussu Dei extra ta-
bernaculum, quod tunc erat
in Silo. Respondetur, per-
missu Dei id fecisse. nam sæ-
pe extra tabernaculum etiã
ab alijs factum est sacrũ. sed
quia Dei voluntate factum
est, gratum fuit. non enim
Deus leges sibi præscripsit,
sed

esset, tantum onus suscipe-
re: per stare contra angelus,
Ne dubitaret posse fieri,
quæ Dominus loquebatur.
Perfecto igitur sacrificio,
dirutaque ara, quam Baalis
idolo Madianitæ sacraue-
rant, ad suos profectus, ca-
stra castris hostium contu-
lit. Sed Madianitis etiam
gens Amalech se coniun-
xerat. Gedeon verò non
amplius quàm ad triginta,
& i i. millia exercitum pa-
rauerat. Sed priusquàm cõ-
fligeret, Deus ad eum locu-
tus est, nimiam esse hãc mul-
titudinem, quam in præliũ
vellet educere: Hebræos
pro solita perfidia euertum
pugnæ non Deo, sed virtuti
suæ duros. itaq; daret vo-
lentibus discedendi potesta-
tem. quod vbi populo diuul-
gatum, xx. & i i. à castris
recesserunt. Sed ex x. milli-
bus, quæ resederant, admo-
nitus à Domino, non am-
plius quàm trecetos tenuit:
reliquos ab armis dimisit.

ita

ita media uigilia castra ho-
stium ingressus, iussis omni-
bus tuba canere, magnum
terrorem iniecit: neq; cui-
quam resistēdi animus fuit,
turpi fuga, quò quisque po-
tuit, dilapsis. Sed occurren-
tibus omni ex parte He-
bræis, passim fugientes ca-
dunt. Reges Gedeon perfe-
cutus ultra Iordanem, com-
prehensos neci dedit. Ea pu-
gna centum & xx. ex hosti-
bus cæsa, xv. capta tradun-
tur. Tunc cõsensu omnium
Gedeoni, vt princeps popu-
li esset, delatum. Quod ille
aspernatus, communi iure
cum ciuibus viuere, quàm
præesse suis, maluit. Depul-
sa igitur captiuitate, quæ
septem annos populum cõ-
tinuerat, pax per xl. annos
fuit.

maior Dei virtus appareret. Cum autem adiecit. [*Iussis omnibus
tuba canere, magnum terrorem iniecit.*] *Concidit nimis rei præcla-
ræ narrationem, quæ est cap. vii. Ceperunt buccinis clangere, &
conplodere inter se lagenas, cumq; per gyrum castrorum in tribus per-
sonarent locis, & hydrias confregissent, tenuissent sinistris manibus
lampades, & dextris sonarent tubas, clamauerunt, Gladius Domini,
& Gedeonis. omnia itaque castra turbata sunt, & vociferantes, vlu-
ban-*

lantesq; fugerunt. Ex quibus apparet, quàm multa ab Sulpicio, breuitatis gratia sint omiffa. At cum addit. [*Reges Gedeon persecutus ultra Iordanem.*] Reges intelligit Madianitem, & Amalecitem, qui confociatis armis, Iordane superato, Hebræos inuaserant.

Tunc consensu omnium Gedeonis, ut princeps populi esset, delatum. quod ille aspernatus communi iure cum ceteris vivere, quam præesse suis, maluit.] Quanquam autem negauit se præfuturum, tamen præfuit, ut scribit Iosephus, annis quadraginta, exprimens verba scripturæ cap. viii. *Qui cuit terra per quadraginta annos, quibus Gedeon præfuit. Quod idem sensit Eusebius scribens. Gedeon iudex annis quadraginta. Post Deborah Hebræos in diuionem redigunt alienigenæ annis septem, qui coniuncti sunt temporibus Gedeonis secundum Iudæorum traditiones.*

ABIMELEC IVDEX

Sed defuncto Gedeone.] Gedeoni successit Abimelec filius nothus hoc modo. Is septuaginta fratres suos legitimos interfecit in vrbe Sichem, ac ciuibus ipsi Sichimitis opem ferentibus principatum sibi ascuit. Inde Sichimitæ fratrum cædem ei obijciētes ab illo defecerunt, eumque ex vrbe depulerunt. cuius belli socium Zebul in primis se præbuit. Abimelec autem parato exercitu eorum urbem recepit, atque euertit. inde ad turrim oppidi Thebes pugnans à muliere fragmento molæ percussus est triennio, postquam præesse post patrem cœperat. cap. ix. Iud.

Sed defuncto Gedeoni, filius eius Abimelech, ex concubina ortus, fratribus interemptis, pessimis quibusque consentientibus, & maximè Sichimorum principibus operam ei nauantibus, regnum occupauit. Isque discordiis ciuilibus exercitus, cum suos bello premeret, turrim quandam in quam se amisso opido fugientes receperant, expugnare aggressus, dum incautus subit, saxo à muliere ictus perit, cum triennio imperium tenuisset.

THOLA

THOLA IVDEX.

Huic successit Thola, qui duobus & xx. annis regnatus est.

Huic successit Thola.] Sic cap. x. Post Abimelec surrexit Thola filius Phun parui Abimelec, qui habitauit in Samir montis Effraim, & iudicauit Israellem viginti tribus annis. Consentiunt autem in numero annorum ambæ versiones. Eusebium Sulpicius est sequutus.

IAIR IVDEX.

Post hunc Iair fuit, qui cum æquè viginti & duos annos principatum obtinisset.

Post hunc Iair fuit, qui cum æquè viginti annos principatum obtinisset. Idem scriptum est cap. ix. neque aliud amplius.

I E P T A IVDEX.

Populus relicto Domino idolis se mancipauit. Obq; id Israelitæ subacti sunt ab Allophylis & Ammonitis, duoque de xx annis sub eorum imperio fuerunt. Quo tempore eis Dominum inuocantibus, diuinum scilicet responsum redditum est: Simulachra potius inuocarent, se non ultra misericordiam ingratis præstiturum. At illi flentes culpam fatentur, & precari veniam, abie-

Populus relicto Domino] Transit ad Ieptæ principatum multis rebus insignem. Mor tuo enim Iaire Hebræi, cum sine duce essent, ad cultum idolorum Baal, & Astaroth se rettulerunt. Itaque iratus Deus tradidit eos in diuionem Palæstinorum, & Ammonitarum. afflictiq; sunt admodum omnes, qui trans Iordanem incolebant in terra Amorrhæi per annos octo decim. quin etiam Ammonitæ traiecto Iordane vastarunt tribus Iudæ, Beniamin, & Effraim. Itaque in tantis calamitatibus cum cōfugissent

ctiq;

sunt

sent ad Deum, iusti sunt, ut opem ab idolis, quæ colebāt, implorarent. tumque Ieptā hominem humili loco natū ducem contra Ammonitas legerunt, & contra hostes profecti victoriam rettulerunt, cum Iepta votum fecisset, se, quicumque primus è domo sua sibi occurrisset, immolaturum. Cum autē filia vnica obuiam prodiiisset, eā sacrificauit. cap. x. Quod ait [Fuisse dicitur, si prosperè pugnasset, eum, qui sibi primus reuertenti obuius fuisset, hostiā Deo dādā.] addere debuit, qui filij primus è domo sua, sic enim scriptum est cap. xi. *Votum vouit Domino dicens. Si tradideris filios Ammon in manus meas, quicumque primus fuerit egressus de foribus domus meae, mihiq; occurrerit reuertenti cū pace à filijs Ammon, eum holocaustum offeram Domino. Ceterum. Occurrerit ei filia sua unigenita cum tympanis, & choris. non enim habebat alios liberos. Quæ non feminea constantia, mori non recusans, duos tantū tamen menses vitæ spatium petit, vt æquales suas prius videret, inquiring. Dimitte me, vt duobus mensibus circum eam montes, ac plangam virginitatem meam cum sodalibus meis. Inde. Expleis duobus mensi-*

busque idolis Deum implorantes, negatam licet misericordiam impetrauerunt. Igitur Iepta duce ad libertatem armis vindicandam frequentes conueniūt: missis prius ad Amon regem legatis, vt finibus suis contentus, bello abstineret. At ille prælium non abnuens, aciē instruxit. Tum Iepta, prius quàm signum pugnae daretur, vouisse dicitur, si prosperè pugnasset, eū qui sibi primus reuertenti obuius fuisset, hostiam Deo dādā. Ita victis hostibus, cū domum rediret, filia ei obuiam fit, quæ patrem exceptura victorem cum tympanis & choris læta processerāt. Tum Iepta consternatus dolore, conscisis vestibus, indicat filiaē voti necessitatem. At illa, non feminea constantia, mori non recusans, duos tantum tamen menses vitæ spatium petit, vt æquales suas prius videret. Quibus actis, vtrō ad

pa-

patrem rediit, votumque Domino reddidit.

mensibus, reuersa est ad patrem suum, & fecit ei sicut vouerat, quæ ignorabat virum. Exinde mos increuit in Israel, vt post

anni circulum conueniant in vnum filij Israel, & plangant filiam Ieptæ diebus quattuor. cap. xi. De huius Iudicis temporibus sic Eusebius. Post Iair Hebræos in diuisionem suam redigunt Ammonitæ annis xviii. qui cum temporibus posteriorum Iudicum copulantur secundam traditiones Iudeorum.

E S E B O N I V D E X.

Iepta principatum sex annis tenuit. huic Esebon successit, & tranquillis rebus exacto imperio, anno septimo decesit.

Iepta principatum.] Esebon à septuaginta interpretibus dicitur, qui ab Hebræis Abefan. cap. xi i. vbi de annis eius agitur.

A L L O N I V D E X.

Postque eum Allon Zabulonites annis x.

Postque eum Allon Zabulonites annis decem.] Hic Ahialō Zabulonites dicitur in Hebræo. ac decem annos

Israel iudicasse. De quo Eusebius. Post Hefebon in libro Hebræorum fertur Iudex Allon rexisse populum annos decem. qui nō habetur apud LXX interpretes. Quod miror ab eo dictum. nam nunc in Græco Codice reperitur Aelon.

A B D O N I V D E X:

Itemque Abdon annis viii rerum potiti, pacis tempore nihil, quod historia loqueretur, ediderunt.

Itemque Abdon annis octo.] Et hunc iudicasse populum Israel annis octo post Allonem scriptum est. cap. xii. Hunc Allonis filium vocat Iosephus.

SAMSON

SAMSON IVDEX.

Rursum Israelitæ.] Ex hoc loco incipit bellum Philistinorum, siue Palæstinorum, qui post mortem Iosue domiti rebellarunt, atque arma Hebræis intulerunt. Si quidem Hebræi, postquam Ammonitarū seruitute per septem fuerant exempti, ad vomitum redeuntibus rursus ad cultum idolorum se receperunt. quare in potestatem Palæstinorum, traditi eis per XI annos seruiuerunt. De his XI annis sic Eusebius. *Post Abdon Hebræos in ditionē reddigunt alienigenæ annis XI. q̄ computantur temporibus Iudicium posteriorum secundum Iudæorum traditiones. Post quē Samson annis XX. Cap. autē XIII Iudicū ita. Rursumq̄ filij Israel fecerunt malum in conspectu Domini, qui tradidit illos in manus Philistinorum quadraginta annis. Ceterum Samson alius est Christi liberatoris nostri futuri typus, ut ille fuit Hebræorum. ut tradunt mystici. Pater autē Samsonis nomine Mārue fuit, ex tribu Dan, mater sterilis. cap. XIII Iudicium. Samson autem non liberauit omnino Israel seruitute Philistinorum, sed incæpit. Vnde dixit angelus. Ipse incipiet libe-*

rare

Rursum Israelitæ ad idola conuersi. diuino destituti præsidio, subiecti Allophyli per XL captiuitatis annos pœnas perfidiæ pependerunt. Ea tempestate Samson natus traditur. Huius mater diu sterilis, angelum vidit: dictumque ei est, vino & sicera atque immundis abstineret, fore ut puerum ederet libertatis vindicem, & hostium vltorem. Ita mulier enixa puerum, Samson nomen ei indidit. Is inonso capite, uiræ virtutis fuisse traditur: adeo ut leonem in via obuium manu discerperet. Vxorem ex Allophyliis habuit: quæ cum absente viro in alterius matrimonium conuenisset, dolore ereptæ coniugis perniciem genti molitus est: fretus Domino, & viribus, palam victores clade afficiebat. CCC siquidem vulpibus captis, ardentibus lampades earum il-

liga-

ligauit caudis, atq; eas agris hostium immisit. At tum forte maturis melsibus, facile incendium fuit, vineæque & oliuarum arbores exusta. Grandi Allophyliorum exitio abreptæ vxoris iniuriâ vltus videbatur. Quo dolore Allophyli permoti, mulierem tanti mali causam cum domo & patre incendio cōsumpserunt. Sed Samson parum se vindicatum ratus, vrgere omnibus incommodis profanam gentē non desinebat. Tum compulsi Iudæi, vincitum eum Allophyliis tradiderunt. Sed traditus, ruptis vinculis, arrepto osse asini, quod casus telum dederat, mille ex hostibus prostrauit. Ingrauescente autem æstu, cum siti affectus esset, inuocato Domino, ex osse quod manu tenebat, aqua fluxit. Ea tempestate Samson Hebræis præerat, Allophyliis vnus virtute domitis. Igitur insidiantes vitæ eius, nec

palam

rare Israel de manu Philistinorum. Sed liberator fuit Dauid rex, qui Palæstinos demum subegit.

Vino, sicera, atque immundis abstineret.] Angelus matri dixit, non tanquam Hebrææ, sed tanquam Nazareum parituræ. Vinum enim, & sicera cum dixit, quæcunque ebrietatem afferre possent, intellexit. Qui sunt porro Nazarej, patet ex cap. VI. Numerorum. Porro autē occasionem belli inferendi Palæstinis aperit. Quippe Samson voluntate Dei contra legem quæsiuit vxorem ex Palæstinis incircuncisis, ut occasione haberet ad eos inuadendos. Eo verò tempore Palæstini dominabantur Israeli. cumque iret cum parentibus suis ad visendam sponsam, in itinere leonem obuium manibus discerpit. cap. XIII Iudicium. cuius rei occultam significationem aperuit S. Augustinus lib. 12. contra Faustum. Socer autem, absente Samphone genero, filiā collocauit alteri viro, & reuertenti Samsoni dixit, se illi minorem filiam traditurū. quæ res iram Samsonis aduersus Palæstinos incendit, atq; eis damna inferre instituit, ope Dei, viribusque proprijs minus. Hæc detrimenti inter-

di oc-

di occasio fuit. Primum autem incommodum consilij potius fuit, q̄ roboris, & diuina magis, q̄ humana ope perfectum, vt maturas segetes, & vineas hostium immisisis in eas trecentis prope ardentibus vulpibus corruperit. [lampades] autem faces intellexit, quas caudis vulpiū alligauit. Quo damno permoti Palæstini patrē cum filia in ædibus combusserunt. cap. xv. Secundum inde detrimentum miræ illius virtuti tribui debuit, quā Deus adiuuit. Cum enim Samson Palæstinos vexare insisteret, Hebræi, qui in ditione Palæstinarum erant, vt eorum ita mandantium gratiam promererentur, Samsonē comprehenderunt, & vincitum Palæstinis tradiderunt. ille verò ope Domini solutis vinculis oblatam asini maxillam arripuit, & Palæstinos mille deleuit. Miror autem Sulpicium os asini pro maxilla dixisse, cum dentis etiam, vnde aqua diffluxit, esset mentio facienda. cap. xv.

Ingrauesceme autem estis, cum sibi affectus esset, ex offese, quod manus venebat, a qua fluxit.] Quippe aperuit Dominus molarem dentem in maxilla asini, & egressæ sunt ex eo aque. Ibidem.

[Ez

palam eū tentare audentes, vxorem eius, quā ille postea acceperat, pecunia corrumpunt, virtutem viri vt proderet. Illa eum blandimento muliebri aggressa, diu eludentem, & multum cunctantem perpulit, vt indicaret, in crinibus capitis virtutem suam subsistere. Mox dormienti insidiata, crinem eius abstulit, atque ita eum Allophylis tradidit. Nam sæpe prius traditum, comprehendere nequuerant. Tum illi effossis oculis, vincitum compedibus in carcere coniecerunt. Sed spatium temporis accisus crinis crescere, & cum eis virtus redire occeperat. Iamque Samson conscius recepti roboris, tempus modò iustæ vltionis opperiebatur. Erat Allophylis moris, cum dies festos agerent, Samson quasi in pōpam publicam producere, capto insultantes. Ita die quodam cum publi-

Ita

cum epulum in honorē doli dedissent, Samson exhiberi iubent. Templum autem, in quo omnis populus, omnesque Allophylorum principes epulabantur, duabus subnixum columnis miræ magnitudinis erat. Productus Samson, inter columnas statuitur. Tum ille tempore arrepto, inuocato prius Domino, columnas disiecit: turbaque omnis ruina domus obruta, ipse cum hostibus non inultus occubuit, cum xx annis Hebræis præfuisset.

secundum, atque inde ad tertium subsidium sese contulit. Nam cum ter dormientem vinxisset, ille somno excitus instantibus Palæstinis repente cuncta dirupit. ad extremum cum rursus rogallet, verum aperuit, atque in crine vires suas positas esse dixit. atque illa dormienti crinem disiecit, atque in manus Palæstinarum tradidit. [Tum illi effossis oculis vincitum compedibus in carcere coniecerunt.] Sic cap. xvi. *Quem cum apprehendissent Philistinim, statim eruerunt oculos eius, & duxerunt Gazam vincitum cathenis, & clausum in carcere molere fecerunt.*

Sed spatium temporis accisus crinis crescere, & cum eis virtus redire occeperat.] Ibidem. Iamque capilli eius renasci. extremum verò virtutis facinus Samsonis aperit, quo mortem sibi parauit, vt Israelitas seruaret, verus Christi Saluatoris typus.

Erat Allophylis moris, cum festos dies agerent, Samson quasi in pōpam

Ea rempestate Samson Hebræis præerat.] Exprescit illa verba, quæ sequuntur. *Indicauit Israel in diebus Philistinim xx annis. cap. xvi.*

Vxorem eius.] Inde narrat, vt Palæstini viribus suis diffisi ad dolos se cōtulerint. Græca versio habet gynæca, quæ mulierem, & vxorem significat, at vulgata habet *mulierem*, vt fuerit potius amica, quàm vxor. Hæc Dalila, vt Græci scribunt, Dalila dicta est. Ea igitur corrupta à Palæstinis Samsonē rogauit, vt diceret, quibus tandem vinculis astrictus elabi non posset: ille primum, si septem neruis, secundo, sino uis funibus, tertio, si crinibus septem ad clauum alligaretur, se euadere non posse respondit. Quorum primum illa vanum experta ad

I pam

panem publicam producere.] Huius moris non meminit scriptura.
In ea die quodam cum publicum epulum in honorem idoli dedissent,
Samsfon exhiberi iubent.] Quippe conuenerunt principes Philistinorum
in unum, ut immolarent bestias magnificas Dagon Deo suo, &
epularentur. Letantesq; per conuiuia sumptis iam epulis præceperunt,
ut vocaretur Samsfon, & ante eos luderet. cap. xvi.
Productus Samsfon inter columnas statuitur.] Ibidem. Feceruntq;
stare inter columnas duas.

Ipsæ cum hostibus non inultus occubuit.] Quippe inquires. Mo-
uiatur anima mea cum Philistinim, columnas concussit, & domum de-
struxit, in qua erant tria millia Philistinorum. multoq; plures inter-
fecit moriens, quam ante uinus occiderat. Indicauitque Israel vigin-
ti annis.

Huic Simmichar succes-
fit.] In libro Iudicum non
inuenitur nomen Simmi-
char, sed Michas. ubi de Sam-
sone perorans scriptura, in-
quit. Indicauitque Israel v-
ginti annis. fuitque eo tempore
uir quidam de monte Esraim,
nominis Michas. & post. In
diebus illis non erat rex in Isra-
el, sed unusquisque quod rectum
sibi uidebatur, id faciebat.
Quæ uerba Micham Samlo-
ni successisse non indicant.
Sulpicius ergo recitat opi-
niones, vnam eorum, qui ip-
si Simmichar annum vnum
tribuerint. alteram eorum,
qui illum omnino silentio
præterierint, atque Samsoni
ipsum Heli subiecerint, quod
omnes fecerunt, in quorum
ego scripta incidi, vt Iose-
phus, Eusebius, S. Augusti-
nus, & alij.

Per

Huic Simmichar succes-
 fit, de quo nihil amplius scri-
 ptura prodidit. nam neque
 finem imperii eius reperi,
 & fuisse populum sine duce
 inuenio. Ideò cum aduer-
 sus Benjamin tribum civile
 bellum fuit, Judas tempora-
 rius dux belli assumptus est.
 Sed plerique qui de tempo-
 ribus scripserunt, annum
 vnum imperio eius annota-
 uerunt. Plerique ita eum
 præterierunt, vt post Sam-
 son Heli sacerdotem subiū-
 xerint: nos eam rem, vt pa-
 rum compertam, in medio
 relinquemus.

Per

Per hæc tempora civile,
 vt diximus, bellum exarfe-
 rat. Causa autem motus
 hæc fuit. Leuites quidam
 cum concubina iter faciēs,
 vrgente nocte compulsus in
 oppido Gabaa, quod ab
 Beniamitis incolebatur, se-
 cesserat. Cùm eum senex
 quidam hospitio benignè re-
 cepisset, iuuenes ex oppido
 hospitem circumfistunt, stu-
 pro eum subdere parantes.
 Multum à sene increpiti, æ-
 greque exhortati, vicario de-
 mum concubinae eius cor-
 pore in ludibrium accepto,
 aduenæ pepercerunt: illu-
 samque nocte tota, postero
 die reddiderunt. Sed illa,
 stupri iniuria, an verecun-
 dia, parum definitio, viso vi-
 ro animam efflauit. Tum
 Leuita in testimonium diri-
 facinoris membra eius in
 duodecim discissa partes,
 per duodecim tribus misit,
 quo promptius omnes facti
 inuidia commoueret. Quod
 ubi omnibus compertum;

vnde

Per hæc tempora ciuile
 le.] Sequitur interregnum;
 quo civile bellum gestum,
 quod vndecim tribus tribui
 Beniamin intulerit propter
 ius hospitii violatum. gestū
 autem est per eos dies, dum
 Israel erat sine regibus, id est
 sine summo magistratu, qui
 populum coerceret. quibus
 verbis status Aristotratæ de-
 scribitur. nam additur. *Et*
unusquisque faciebat, quod si-
bi rectum esse uidebatur.
 Causa verò belli fuit, quæ
 sequitur.

Leuites quidam cum con-
cubina iter faciēs.] Vir Le-
uites discessit Bethleem à so-
cero iā ad uesperascente die,
& cum Hierosolyma noluit
se inire, ad oppidū Gabaa,
quod à Beniamitis incoleba-
tur, accessit. & in forum pro-
gressus, cum à nemine oppi-
danorum reciperetur, à sene
quodam inquilino, qui & ip-
se, vt ille, erat ex monte Es-
fraim, domum est adductus,
& hospitaliter habitus. Hoc
cognito venerunt uiri ciui-
tatis filii Belial, id est absque
iugo, & circumstantes do-
num senis fores percutere
cœperunt, clamantes ad do-
minum domus, atque di-
centes. Educ viuum, qui in-
gressus est domum tuam, vt
abutamur eo. Tum senex

I 2 dixit

dixit ad eos. *Nolite facere malum hoc. Habeo filiam virginem, & hic homo habet concubinam. educam eas ad vos, ut humilietis eas, & vestram libidinem compleatis. tantum obsecro, ne scelus hoc contra naturam operemini in virum. nolabant acquiescere sermonibus illius. quod cernens homo educit ad eos concubinam suam, & eis tradidit illudam. quia cum tota nocte abrisi essent, dimiserunt eam mane, quae post contumelie impotens dolore est mortua. Leuites autem inembra eius ad xii tribus dimisit, atque eas ad tantum viciscendum scelus accendit. itaque bello suscepto Beniamitæ deleti sunt. Cap. xix. Ibi verò. [*multum a se ne increpuit, egregie exhortati.*] sine dubio legendum est, [*exorati.*] Increpuit enim eos senex, cum dixit. *Nolite facere malum hoc. exorauit, cum tradita illis concubina effecit, ut uiro parcerent. egregè autem exorauit. quia inquit scriptura. Nolebant acquiescere sermonibus eius.**

Sed illa stupri iniuria, an verecundia, viso viro, animam efflauit.] Ibi. At Mulier recedentibus tenebris venit ad ostium domus, ubi manebat dominus suus, & ibi corruit.

Tum Leuita in testimonium diri facinoris membra eius in xii discissa partes per duodecim tribus misit, quò promptius omnes facti iniuria commoueret.] Quippe arripuit gladium, & cadaver cum ossibus eius in duodecim partes, ac frustra concidens misit in omnes terminos Israel. Quod cum vidissent singuli conclamabant. nunquam res talis facta est in Israel ex ea die, quae ascenderunt patres nostri de Aegypto usque in praesens tempus. ferre sententiam, & in commune decernite, quid opus factò sit. Itaque conuenerunt omnes de Dan usq; Bersabee (hi enim erant fines terræ, quæ Hebræi possidebant) & conuenerunt in Maspha, & scelere comperto decreuere bellum contra tribum Beniamin, inde venere in domum Dei, id est in Silo, & duces belli Iedam legerunt, atque inde aduersus Gabaa castra mouerunt.

cap.

undecim reliquæ tribus aduersum Beniamin in bellum conspirant. Huic bello Iudas, vt diximus, dux fuit.

Sed duobus preliis malè pugnatum: tertio demum Beniamitæ victi, cæsiq; ad internecionem. Ita paucorum scelus publico exitio punitum. Hæc quoque Iudicum volumine continentur.

cap. xix. & xx. [*Duobus preliis male pugnatum.*] Primo prælio xxxi millia cecidere ex Israelitis, secundo xvi i millia, tertio Beniamitarum cæsa xxv millia, & centum vrbs capta, & incensa. omnes vrbes, & vici Beniamitarum combusti. cap. xix. Omitit inde Sulpicius, vt tribus Beniamin reparata sit ex Iabes, nam ceteri omnes Israelitæ iurauerant, se Beniamitis filias suas non collocaturos. illi verò, quia ad bellum non conuenerant, expertes sacramenti reperti reliquijs Beniamitarum cædunt filias suas desponderunt. Atq; hic est finis libri Iudicum. in cuius extremo repetitur. *In diebus illis non erat rex in Israel, sed unusquisque, quod rectè sibi videbatur, id faciebat.*

Regum libri sequentur: sed mihi annorum ordinè, & seriem temporum sequenti, parum continuata videtur historia. Nam cum post Samson Iudicem Semigar fuerit, paulloq; post historia consignet populum si ne iudicibus egisse, Heli etiã sacerdos libris regnorum fuisse referatur, sed cū quot anni inter Heli, & Samson fuerint, minimè scriptura prodiderit: video medijs quiddam fuisse temporis, quod laboret ambiguo. Ceterum à die mortis Iesu, vsq; in id tempus, quo Samson defunctus est, numerantur anni cccc, & xix. A mūdī autem exordio anni iiii.

ccc.

Regum libri sequentur, sed mihi annorum ordinè, Interferit questionem de temporibus. Ambigit enim quot anni intercesserint inter Samsonis exitum, & Heli pontificatum, ac iudicatum, quòd id scriptura non prodiderit, ac post Samsonem ter Israel sine regibus fuisse adiecerit. Cum autem Heli quadraginta annos iudicasse dicitur, primo Samuelis cap. iiii. intelligendum est, illos annos complecti, & interregnum ante Heli, & pontificatum eius. atq; ita Eusebius, & ceteri obseruant.

Ceterum à die mortis Iesu, usque in id tempus, quo Samson defunctus est, numerantur anni cccc, & xix.] Immo verò cccxxxix. vt colligitur ex ipsius supputatione omnium annorum hoc modo. Gothoniè an. 50. Adon an. 80.

I 3 Simi-

Simigar an. 1.
 Debora an. 40.
 Gedeon an. 40.
 Abimelech an. 3.
 Thola an. 22.
 Iair an. 22.
 Iepte an. 6.
 Ebeson an. 7.
 Ahialon an. 10.
 Abdon an. 8.
 Samson an. 20.

*A mundi autem exordio
 IIII CCCIII.]* Legendum est ex supra positis iupputationibus IIII CCXXIII.

Sed mihi conficius sum, me non incuriosè latentem annorum ordinem protulisse, donec in hæc tempora incidi, de quibus dubitare me fateor.] Hæc annorum quæstio à multis tractata auxit quoque rei difficultatem, dum vni quisque suas proferre cōiecturas voluit, & novos temporū calculos adhibere. vt qui plus curæ adhibuerint, minus lucis attulerint. obscuritatem attulit ipsa scriptura, quæ annos Iosue, Samgar, & Samuelis cum Saule omisit. Quod autem inquit, se latentem annorum ordinem nō incuriosè protulisse, confirmatur epistola S. Paulini ad ipsum nona. in qua hæc verba sunt. *Præterea inssisti, ut quæ te de annalibus non vnus gentis, sed generis humani fugerent, ego videlicet, quasi peritior edocerem.* Respondet quæ se in eare habitantem Rufinum presbyterum consuluisse, & addit. *Sed si ille has, quæ merito te permouent de annorum, siue regnorum non congruente calculo hians historie causas non ediderit, qui à scholasticis, & salutaribus litteris Græcè iuxta, ac Latine dines est, vereor ne apud alium in his regionibus frustra requiramus.*

HELI PONTIFEX IVDEX.

Igitur Hebræi sine iudice.] Hinc agere orditur de Heli pontifice, & Iudice, qui post interregnum Samsonem cepit.

ccc. & III. Quamquam ab hac supputatione nostra ceteros discordare, non nesciam. Sed mihi conficius sum, me non incuriosè latentem annorum ordinem protulisse, donec in hæc tempora incidi, de quibus dubitare me fateor: nunc reliqua exsequar.

Igitur, vt supra retuli, Hebræi sine iudice aut duce vltimo, proprio arbitrio agebantur,

tur. Heli sacerdos erat: sub hoc Samuel natus est. Huic pater Elchana, mater Anna. hæc diu sterilis, cum conceptum à Deo pereret, vniuisse traditur, si puer nasceretur, sacrandum Domino. Ita enixum puerum Heli sacerdoti tradidit. Mox cum adoleuisset, Dominus ad eū locutus est. Heli sacerdoti iram denuntiat, ob vitam filiorum, qui sacerdotium patris in quæstum verterant, munera à sacrificiis exigentes, quamquam plerumque eos pater increpasse referatur. Sed leuior obiurgatio non satisfecerat disciplina.

Dabo enim Deo omnibus diebus vitæ eius. & nouacula vni ascendet super caput eius. natus inde Heli pontifici educandū dedit. itaque Nazareus est appellatus. sic enim Deo consecratos vocabant. Hoc cap. 1. & 11 traditur libro primo Regum, qui Samuelis dicitur, & cum historia Iudicum continuatur.

Mox cum adoleuisset, Deus ad eum loquutus est.] Cap. III. primi Regum. *Puer Samuel ministrabat Domino coram Heli. Samuel dormiebat in templo Domini, ubi erat arca Dei, & vocauit Dominus Samuel.* Hoc est argumento, quanti Samuelem fecerit Deus, qui ministrum pontificis potius, quam pontificem, alloquutus sit.

Heli sacerdoti iram denuntiat ob vitam filiorum, qui sacerdotium patris in quæstum verterant, munera à sacrificiis exigentes,

cepit. Sacerdotem autem vocat, quæ Græci dicunt principē sacerdotū. septimus autē fuit Heli pontifex post Aaron. Quippe, teste Iosepho, primus fuerat Aaron, secundus Eleazarus, tertius Phinees, quartus Abisua, quintus Buquis, sextus Ozis, septimus Heli. Hic ergo Heli pontifex populo præfuit, ne mine ducatum, aut iudicatum post Samsonem exerceat. & propterea res sub eo gestæ subinde referuntur. inter quas illa insignis, arca Dei bello Palæstinorum amissa.

Sub hoc Samuel natus est. Huic pater Elchana.] Ortū inde, educationem, & incrementa Samuelis prophætæ sub Heli explicat scriptura, vt viri magni, & Deo accepti, & populum post Heli iudicaturi. Mater eius Anna sterilis vouit eum Deo, di-

gentes.] Peccatum inde filiorum Heli refert. Nam, ut scriptum est cap. 1. filij Heli Phinees, & Ophni nescientes Dominū, carnes sacrificiorum sibi dari, a priuatis offerentibus contra Dei mandata postulabant, & nisi dedissent, minabantur, se ui ablaturos. *Fuit ergo peccatum eorum grande nimis coram Domino, quia detrahebant homines sacrificio Domini. idem etiam dormiebant cum mulieribus, quae obseruabant ad ostium tabernaculi. reprehendit autem eos pater ipse Heli dicens. Si peccauerit uir in uirum, placari ei potest Deus. Si autem in Dominum peccauerit uir, quis orabit pro eo? Et non audierunt uocem patris sui. Inde Deus locutus est ad Samuel. Praedica Heli, quod iudicaturus essem domum eius in auesum propter iniquitatem eorum, quod non uenerat indigne agere filios suos, & non corripuerit eos. Idcirco iruati domui Heli, quod non expietur iniquitas eius uictimis, & numeribus usque in aeternum.*

Igitur Allophylis in Iudæam irruentibus obuianum.] Narrat inde, ut Deus filios Heli propter conceptū scelus uita exuerit in bello contra Palæstinos, cuius ipsi duces erant, patre propter cæcitatē domi manente, & ut in eo bello arca Domini in hostium potestatem ceciderit, & post mortem Heli ad Hebræos remissa sit. cap. 1111. Hebræi uerò à Palæstinis pugna uicti arcam Domini de Silo extulerūt, quasi præsentia Domini hostes in fugam eflēt acturi. Cum autem Heli pontifex arcam commitari pro officio deberet, quod captus oculis eflēt, filios misit Ophni, & Phinees, qui post in prælio ceciderunt. cap. 1111.

Sed ubi arca in conspectū ho-

Igitur Allophylis in Iudæam irruentibus, obuianum. Sed uicti Hebræi, parant aciem restituere arcam Domini secum in pugnam efferunt, & cum ea filij sacerdotis prodeunt: quia ipse annis grauior, luminibus obductis satisfacere officio nequiebat. Sed ubi arca in conspectum hostium deducta est, maiestate quadam præsentis Domini territi, fugam parabant. Assumptaq; rursus constantia, & non sine Domino mutatis animis, totis uiribus concurrunt, uicti Hebræi, arca ca-

pitur,

pitur, filij sacerdotis cadūt. Heli, delato ad se mali nuntio, consternatus, animam exspirauit, cum per annos xx. sacerdotium administrasset.

mutatis animis totis uiribus concurrunt.] Adhuc loquitur de Palæstinis, qui dixerunt inter se. *Confortamini, & estote uiri Philistijm, ne seruiatis Hebræis, sicut & illi seruiuerunt uobis, confortamini, & bellate.*

uicti Hebræi, arca capitur, filij sacerdotis cadunt.] Instaurato prælio ex Hebræis cecidere triginta millia peditum. Arca Dei in potestatem hostium uenit. Ophni, & Phinees perierunt. Ibidē.

Heli delato ad se mali nuntio exspirauit, cum per annos viginti sacerdotium administrasset.] Heli autem erat annos natus nonaginta octo, & aspectum amiserat: ut autem audiuit cladem Hebræorum cum nece filiorum, cecidit de sella retrorsum iuxta ostium, & fractis ceruicibus mortuus est. Eusebius scribit, Heli præfuisse annos viginti ex auctoritate septuaginta interpretū. at nunc in ea uersione, quæ LXX. interpretum dicitur, quadraginta scriptū est, non minus atque in Hebræa. Iosephus etiam XI. agnouit. scriptura uerò inquit iudicasse annos XI. non sacerdotium gestisse, ut Sulpicius.

Victores secundo prælio Allophylis, arcam Dei, quæ in potestatem uenerat, eorum oppido Azoto, in téplum Dagon intulerunt. Sed simulachrum dæmoni dicatum, ubi arca illata est, corruit. Cumque idolum loco restituisent, nocte in-

secuta

hostium deducta est, maiestate quadam præsentis Domini territi fugam parabant.] cap. 1v. *Timuerunt Philistijm dicentes. Venit Deus in castra, & ingemuerunt dicentes. Pæ nobis.*

Assumptaq; rursus constantia, & non sine Domino

mutatis animis totis uiribus concurrunt.] Adhuc loquitur de Palæstinis, qui dixerunt inter se. *Confortamini, & estote uiri Philistijm, ne seruiatis Hebræis, sicut & illi seruiuerunt uobis, confortamini, & bellate.*

uicti Hebræi, arca capitur, filij sacerdotis cadunt.] Instaurato prælio ex Hebræis cecidere triginta millia peditum. Arca Dei in potestatem hostium uenit. Ophni, & Phinees perierunt. Ibidē.

Heli delato ad se mali nuntio exspirauit, cum per annos viginti sacerdotium administrasset.] Heli autem erat annos natus nonaginta octo, & aspectum amiserat: ut autem audiuit cladem Hebræorum cum nece filiorum, cecidit de sella retrorsum iuxta ostium, & fractis ceruicibus mortuus est. Eusebius scribit, Heli præfuisse annos viginti ex auctoritate septuaginta interpretū. at nunc in ea uersione, quæ LXX. interpretum dicitur, quadraginta scriptū est, non minus atque in Hebræa. Iosephus etiam XI. agnouit. scriptura uerò inquit iudicasse annos XI. non sacerdotium gestisse, ut Sulpicius.

Victores secundo prælio Allophylis.] Miracula inde arcæ inter Palæstinos locatæ exponit. Quippe arca Dei ad hostes perlata plura miracula ad ostendendā præsentē Dei maiestatem edidit in eorum perniciem, apud quos mansit. ex quibus unū fuit, quod in templum Dagon oppidi Azotiorum illata, simulachrum eius spōte corruit, atque

atque

atque ab eis repositum in sequenti nocte est dissolutum. qua de re cap. v. ita scriptum. *Rursumq; mane die altera con- surgeutes inuenerunt Dagon in cœnem super faciem suam in terra coram arca Domini, cepit autem Dagon, & dux palma manusum eius abscisse erat super limen. porro Dagon solus truncus remanserat in loco suo.*

Inde mures per omnem regionem exorti noxijs mor- sibus multa hominum mil- lia letho dabant.] Alterum arcæ miraculum Azoti editum fuit, quod mures à Deo immisit plantas, & fruges consum- pserunt. Deus autem percussit homines in secretiore parte natiui. interpretatur autem Iosephus, eos perisse dysenteria. Quare non rectè Sulpicius homines murum moribus perisse scripsit. nam cap. v. ita est. *Et nati sunt mures, & facta est confusio moris magna in ciuitate. & post. Viri quoque, qui mortui non fuerant, per- cutiebantur in secretiore parte natiui.* vnde anos aureos obtulerunt.

Quo malo compulsi Azotij.] Tertium inde miraculum, quod arca ab Azotiis inde ad Gethæos translata iisdem malis eos affe- cit. Geth autem fuit vrbs Palæstinarum, vt Azotus.

Qui cum simili clade afficerentur, in oppidum Ascalonensium ar- cam transuenerunt.] Græca versio habet Ascalonem, latina Accaronem. est autem vtraque vrbs Palæstinarum. Sulpicius LXX sequutus est.

His verò aduocatis gen- tis.] Nunc quomodo arca ad Hebræos remissa sit, demon- stratur. Sic cap. v. *Cum venisset arca Dei in Accaron, excla- manerunt Accaronitæ dicen- tes, Adduxerunt ad nos arcã Dei*

secuta discerptum est. Inde mures per omnem regionem exorti, noxijs moribus multa hominum millia letho da- bant. Quo malo compulsi Azotij, ad declinandam calamitatem, arcam Dei ad Gethæos transtulerunt.

Qui cum simili clade affice- rentur, in oppidum Asca- lonensium arcam transfue- xerunt.

His verò, aduocatis gen- tis eius primoribus, confi- lium fuit, arcam Domini Hebræis reddere. Ita ex- sententia principum, augu- rumq;

rumq; & sacerdotum, im- posita vehiculo, multis cum muneribus remittitur. Illud mirabile, quod cum oneri boues feminas subiecissent, vitulosque earum domi retinissent, iter nullo duce in Iudæam pecudes direxerunt, non reuocante affectu fœ- tus relictæ. Cuius rei miraculo reguli Allophylorum vsque in fines Hebræorum arcam secuti, religiosum of- ficiū præstiterunt. Iudæi autem, vbi referri arc- viderunt, certatim ex opido Bethsamis cum gaudio ob- uiam ruere, festinare, exsul- tare, grates Domino refer- re. Mox Leuitæ, quorū hoc negotium erat, sacrificium Deo celebrant, bouesque eas, quæ arcam adduxerāt, immolant. Sed in opido, quod supra diximus, teneri arca non potuit. Itaq; pas- sim Dei nutu per totam vr- bem sæuitum. Arca in Cha- riathiarim opidum trāflata est, ibiq; per xx annos fuit.

Dei Israel, vt interficiat nos, & populum nostrum. miserunt itaque, & congregauerunt om- nes sarapas Philistinorum, qui dixerunt, Dimite arcam Dei Israel, & reuertatur in lo- cum suum, vt non interficiat nos cum populo nostro.

Ex sententia principum, augurum, & sacerdotum.] Cap. v. Latina versio. *Vocauerunt Philistinim sacerdo- tes, & divinos: Græca. Sa- cerdotes, vates, & incantato- res.* Ex horum ergo senten- tia arca ad Hebræos, ut re- mitteretur, decretum.

Illud mirabile quod.] In reducenda verò arca etiam miraculum editū est, quod vaccæ, quæ illi adducendæ destinatæ fuerant, spreto na- turæ amore relictis domi vi- tulis nullo ducente ad He- bræos recto itinere conten- derunt. quam rem mirati Pa- læstini arcæ officii gratia pro- sequuti sunt vsque ad fines Hebræorum, idest ad termi- nos Bethsamis, qui erat vi- cus tribus Iudæ, teste Iose- pho. cap. vi. Reg. lib. pr. Iu- dæos autem Sulpicius vocat Bethsamitas ex tribu Iuda. ad eos enim primum arca delata fuerat. illi concide- runt ligna plaustræ, in quo erat arca, & vaccas imposue- runt super ea holocaustum, idest

ideft præpararunt sacrificium, quod Leuitæ celebrarent.

Mox Leuitæ sacrificium Deo celebrant, & boues immolant.] At cap. v i. longè aliter. Leuitæ deposuerunt arcam Dei, & capsellâ, quæ erat iuxta eam, in qua erant uasa aurea, & posuerunt super ea lapidem grandem. uiri autem Bethsamitæ obtulerunt holocausta, & immolauerunt uictimas in die illa Domino.

Sed in oppido, quod supra diximus, teneri arca non potuit.] Deus enim percussit Bethsamitas eò, quòd uidissent arcam Domini, & retigissent, nempe septuaginta viros de populo, & quinquaginta millia de plebe. itaq; misere nuncios Cariathiarim oppidum uicinum, orantes, ut ad se arcam abducerent, quod cum fecissent, usque ad regnum Dauidis per annos viginti apud se habuerunt in domo Aminadab in Gabaa. cap. v i.

SAMUEL IVDEX.

Ea tempestate Samuel sacerdos Hebræis præerat.] Deinceps de Samuele Iudice agit, quem scriptura non appellat sacerdotè. is enim est pontifex, quem honorem ille non gessit, cum Heli auo successerit Achitob. inquit autem cap. v i i. Indicauit Samuel filios Israel in Massabat. itaque conuocatis eò Hebræis auctor fuit, ut preces, & ieiunium facerent, ac reiectis Idolis Deo uni seruirent. S. Hieronymus in Ioaninam contendit, Samuelem simplicem Leuitam fuisse.

Pax deinde Allophylorum irruptione turbata.] Inde bellum Pæstinatorum narrat duce Samuele Iudice bene ab Hebræis, fuis hostibus irrupentibus, gestum. cap. v i i.

Samuel cæsa prius hostia.] Eodem capite. Tulit Samuel agnoscens unum, & obtulit illum holocaustum integrum Domino, & clamauit

Ea tempestate Samuel sacerdos Hebræis præerat.] quietis à bello rebus populus in otio degebat. Pax deinde Allophylorū irruptione turbata, trepidantibus cunctis ob conscientiam peccati. Samuel, cæsa prius hostia, Domino fretus, suos in prælium deduxit: primoq; impetu fuis hostibus, victoria penes Hebræos stetit.

clamauit ad Dominum pro Israel, & exaudivit eum Dominus. Victis inde, fugatisq; Pæstinatorum omnis ager ab Accaronè usque ad Geth ademptus. liberatisq; Israel de manu eorum. & indicauit Israellem Samuel cunctis diebus uite sue.

RESP. AD REGES TRANSLATA.

Sed hostili metu remoto, secundis tranquillisque rebus, corruptis consilijs, more vulgi, cui præsentia fastidio, inueta desiderio sunt, regium nomen (cunctis fere liberis gentibus semper inuisum) populus desiderabat, planeque nõ sine exemplo amentiam præoptabat libertatem seruitio mutare. Igitur frequètes Samuelem circumstunt, ut, quia iam ipse senesceret, regem eis constitueret. At ille placide, salubri oratione ab insana uoluntate detorquere plebem, dominationem regiam & superba imperia exponere, libertatem extollere, seruitutem detestari: postremò, diuinam eis iram denuntiare; siquidè homines mente corrupti Deum Regem habentes, regem sibi ex homini-

bus

to.] Hoc tempore mutata est resp. Hebræorum, re à Iudicibus ad reges traditâ. Quippe Samuel uiribus iam propter ætatem effæctis statuerat filios suos Ioel, & Abia, qui pro se populum iudicarent, quibus iniqua iudicia facientibus, Hebræi Samuelem rogarunt, ut sibi regem daret. Miratur autem Sulpicius, Hebræos reges Iudicibus prætulisse, cum in rep. Iudicum libertatis esset species, in regia seruitutis, idq; naturæ vulgi noua semper optantis tribuit, quorum nihil est in scriptura. Quod dixit, [Regium nomen cunctis fere liberis gentibus semper inuisum,] ex Demosthene sumptum in Olynthiacis. liberi autè populi auerantur reges, quia liberi populi obediunt legibus, ideft rationi, qui uerò parent regi, obediunt uoluntati, ideft libidini unius ple-runque prauis. Quare amens est, qui regem libertati anteponit.

At ille placide salubri oratione

tenet

viuere detorqueere plebem, dominationem regiam, & superba imperia exponere, libertatem extollere, seruitutem detestari.] Plura dixisse ostendit Samuelem, quàm in scriptura reperiat. Sic enim tantum cap. VIII. *Displicuit sermo in oculis Samuelis eò quòd dixisset. Da nobis regem, ut iudicet nos. ac paulo post iussu Dei dixit. Hoc erit ius regis, qui imperaturus est vobis. filios vestros tollet, & ponet in curribus suis, facietq; sibi equites, & praecursores quadrigarum suarum. filias quoque vestras faciet sibi unguentarias, & focarias, & panificas. cum autem subiecit, [Postremo diuinam eis iram denunciare, siquidem homines mente corrupti Deum regem habentes, regem sibi ex hominibus flagitassent.] credo, uerba Dei expressit illa. Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super illos. Quæ verò sequuntur. [His, atque alijs istiusmodi frustra dictis, cum populus in sententia perseveraret, Dominum consulit, qui permotus vecordia vesane gentis nihil aduersum sese petentibus, negandum respondit.] sic expressa sunt, cap. VIII. Et orauit Samuel ad Dominum. Dixit autem Dominus ad Samuelem. Audi vocem populi in omnibus, quæ loquuntur tibi, non enim te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. Peruntamen contestare eos, & prædic ius regis, qui regnaturus est super eos. idq; fecit Samuel. & illi regem se velle dixerunt, qui iudicaret se, & in bellis dux esset, & pro se pugnaret. & Dominus dixit, ut audiret vocem eorum, & constitueret super eos regem.*

Igitur Saul sacerdotali prius à Samuele unguento perfusus rex constitutus est.] Hic est autem primus rex Iudæorum, Saul, Cis filius, ex tribu Benjamin diuina voluntate delectus, fuit autem ex oppido Gabaa. I. Regum. cap. 10.

For-

bus flagitarent. His atque alijs istiusmodi frustra dictis, cum populus in sententia perseveraret, Dominum consuluit, qui permotus vecordia insanæ gentis, nihil aduersum se petentibus negandum respondit.

Igitur Saul sacerdotali prius à Samuele unguento perfusus, rex constitutus est. Hic ex tribu Benjamin, Cis patre ortus, modestus animi, forma excellenti erat: vt meritò dignitas corporis dignitati regiæ conueniret.

Forma excellenti erat.] quippe altior fuit uniuerso populo ab humero & sursum. Et ait Samuel ad omnem populum. Certe videtis, quem elegit Dominus, quoniam non sit similis ei in populo. Cap. 10.

Sed principio regni huius aliquanta ab eo pars populi desciuerat, parere imperio abiuens, seque Ammonitis coniunxerat. Verùm hos Saul impigrè vtus est: vicique hostes, & venia Hebræis data. Tum Saul iterato à Samuele vnctus traditur.

Hebræorum seruitium intentantes vicisset, rursus à cuncto populo rex acclamatus est.

Inde, Allophylorum irruptione atrox bellum exortum: locū exercitui ad conueniendum Saul in Galgalis constituerat. Et cum per septem dies Samuelem opperitus esset, vt sacrificiū Domino fieret: tardante illo, cum populus dilabebatur, illicita præsumptione rex ad vicem sacerdotis holocaustū obtulit: multumq;

à Sa-

Sed principio regni.] Refert inde bella gesta à Saule, & primum contra Ammonitas Arabiae populos. Sulpicius autem scribit, Hebræorum partem à Saule defecisse ad Ammonitas, eamque à Saule vindicatam esse. quod non est in sacris libris. sic. n. cap. x. Et desceperunt enim, & non attulerunt ei munera. ille verò dissimulabat se audire. Cum autem Saul Ammonitas mouentes, ac parti Hebræorum

Inde Allophylorum.] Aliud bellum à Saule contra Palæstinos in fines irrumpentes bene gestum. in quo Saul rex peccauit, munere sacerdotis, nempe sacrificio, sibi alcito, quod munus regis uò erat. Deumq; in primis offendit. qui propterea regnū Dauidi destinauit, homini secundum cor suum. quæ res timorem exercitui attulit. cap. XII.

Multumq; a Samuele increpitus est.] Qui dixit. Strata egisti, nec custodisti mandata Dei Domini tui. [Sera pecca-

um penitētia fatebatur.] Cū dixit. Necessitate compulsus holocaustum obtulit. Sera autem fuit penitētia. quia iam Deus offensus regnum aliō transferre destinauerat.

Igitur ex peccato metus omnem exercitum peruasferat.] Conternationem animorum ingentem in Israelitis exponit, ex delicto regis, vicinitate hostium, & inopia gladiatorum. nam vsus eorum fuerat à Palæstinis superiore bello ademptus. Hæc autem idcirco à scriptura dicuntur, vt maior uirtus Dei elucescat, qui duobus folis Sauli, & Ionathæ gladium habentibus victoria dedit. Accedebat igitur, quòd neque armati Israelitæ erāt. Quia, vt inquit scriptura de scederat omnis Israel ad Philistim, vt exaceret unusquisq; vomerem suum, & ligonem, & securim, & sarciniam. retulisse itaque erant acies vomerum, & ligonum, tridentium, & securium usque ad stimulum corrigendum. cumq; venisset dies praelij non est inuentus ensis, & lancea in manus totius populi, qui erat cum Saule, & Ionatha, excepto Saule & Ionatha filio eius. cap. XIII.

Igitur Ionatha audaci cō filio, solo armigero suo comite.] Exercitus maximus demum

à Samuele increpitus, sera peccatum penitētia fatebatur. Igitur ex peccato regis metus omnem exercitum peruasferat. castra hostium haud longè sita præfens periculum ostendebāt: neque cuiquam exeundi in prælium animus, plures lacrymas & latebras petiuerant. Nam præter imbecillitatem animorum, qui alie num à se Dominum delicto regis arbitrabantur, in maxima ferramentorum inopia exercitus erat: adeò vt, præter Saul & Ionatham filium eius, nemo gladium aut lanceam habuisse tradatur. Nā Allophyli superiore bello victores vsus Hebræis ademerant, neq; cuiquam conficiendi teli bellici, aut rustici ferramenti potestas fuerat. Igitur Ionatha audaci consilio, solo armigero suo comite, castra hostium ingressus, viginti ferè ex hostibus interemptis, vniuersum exercitum terrore perculerat.

rat. Tum verò nutu Dei in fugam versi, non imperia exsequi, non ordines obseruare, omne præsidium in pedibus habere. Quod vbi Saul animaduertit, suis properè eductis, fugientes persecutus, victoria potitus est. Eo die rex edixisse traditur, ne quis, nisi confectis hostibus, cibum caperet. Sed Ionatha interdictionis eius inscius, fano reperto, tincto spiculo, mel degustauerat. Sed vbi regi ex Domini ira compertum est, morte affici filium iussit. Sed populi auxilio ab exitio vindicatus est.

in hostem conijci uellet, captus est Ionathas, vt interficeretur. quem populus obuictoriæ meritum liberauit. Ibidem.

Ea tempestate Samuel à Domino monitus, regem adiit, verbis Domini nunciatis, vt genti Amelech, quæ olim Hebræos ex Aegypto venientes trāsitu prohibuerat, bellum inferret: addito interdicto, ne quid ea

demum à duobus est fugatus, Ionatha, qui hostes terrore percudit, & Saule, qui eos percussos cum Hebræis ex latebris egressis deleuit. cap. XIV.

Accessit inde ad peccatū Saulis in Deum peccatum quoque Ionathæ filii. Nam in ipso persecutionis articulo edixit Saul, ne quis cibum caperet, antequam hostis profligatus esset. Ionathas autem filius eius edicti nescius ex fano oblato gustauit. qua re comperta Saul eum morte affici iussit, sed precibus populi illi supplicio est exemptus. cap. XIV.

Cum autem Saul Deum consulisset, Deus non respondit. Itaque Saul iratum sibi Deum suspicatus, peccatum populi indagauit, ac se, & Ionathan peccasse compe-
riit. & cum se, ac Ionathan

Ea tempestate Samuel.] Aliud bellum à Saule iussu Dei Amelechitis illatum, ac prosperè gestum, in quo ipse iterum aduersus Deum peccauit, præda contra iussum eius in suam domum uersa. ex quo Deus penitentiæ capus est, quòd à Saulem regem fecisset. cap. xv. Verba verò

K Domi-

Domini iubentis fuerunt .
*Hac dicit Dominus exercituum .
 Recensui, quaecumq; fecit Ama-
 lec Israel, quomodo resistit ei
 in via, cum ascenderet de Ae-
 gypto. nunc ergo vade, & per-
 cipe Amalec, & demolire uni-
 uersa eius, non parcas ei, &
 non concipiscas ex rebus eius
 aliquid, sed interfice à viro
 usque ad mulierem, & paru-
 lum, atque lactentem, bonem,
 & ovem, camelum, & asinum .
 cap. xv. Verum [Saul victus
 prædæ magnitudine, præcepti
 diuini immemor capta seruari,
 & ferri iubet.] Si quidem,
 vt ibi scriptum est, pepercit Saul, & populus Agag regi, & opimis
 gregibus ouium, & armentorum, & vestibus, & vniuersis, que
 pulchra erant, nec voluerunt disperdere ea .*

*Quo factò offensus Dominus dixit Samueli, se penitere, quòd
 Saulem regem fecisset. quòd ille regi retulit. Ibidem. Factum est
 verbum Domini ad Samuel, dicens. Penitere me, quòd constitu-
 vim Saulem regem. quia dereliquit me, & verba mea opere non comple-
 uit. Item. Samuel ad Saul. Scidit Dominus regnum Israel à rebo-
 die, & tradidit illud proximo tuo meliori te .*

Mox à Domino monitus
 Dauid.] Ab hoc loco in-
 cipit historia Davidis, qui
 regnum Saulis iussu Dei est
 excepturus . Hic filius Iesse
 fuit ex Bethleem, tribu Iu-
 da, optimus citharædus, pro-
 pheta, bellator, & rex cum
 progénie sua vsque ad tem-
 pora Christi . Sed, quod
 excellentius ad laudem fuit,
 eiusdem Christi, quod ad
 carnem

ex spolijs deuictorum concupisceret . Ita in fines hostium ductus exercitus, rex captus, gens subacta . Saul victus prædæ magnitudine, præcepti diuini immemor, capta seruari & ferri iubet . Quo factò offensus Dominus, Samuelem alloquitur : penitere se, quòd Saul regem constituerit . Dictum sacerdos regi refert .

Mox à Domino moni-
 tus, Dauid regali vnguento
 perlinat, paruū etiam num
 puerum, sub patre agētem,
 pastorem ouium, assuetum
 sapius cithara canere : ob
 quod postea à Saule assum-
 ptus, inter ministros regis
 habebatur .

carnem pertinet generis auctor . Siquidem huic dictum est, psalmo 131 . *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam .* Vnde Christus à S. Mattheo Davidis filius dicitur . Hic verò in regem iussu Dei ter vnctus est . primum verò hoc tempore . Si quidem Samuel iussu à Domino venit Bethleem, & vocauit patrem eius Iesai, siue Iesse, & filios eius sigillatim, ac reiectis maioribus natu minimum omnium, Dauid nomine, qui pascebat oues, accersitum oleo liniuit . & inde abiit . cap. xvi . Quoniam vero idem assuetus erat cithara canere, propterea non multò post assumptus est inter ministros regis, vt Saulem furentem cantus dulcedine permulceret . Sic enim ibidem scriptum est . *Spiritus Dei decretus est in Dauid, & recessit à Saul, & exagitabat eum spiritus nequam à Domino, dixeruntq; serui Saul ad eum . Ecce spiritus Dei malus exagitat te . Iubeat Dominus iuster, & serui tui, qui coram te sunt, querant hominem scientem psallere cithara, vt quando arripueris te spiritus Dei malus, psallat manus sua, & leuius feras .* Et Saul Dauidem ea præstantem ad se adduci iussit, atque armigerum suum fecit .

Qua tempestate, Allo-
 phylis atque Hebræis bello
 flagrantibus, cum ex aduer-
 so acies constitissent, Go-
 liath quidam ex Allophy-
 lis, vir miræ magnitudinis,
 & roboris, suorum ordines
 prætergressus, ferocib. ver-
 bis probra in hostes iaciēs,
 singularem pugnam ciebat .
 Tum rex magna præmia, &
 filiæ nuptias despondit, si
 quis prouocantis spolia re-
 tulisset . Sed nemo ex tanto
 agmine aggredi audebat .

Igitur

Qua tempestate Allo-
 phylis.] Nouū bellum nar-
 rat à Saule gestum cum Pa-
 læstinis, in quo Dauid tunda
 Goliath gigantem Geth-
 thæum interfecit, & Palæsti-
 nos in fugam dedit . cap.
 xvii, primi Regum . In-
 terferit autem prælium sin-
 gulare Davidis cum Go-
 lia . qui fuit ex Geth-
 Palæstinorū altitudinis sex
 cubitorum, & palmi . cap.
 xvii . *Ille verò Castris Pa-
 læstinorum egressus .*

Singularem pugnam cie-
 bat.] *Inquirens, eligit ex vo-
 bis virum, & descendat ad
 singulare certamen .*

Tum rex magna præ-
 mia

K 2

nia, & filia nuptias despondit, si quis prouocatis spolia rettulisset.] Sic enim pronunciatum est. *Virum, qui percussit eum, dabit rex diuitijs magnis, & filiam suam dabit ei, & domum eius faciet absq; tributo in Israel.* Ibidem.

Igitur Dauid etiam nupter pugnae se obtulit.] Nempe sic loquens: *Non condat cor cuiusquam in eo, ego seruus tuus vadam, & pugna bo aduersus Philistheum.*

Reiectisq; armis, quibus infirma aetas grauabatur.] Galea, & lorica, quas illi dederat rex. neque enim eorum habebat aliquem vsum, sed fundam cum quinque lapidibus, & virgam sumpsit, ijsq; rem confecit, ac Goliath lapide iacto in fronte percussum interemit. & gladio eius vsus caput ei amputauit, ac rettulit. cap. xvii.

Gladium postea in templum posuit.] Putauit Sulpicius, cum legit, Dauidem *posuisse arma gigantis in tabernaculo suo*, tabernaculum esse templum, & deceptus est, cum esset tentorium militare.

Sed è proelio reuersis.] Hinc incipit odium Saulis aduersus Dauidem, ex quo maxima pericula adijt. siquidem Dauid re bene gesta clarus in primis Ionathae Saulis filio carus fuit. & eo nomine donatus ab illo, nec ad paternum gregem redire permissus. Saul autem offensus est catu mulierum Hierusalem dicentium.

Igitur Dauid etiamnum puer, pugnae se obtulit: reiectisq; armis, quibus infirma aetas grauabatur, virga tantum & quinque lapidibus sumptis, in proelium profectus. primoq; ictu, misso funda lapide, Allophylum percussit, caput victi & spolia abstulit, gladium postea in templum posuit. Allophylus autem omnes in fugam versi, victoriam concessere.

Sed è proelio reuersis, multus circa Dauid fauor, inuidiam regis accenderat. Timens autem tam carum omnibus cum inuidia, & pernicie necare, sub specie honoris obiectare eum periculis statuit. Ac primum tribunum eum fecerat, vt

rem

rem bellicam curaret. Inde, cum ei filiam spondidisset, fidem fregit, eamq; alteri tradidit. Mox filia regis natu minor, Melchol nomine, amore Dauid flagrare occiperat. Igitur nuptiarum eius istiusmodi conditione proponit: si centum praepudia Dauid ex hostibus retulisset, regiam virginem matrimonio illius cessuram. Sperabat enim, iuuenem periculosa audentem, facile periturum. Sed longè aliter, ac ratus erat, euenit. Nam vt proposuerat, impigrè Dauid centum praepudia ex Allophylis retulit: atque ita regis filiam in matrimonium accepit. Crescebat in dies in eum regis odium, stimulante inuidia: quia bonos semper mali insectantur. Igitur ministris & Ionathae filio imperauit, vitae eius vt insidias pararent. Sed Ionathae carus acceptusq; iam inde à principio Dauid fuerat. Itaque rex

in-

tium. *Percussit Saul mille, & Dauid decem millia, non rectis ergo oculis aspiciebat Saul Dauid.* Quare, vt eum per speciem honoris necaret, periculis obiectando [*tribunum fecit*] idest Chiliarchum, siue mille militum praefectum.

Inde cum ei filiam spondidisset, fidem fregit, eamq; alteri tradidit.] Haec fuit filia maior nomine Merob. quam deinde Hadrieli Molathitae collocauit.

Mox filia regis natu minor, Melchol nomine amore Dauid flagrare occiperat.] Translatio lxx interpretum habet, Melchola more Dauidis flagrasse, ac Latina Dauidem amore illius captum fuisse. Hanc igitur pollicetur se daturum Dauidi, si centum praepudia ex hostibus Palaestinis rettulisset, sperans illum haec conantem ab hostibus interfectum iri. sed ille percussit ex Philistinum centum viros, & attulit eorum praepudia, & annumerauit ea regi, vt esset gener eius. cap. xviii.

Mandauit inde Saul Ionathae filio, & omnibus seruis suis, vt occiderent Dauid. quod Ionathas a mans Dauid ad eum detulit, &

K 3 vt ca-

vt caueret, admonnit. atq; his verbis patrē increpuit, *Ne pecces rex in seruum tuum Dauid; quia non peccauit tibi, & opera eius bona sunt tibi valde.* Quare Saul iurauit se non occisurum.

Non seruauit autem fidem datam Ionathae; sed cithara canentem Dauidem palam lancea appetiuit, quem icium Dauid uocauit [Spiritum erroris] vocat, quem scriptura spiritū Domini nialum. cap. x i x.

Exinde iam non occultè, sed palam ei necem parabat.] Cum misisset satellites in domum Dauid, qui eam custodirent, & mane interficerent; inde indicio uxoris euasit, nec se amplius Sauli commisit. cap. x i x.

[Ac primum fugiens.] Narrat deinceps fugam Dauidis Saulē metuentis. Venit primum ad Samuelem in Ramatha, & nunciavit ei omnia, quæ fecerat sibi Saul, & abierunt ipse, & Samuel, & morati sunt in Bethleem. inde venit in Nob. Achimelech pontifex inde ad Achis regem, & tanquam furiosus dimissus, item posuit Jordanem ad bitarum se con-

Gad propheta

increpitus à filio, cruentū imperium repressit. Sed non diu mali boni sunt. Nam cum spiritu erroris Saul affligeretur, eiq; Dauid assisteret, cithara laborantem delinens, lancea eum ferire conatus est, nisi ille lethalem icium prope-re declinasset. Exinde iam non occultè, sed palam ei necem parabat: nec ultra se Dauid regi credidit.

Ac primum fugiens, ad Samuelem se contulit: inde Achimelech, postremò ad regē Moab confugit. Mox per Gad prophetam monitus, in terram Iudæ regressus, vitæ periculum adiit. Ea tempestate Saul Abimelech sacerdotem interemit, quòd Dauid recepisset: & cum ex ministris regijs nemo in sacerdotem manus inferre auderet, Doeg Sy-

rus

rus cruentum ministerium executus est. Post id Dauid desertum petijt: illuc quoq; eum Saul persecutus est, sed inani opera eius exitum moliebatur, quem Dominus protegebatur. Erat in deserto spelunca, vasto recessu patens. In huius interiora Dauid se coniecerat. Saul nefciens, in primo speluncæ aditu reficiendi corporis gratia successerat: ibiq; somno captus requiescebat.

Quod ubi Dauid animaduertit, hortantibus cunctis, vt oportunitatē uteretur, abstinuit regis exitio: diplomem tamen eius abstulit. Mox egressus, tuto eminens loco à tergo regem allocutus est, sua in illum commemorans beneficia, vt saepe pro regno eius caput periculis obiectasset: vt quæ postremò, præsentī tempore à Domino sibi traditum, interimere noluisse. Ad hæc, culpam Saul fateri, veniam precari, lacrymas fundere,

eam minuit in terram Iudæ regressus periculum adiit.] Quia cum Saul Dauidem comparuisset in Iuda audisset, insidias in eum renouauit. cap. x x i i. Porro Saul Abimelech pontificem ad se accersciuit, obijciens, quòd aduersus se Dauidem iustitiam tasset. atque octoginta sacerdores, in primisq; ipsam principem eorum interfecit, & Nobæ ciuitatem sacerdotum extinxit, vsus opera Doeg Idumæi, cum ceteri facinus illud respueret. cap. x x i i. inde cum Dauid desertum Ziph petijisset, illuc quoque Saul persequutus est, verum in intercurrentibus Palæstinis inani incepto regredi coactus est: inde in desertum Engaddi fugientem, insectatus pariter à Palæstinis repulsus conatu irrito redijt. cap. x x i i i. Cum autem Saul ad desertum Engaddi venisset, Dauidem latitantem indagans speluncam ingressus est, vt ventrem purgaret, in quam Dauid se cum suis abdidit. tum verò Dauid clamorā chlamydis Sauli abscidit, manus autem ab illo, licet à suis incitatus, abstinuit. cap. x x i v. Sulpicius Saulē somnū cepisse inquit, quòd non est in scriptura.

K 4

Re-

Rescindi corporis gratia.] Hebræa lectio, purgandi. Græca, curandi.

Ibiq; somno captus requiscebat.] Neutra lectio somni mentionem facit.

Horantibus cunctis, ut opportunitate uteretur.] Dixerunt enim. Ecce dies, de qua loquutus est Dominus ad te. Ego tradam tibi inimicū tuū, ut facias ei, sicut placuerit in oculis tuis.

Diploidem tamen eius abstulit.] Græcus. Oram tamen diploidis ademit. Hebræus, præscidit oram chlamydis. cap. xxiv.

Mox egressus tūto eminus in loco à tergo regem allocutus est, sua in illius commemorans beneficia.] Hoc sic expressū cap. xxiii. Porro Saul exurgens de spelunca pergebat capto itinere. Surrexit autem David post eum. Et egressus de spelunca clamavit post tergū Saul dicens, Quare audis verba hominum loquentium, David que rit malum aduersus te? Ecce hodie viderunt oculi tui, quod tradiderit te Dominus in manus mea in spelunca. Et cogitavi, ut occiderem te. sed peperci tibi oculus meus. Quin potius pater mi vide. Et cognosce oram chlamydis tue in manus mea, quoniam cum præscinderem sum mitrem chlamydis tue, nolui extendere manum meam in te.

Ut sepe pro regno eius capui periculis obiectasset.] Hoc de suo attulit Sulpicius.

Ad hæc civitatem Saul fatæri, veniam precari, lachrymas fundere, pietatem David extollere, malitiam suam incusare, regem eum, & filium appellans.] Verba fuerunt hæc. *Insuper tu es, quam ego. tu enim*

re, pietatem David extollere, malitiam suam incusare, regem eum & filium appellans. Tantum ex feroci illo animo mutatum: crederes nihil vitra aduersum generum ausurum. Sed David qui penitius ingenium mali spectatum haberet, & cognitum, nihil regi credendum ratus, intra eremum se continebat. Saul vecors animi, quia comprehendendi generum potestas non erat, filiam suam Melchol David, ut supra retulimus, nuptam, Falzim cuidam in matrimonio dedit. David ad Allophylos confugit. Ea tempestate Samuel diem functus est.

enim tribuisti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala. Et nunc, quia video, quod certissime regnaturus sis, iura mihi in Domino, ne delectas semen meum post me.

Tantum ex feroci illo animo mutatum.] Hoc est Sulpicij monentis, Saul em falso in gratiam cum Davide rediisse. ac postea novus infidias genero retendisse.

Sed David, qui penitus ingenium mali suspectum haberet, & cognitum, nihil regi credendum ratus intra eremum se continebat.] Abiit David in desertum Pharan. cap. xxv.

Falzim.] Hebræa lectio Faliz, Græca Falzil, quam sequi solet Sulpicius. & propterea Falzil reponendum putarim.

David ad Allophylos confugit.] Scilicet timens, ne caperetur in deserto à Saul, concessit ad Achis regem Geth, & ab eo Sicleg oppidum obtinuit, atque inde prædatum in fines Samuelis irrupit. cap. xxvii.

Ea tempestate Samuel diem functus est.] Quem uniuersus luxit Israel. Mors Samuelis tractatur cap. xxv. secūdi Regum, & cap. x. primi Paralipomenon. Ab hoc autem loco vtriusq; opus & Regum, & Paralipomenon coniunctim ad hanc concinnandā historiam erit aduocandum.

Saul Allophyllis bellum inferentibus, Dominum cōfulit, nullumque est ei responsum redditum. Tum per mulierem, cuius viscera spiritus erroris impleuerat, Samuelem euocatum cōfulit. Dictum ei ab eo est, postero illum die cum filio victum ab Allophyllis, in prælio casurum. Igitur Allophyli castris in hostili solo positus, postero die aciem

impleverat.] Expressit uocē, quæ est in Græcâ ratione, engaltrimythoni. in uentre loquentē. nā Hebræa lectio habet, *mulierē Pythonem habentē, siue Pythonissam*. Hæc aut mulier pythoniæ habens iussu Saulis arte sua Samuelē mortuum euocauit, id est suscitauit, quem Saul consulit. Quare dixit Samuel. *Quare inquietasti me, ut suscitarem? Ibidem.*

Postero illam die cum filio uictum ab Allophylis in prælio castris.] Quippe dixit. *Dabit Dominus Israel tecum in manus Philistim, cras autem tu, & filij tui mecum eritis. sed & castra Israel tradet Dominus in manus Philistim.*

Igitur Allophylis castris in hostili solo positis.] Palestini castrametati in Aphaec, antequam manum confererent, David, qui regis Achis subsidio erat, tanquam suspectæ fidei, ut Hebræum, e castris emisit, dicens, *Non descendat nobiscum in prælium, ne fiat nobis aduersarius, cum præliari ceperimus. quomodo enim aliter poterit placare dominum suum (Saulē) nisi in capitiis castris. Ibidem.*

Sed conferto prælio Hebræi fusi, filij regis cadunt.] Commisso prælio, Hebræi maximam cladem accipiunt, nam filij regis pereunt, Ionathas, Aminadab, & Melchisua, & Saul à sagittarijs stultitatis mandauit armigero suo, ut se percuteret, quod illo facere abnuente, ipse gladio intubuit, & armiger eius super eum. cap. xxxi. Quod autem addit Sulpicius, *[Saulē ex equo depulsum,]* non est in scriptura.

De ætate imperij eius parum certa comperio.] Quoniam in libris Regum eorum mentio non fit annorum, quibus Saul regnauit, propterea ea res maximam temporibus Hebræorum caliginē intulit. S. Paulus

instruunt; David tamen ex castris remisso: quia parum crediderant sibi illum, aduersum suos, fidum fore.

Sed conferto prælio, Hebræi fusi, filij regis cadunt: Saul equo delapsus, ne uiuus in potestatem hostium ueniret, gladio suo incubuit.

Ibidem.

Postero illam die cum filio uictum ab Allophylis in prælio castris.] Quippe dixit. *Dabit Dominus Israel tecum in manus Philistim, cras autem tu, & filij tui mecum eritis. sed & castra Israel tradet Dominus in manus Philistim.*

Igitur Allophylis castris in hostili solo positis.] Palestini castrametati in Aphaec, antequam manum confererent, David, qui regis Achis subsidio erat, tanquam suspectæ fidei, ut Hebræum, e castris emisit, dicens, *Non descendat nobiscum in prælium, ne fiat nobis aduersarius, cum præliari ceperimus. quomodo enim aliter poterit placare dominum suum (Saulē) nisi in capitiis castris. Ibidem.*

Sed conferto prælio Hebræi fusi, filij regis cadunt.] Commisso prælio, Hebræi maximam cladem accipiunt, nam filij regis pereunt, Ionathas, Aminadab, & Melchisua, & Saul à sagittarijs stultitatis mandauit armigero suo, ut se percuteret, quod illo facere abnuente, ipse gladio intubuit, & armiger eius super eum. cap. xxxi. Quod autem addit Sulpicius, *[Saulē ex equo depulsum,]* non est in scriptura.

De ætate imperij eius parum certa comperimus, nisi quod in actibus Apostolorum xl. annos regnasse dictus est. Quamquam ego arbitror, tum à Paulo, cuius

ius illa prædicatio refertur, etiam Samuelis annos sub regis istius ætate numeratos. Plerique tamen qui de temporibus scripserunt, xxx. eum annos regnasse annotauerunt: cui opinioni nequam accedimus. nam ea tempestate, qua Domini arca in Cariathiarim opidum translata est, necdum regnare Saul cœperat: refertur autem, per David regem ex illo opido arcam sublatam, cum per xx. annos ibi confisset. Ergo, cum intra id tempus Saul regnauerit, atque decesserit, paruo admodum spatio tenuit imperiū, Eadem nobis de temporibus Samuelis caligo, ut qui cum Heli sacerdote natus, admodum senex sacerdotio functus referatur. A nonnullis tamen qui de temporibus scripsere, (quia verè nihil de eius annis sacra historia signauit) lxx. annis præfuisse populo refertur. Sed unde hæc auctoritas fuerit assumpta,

ius in Actibus cap. xiii. Sauli quadraginta annos adscripsit, inquietus; *Deus Israelitis dedit Iudices usque ad Samuelem prophetam. Exinde postularunt regem, & dedit eis Saul filium Cis, uirum de tribu Beniamin, annis quadraginta.* Putat autem Sulpicius eo numero contineri quos, quibus ante Saulem Samuel pro iudice remp. rexit, quæ est opinio Eusebii, & reliquorum; ut S. Augustinus lib. xxi. de Ciuitate Dei: *Reprobato Saule, atque defuncto, David successit in regnum post annos à Saulis imperio quadraginta.* Refellit autem eorum opinionem, qui annos decem Samueli, triginta Sauli adiunxerunt, uens hoc argumento, Arca Domini in Cariathiarim translata est, non dum regnante Saule, atque ibi inde per xx annos confisit, inde à Davide rege ex eo loco submota est. Quare si intra eos viginti annos Saul regnare cœpit, & desijt, non triginta, sed multo pauciores annos regnauit. Pariter obscuros esse annos principatus Samuelis arbitrat. de quibus sacra ite litteræ nihil loquuntur. refutat autem eos primum, qui eum lxx annis præfuisse

fe populo dixerint . quòd sine auctoritate loquuti sint, deinde opinionè suã Chronicis Eusebij congruentem infert , Samuelem , & Saulem , indisereto tẽpore præfuisse annis , ut supra dixit , quadraginta .

DAVID REX CONTRA ISBAAL
R E G E M .

Saul perempto Dauid .] Hęc est quarta ætas , de qua sic S. Augustinus . *Inde fit mare regnum Dauid . Hęc ætas similis inuenturi est . Et re uera inter omnes ætates regnat iuuentus , & ipsa est firmamentum , & ornamentum omnium ætatum . & ideo bene comparatur quarto diui , quo facta sunt sidera in firmamento celi . Hunc quasi uespera est in peccatis regum , quibus illa gens meruit captiuari , & seruire .* Cõinet autem tempora regum , & res gestas , ac calamitates eorum . quorum primus est Dauid , qui primò aduersarium habuit Isbaal filium Saulis regem , deinde solus regnauit . *Dauid in opido Siceleg ab Achis rege ei tradito nunciũ mortis Saulis accepit*

pta , non reperi . Nos in tanta erroris copia , Chronicorum annotationem secuti , quia eam ex Apostolorum actibus (sicut superius memorauimus) profectam arbitramur , Samuelem & Saulem XL annos principatum egisse , referimus .

Saul perempto Dauid , in terra Allophylorum perlatto ad se mortis eius nuntiõ , miro pietatis exemplo fleuisse traditur . Tum Chebron , Iudææ opidum petiit . Ibi rursus regali unguento illitus , rex appellatus est . Sed Abner , qui magister militiæ Saul regis fuerat , spreto Dauid , Isbaal regis sui filium regem constituit . Crebris deinde preliis inter duces regum cõcursum : pulsus Abner sapius : fratrem tamen Ioab , qui ex parte Dauid exercitui præerat , fugiens peremit . Quo dolore

postea

postea Ioab , cum se Abner Dauid regi dedisset , iugulari eum præcepit , non sine dolore regis , cuius fidem cruentauerat . Per idem tempus omnes ferè natu maiores Hebræorum publico cõsensu regnum ei totius gentis derulerunt . nam per septem annos in Chebron tantum regnauerat . Ita tertio rex ungitur , annorum circiter xxx . Allophylus in regnum irruentes , secũdis prælijs repulit .

autem domus Iuda sequuta est Dauid regem , quia eodem tempore Abner princeps exercitus Saulis ad regnum euexit Isbaal filiũ Saulis . atque ille duos annos super uniuersum Israel imperium tenuit . Dauid autem in Hebron regnum tenuit in tribum Iudæ annos septem , & sex menses . cap. I . & II . secundi Regum . Hęc est autem secunda unctio Dauidis in regem . Hebron porrò à Græcis expressa aspiratione dicitur Chebron , oppidum , in quo olim habitauit Abraham , Isaac , & Iacob . Isbaal dicitur ab Hebræis lib. I . Paralipom. cap. VII I . Isboseth II . Regum , cap. III I .

Magister militiæ .] dicitur more Romano à Sulpicio , qui à Græca tralatione , primarius dux . nam latina tralatio , principem exercitus uocat .

Crebris inde præliis inter duces regum concursus .] Duces autem erant à parte Dauid Ioab , à parte Isbaalis Abner . narrat inde mirabile factum , inquit Abner fugiens peremit Asael fratrem Ioab se infrequentem . nam uersa hasta percussit eum in inguine , & mortuus est . post autem cum Abner relicto Isbaal se Dauidi tradidisset , Ioab illum in Hebron dolore occisi fratris uictus iugulauit

NON

accepit a uiro Amalecite , qui se illum gladio incumbentem , sed adhuc spirantem iussu eius confecisse narrabat . quare audita apprehendens Dauid uerimenta sua scidit , omnesq; uiri , qui cum eo erant , & planxerunt , & fleuerunt , & ieiunauerunt usque ad uesperam . & Dauid iussit eum interfici , qui Saulem inuenerat , & planxit planctum super Saul , qui incipit . Considera Israel pro ijs , qui mortui sunt .

Post necem autem Saulis Dauid consuluit Deum , atque iussu eius Hebron oppidum tribus Iudæ uenit . Veneruntque uiri Iuda , & unxerunt ibi Dauid , ut regnaret super domum Iuda . Sola

non sine molestia Dauidis, in cuius ille fidem confugiens oppressus fuerat. cap. 11. Inde additur cap. 111. *Facta est longa concertatio inter domum Dauid, & inter domum Saulis. Dauid proficiens, & semper se ipso robustior, domus autem Saul decrescens quotidie. Quod ait.*

Inulari eum precipit.] Scriptura habet: *ingulauit.* Sic enim cap. 111. *Cumq; redisset Abner in Hebron, seorsum adduxit eum Ioab ad medium porte, ut loqueretur ei in dolo, & percussit illum ibi in inguine, & mortuus est in ulsionem sanguinis Asael fratris sui.*

Non sine dolore regis, cuius fidem crismauerat.] Sic enim dixit Dauid. *Mundus ego sum, & regnum meum apud Deum usq; in sempiternum a sanguine Abner filij Ner, & ueniat super caput Ioab, & super omnem domum patris eius. Dixit autem ad Ioab, & ad omnem populum, qui erat cum eo, Scindite vestimenta uestra, & accingimini sacco, & plangite ante exequias Abner.*

DAUID REX SOLVS.

Per idem tempus omnes fere.] Narrat deinceps, quas res gesserit Dauid post a Ierusalem Isbaal interfectum, tum cum solus regnare cepit. Interim Isbaal dolo à quibusdam interfectus est, & caput ad Dauid in Hebron relatum, quod omisit Sulpicius. Tum verò uniuersæ tribus, & post seniores Israel uenerunt ad Dauid in Hebron, unxeruntque eum in regem super Israel. cap. v. Ter autem, ut dixi, unctus est Dauid, primum per Samuelem cum paceret oues, ite, um post necem Saulis, tertium nunc post necem Isbaalis.

Non per septem annos in Chebron tantum regnauerat.] Quod ad annos regni Dauidis pertinet, nihil explicatus est. Sic enim scriptum est cap. v. vnde sumpsit Sulpicius. *Filius triginta annorum erat Dauid, cum regnare cepisset, & quadraginta annis regnauit. In Hebron regnauit super Iudam septem annis, & sex mensibus, in Hierusalem autem regnauit triginta tribus annis super omnem Israel, & Iudam.*

Adophylos in regnum irruentes secundis prælijs repulit.] Hinc incipiunt res magna regis Dauid, qui omnes Hebræos virtute, & gloria superauit. Primum opus Dauidis à Sulpicio omisium fuit, quòd statim à regno suscepto Iebusænam pepulit ex Hierusalem, & quòd arcem Sion occupauit, ibique habitauit, atque illam ciuitatem

uitatem Dauid appellauit. & ut domum Cedrinam ibi sibi ædificauerit. Secundum fuit, quòd profectos in se Palestinos Dei ope fugauit. cap. v. Ab hoc tempore Hierusalem regni metropolis facta, iam pridem à Deo sibi sedes electa.

Ea tempestate arcæ Domini, quæ in Chariathiarim opido, vt supra retulimus, erat, in Sion transtulit. Cumque ædificare Domino templum in animo haberet, diuinum ei responsum redditum, semini illius id re feruari.

Ea tempestate arcem Domini.] Tertium opus Dauidis. Arcam Domini, quæ per xx annos fuerat in Chariathiarim i domo Aminadab, ipse in Sion cum plausu retulit. & imposuit eam in loco suo in medio tabernaculi, quod tetenderat ei. cap. vi. secundi Regum.

Cumq; ædificare templum.] Quartum opus Dauidis. Cum ocium ab inimicis haberet, dixit ad Nathan prophetam.

Vides ne, quòd ego habitem in domo Cedrina, & arca Dei posita sit in medio pellium? Dixitq; Nathan ad regem, omne quod est in corde tuo, uade fac, quia Dominus tecum est. Responsum autem Dei fuit. Cum completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, stasitabo sensen tuum post te, quod egredietur de uero tuo, & firmabo regnum eius, ipse ædificabit domum nomini meo. & stabiliam thronum regni eius usque in sempiternum. ego ero illi in patrem, ipse erit mihi in filium. Quæ uerba historicè de Salomone dicuntur, mysticè verò de Christo, teste S. Paulo in 1. ad Hebræos.

Bello deinde Allophylos domuit. Moabitas subiugauit, Syriam subegit, stipendiumque ei imposuit. Auremque ex præda immensum modum retulit.

Bello deinde Allophylos domuit.] Quintum opus Dauidis multa bella bene gesta conuenit, quæ breuiter etiam prodita sunt cap. viii. *Humiliauit Philisteos, percussit Moab, percussit de Syria xxii millia uirorum, & posuit præsidium in Syria. Dama sci. facta, est Syria Dauidi seruiens sub tributo. & uulsi arma aurea, & res*

*Et as multum, & detulit in Hierisalem. & posuit in Idumæa custo-
des. & facta est uniuersa Idumæa seruiens Dauidi. cap. viii.*

Bellum deinde.] Sextum opus fuit bellum Ammonitarum hac de causa commotum. Mortuo Naas rege Ammonitarum, qui amicus Dauidis fuerat, misit Dauid legatos ad Ammon filium eius, qui consolaretur eum. ille eos exploratum uenisse ratus, barbam eis præcidit, & vestes usque ad nates succidit, atque ita dimisit. Eam rem Dauid iniquo animo tulit, ac propterea arma in eos parauit. qua re cognita Ammonitæ Syros stipendio cōdixerunt. Dauid misit ad bellum Ioab ducem exercitus. ipse domi remansit. ex quo occasio facinoris patrædi oblata est, quod sequitur. Prof. Chanun] iuraque uersio habet *Hannon*.

Qua tempestate Bersabé quandam miræ feminā pulchritudinis stupro comperitam habuit.] Interfecit in signe Dauidis non minus penitentia, quam intemperantia inter homines documentum. Intemperantia illa fuit.

Surrexit, inquit scriptura, Dauid de stratu suo post meridiem, & ambulauit in solarium domus regie, uiditq; mulierem se lauantem ex aduerso super solarium suum. erat autem mulier pulchra ualde. misit ergo rex, & exquisiuit, que esset mulier, nunciaturumq; ei, quod ipsa esset Bersabæ uxor Uriæ Hethei, missis itaque Dauid nuncijs tulit eam, que

Bellū deinde aduersum Ammonitas ex iniuria Chanaan regis eorum exortum. Syris denuò rebellantibus, qui cum Ammonitis in bellum coniurauerant, Dauid summam rerum Ioab principi militiae permiserat: ipse à bello remotus, intra Hierusalem commorabatur. Qua tempestate Bersabem quandam, miræ feminam pulchritudinis, stupro comperitam habuit. Hæc uiri cuiusdam vxor, qui tum in castris erat, fuisse traditur. Hunc Dauid iniquo pugnae loco obiectum hostibus, interficiendum curauit. Ita mulierem in matrimonio uiduam, sed iam ex stupro gravidam, numero vxorum aggregauit.

que cum ingressa esset ad illum, dormiuit cum ea. statimq; sanctificata est ab immunditia sua. & reuersa est domum concepto facta. Dauid uerem accersiuit Uriam ex castris. & Urias cum uxore non dormiuit. Quare Dauid eum ad exercitum remisit, mandans Ioab, ut illum periculis obiectaret. atque ita ibi in prælio prægnans occubuit. Dauid autem uxorem eius Bersabæem sibi matrimonio copulauit. cap. xi. secundi Regum.

Interficiendum curauit.] Scriptis litteris ad Ioab ducem in hæc uerba. *Posite Uriam ex aduerso belli, ubi fortissimum est prælium, & derelinquite eum, ut percussus inereat.*

Tum per Nathan prophetā grauitè increpitus, licet agnito errore, castigationem Domini nō effugit. Namq; filium ex furtiuo illo concubitu editum, paucos post dies amisit: multaque in domum familiamq; eius execranda acciderūt. Ad extremum Absalon filius eius arma impia aduersus patrem sustulit, regno eum depellere cupiens. Aduersus hunc Ioab acie confixit: admonitus à rege, ut victo parceret. Sed ille spreto imperio, parricidiales cōnatus ferro ultus est. Flebilis ea victoria fuisse regi traditur: Tāta in eo pietas erat, ut etiam parricidæ filio ignosci uoluerit.

Tum per Nathan prophetam grauitè increpitus.] Deinceps exponit calamitates à Deo Dauidi illatas propter adulterium. Primum Deus per Nathan prophetam Dauid increpuit his uerbis. *Hæc dicit Dominus Deus Israel. Ego unxi te in regem super Israel, & erui te de manu Saul, & dedi tibi domum domini tui in sinu tuo, dediq; tibi domum Israel, & Iuda, & si parua sunt ista, adiciam tibi multo maiora. Quare ergo contempsisti uerbum Domini, ut faceres malū in cōspectu meo? Uriam Hethæum percussisti gladio, & uxorem illius accepisti in uxorem tibi, & interfecisti eum gladio filiorum Ammon. Quamobrem non recedat gladius de domo tua usq; in sempiternum, eò quod despexeris me. Dixit Dauid ad Nathan. Peccauit Domino. Dixit Nathan ad Dauid. Dominus quoque transiuit peccatum tuum.*

non morieris. Verum quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini propter verbum hoc, filius, qui natus est tibi, morte morietur. & post. Percussit quoque Dominus paruulum, quem pepererat uxor Vrie Dauid, & desperatus est, deprecatusq; est Dominum pro paruulo, & ieiunauit, & ingressus seorsum iacuit super terram. & die septima mortuus est infans. cap. xli. Alterum malum Dauidi illatum, quod Ammon Dauidis primogenitus sororem fratris sui Absalonis, & Dauidis filiam stupro sibi subdidit, atque eum Absalon ad vindicandam fororis iniuriam interfecit, & tribus annis in Gessur exulauit. inde reuocatus rogatu Ioab duobus annis conspectu patris caruit, demum admissus pacem impetrauit. cap. xlii. Aliud malum fuit bellum ab Absalone aduersum patrem commotum, vt cum regni fastigio deturbaret. Ea res sic perfecta est. Absalon sollicitatis Israelitis, qui in ius veniebant ad patrem, dixit, se ire velle in Hebron ad soluenda vota, quae fecerat, vt patris gratiam recuperaret, & permittente Dauid abiit. atque ibi regnum contra patrem, Israelitis ad eum confluentibus, occupauit. Quare audita Dauid fugit vrbe Hierusalem, relictis decem concubinis, & Absalon ingressus est Hierusalem. contra quem armatum Dauid misit Ioab cum suis, inquietus, *Serua mihi pacem Absalon.* Proelio vero commisso accidit, vt Absalon occurreret exercitui Dauid veclus mulo, & cum subijisset quercum, adhaesit caput eius quercui. & illo suspensio inter caelum, & terram, mulus, cui insederat, pertransiuit. Quod vbi Ioab comperit, accurrens lanceas tres in cor eius infixit. armigeri vero eius confecerunt. cap. xliii. atque hoc est, quod Sulpicius dixit. [Sed ille spreto imperio parricidiales conatus ferro ultus est.]

Elebilis ea victoria fuisse regi traditur. Nam Dauid contristatus ascendit canaculum portae, & fleuit, & sic loquebatur, uadens, fili mi Absalon, Absalon fili mi, quis mihi tribuat, ut ego moriar pro te Absalon fili mi, fili mi Absalon? Ibidem.

Vix hoc bellum. Aliud bellum suscitauit Seba, inquietus, Non est nobis pars in Dauid, neque hereditas in filio Isai, reuertere in tabernaculum tuum Israel. Et separatus est omnis Israel a Dauid, sequitur

Vix hoc bellum extinguitum videbatur: aliud rursum exortum, Sabæa quodam duce, qui pessimum quemque ad arma incitauerat.

Sed

Sed properè motus omnis morte ducis repressus.

quintusq; est Seba filii Bochri. viri autem Iudæ aduerserunt regi suo a Iordane usque Hierusalem. Iussu Dauidis Ioab obsedit oppidum Abelac, cumq; oppidani caput Sabæ, quod unum petebatur, ad eum tulissent, ab obsidione recessit. cap. xx. Qui verò Sebas in Hebræa lectione dicitur, in Græca Sabæe vocatur, quam sequitur Sulpicius. Apud quem legendum videtur. [Cum aliud.]

Crebra deinde aduersus Allophylos David proelia secundo euentu habuit: cunctisque bello domitis, & tamen exteris quam domesticis motibus compressis, florentissimum regnum in pace habebat.

Tum eum subita cupido incescit, ad metiendas imperii vires populum censere. Ita à Ioab militiæ magistro decies centena & trecenta ciuium millia dinumerata. Huius eum facti mox piguit, pænituítque, veniam à Domino petens, cur in id animos extulisset, vt regni sui potentiam ex suorum potentius multitudine, quam ex fauore

Crebra deinde aduersus Allophylos proelia secundo euentu habuit. Quattuor inde bella contra Palæstinos à Dauide gesta tradit scriptura, vnum irrumpentibus Palæstinis in Israel, secundum, & tertium in Geth contra eosdem, & quartum in Geth. atque omnibus in locis bene pugnatum à Dauide. cap. xxxi.

Tum eum subita cupido incescit ad metiendas imperii vires populum censere. Sequitur opus pacis, sed Deo inuisum, censo populi, qua censâ sunt decies centena, & trecenta ciuium millia. Dixit autem ad Ioab principem exercitus sui. Perambula omnes tribus Israel à Dan usque Bersabee, & numerate populum, vt sciam numerum eius. Dedit inde Ioab numerum descriptionis populi regi, & inuenta sunt de Israel octingenta millia viro-

rum fortium, & de Iuda quin-
genta millia pugnatorum, cap.
xxi i i i, secundi Regum.

Huius mox facti piguit,
penituitque.] Sic n. dixit.
*Peccavi valde in hoc facto,
sed precor Domine, ut transfe-
ras iniquitatem serui tui, quia
stulte egi nimis. [Veniā pe-
tens, cur.] pro, veniam, quod.*

Itaque missus ad eum an-
gelus.] Deus statim pecca-
tum pœna debita vindicauit.
Nam per angelum optionē
Dauidi dedit, vt ex tribus
malis vnum eligeret, famem
trium annorum, fugam triū
mensium, & pestilentiam triū
dierum. ille pestilentiam op-
tauit, qua statim lxx viro-
rum millia periere. at Dauid
precibus placato Deo reli-
quum populum incolumē
conseruauit. Quod inquit
[angelum missum,] scriptura
inquit, missum esse Gad pro-
phetam, & videntem.

Trinam ei pœnam denun-
ciat.] Sic enim dixit Domi-
nus. *Trinum tibi datur optio,
elige vnum, quod volueris ex
his, ut faciam tibi. aut septem
annis ueniet tibi fames in ter-
ra tua. aut tribus mensibus fa-
gies aduersarios tuos, & illi te
persequentur. aut certe tribus
diebus erit pestilentia in terra
tua. Quod autem Hebraeus
habet in libris Regum septem
annis,*

fauore diuino æstimaret.
Itaque missus ad eum ange-
lus, trinam ei pœnam denū-
tiat, datque arbitrium vnam
eligendi. Sed proposita triē-
nii fame, trium mensium fu-
ga, morte tridui: fugam &
famem detestatus, mortem
elegit. momentoque tempo-
ris lxx. millia virorum in-
teriere. Tum Dauid videns
angelum, cuius dextera po-
pulus prosternebatur, veniā
precari, seque viuum pro
omnibus pœnæ obicere: se
dignū exitio, quia ipse pec-
casset. Ita auersum plebis
supplicium: Dauid in loco,
in quo angelum viderat, arā
Domino statuit. Mox annis
& morbo infractor, Salo-
monem filium ex Bersabee
Vriæ vxore susceptum, suc-
cessorem regni constituit.
Is regali vnguento per Sa-
doc sacerdotem vnctus, pa-
tre adhuc incolumi, rex ap-
pellatus. Dauid cum re-
gnasset annos xl, defunctus
est.

annis, idem in Paralipomenis vnā cum Græco refert, tribus, vt
fecit Sulpicius cap. xxi.

Angelus, cuius dextera populus prosternebatur.] *Angelum per-
cutientem vocat scriptura.*

Veniā precari, seque unum pro omnibus pœnæ obicere.]
Dixit enim. *Ego sum, qui peccavi. & ego inique egi. isti, qui oues
sunt, quid fecerunt? veritatem obsecro manus tua contra me, & con-
tra domum patris mei.* idem est in Regibus, & in Paralipomenis.

Dauid in loco, in quo angelum viderat, arā Domino statuit.]
Nempe in area Areunæ Iebusæi. *cum ab Arema aream, & boues
emisset argenti scelos quinquaginta, ibi edificauit altare, & obtulit ho-
locausa, & pacifica, & placatus est Deus, & pestis cessauit.*

Mox annis & morbo infractor.] *Expressit verba prima tertii
regum. Rex Dauid senuerat, habebatq; ætatis plurimos annos, cumq;
operiretur vestibus, non calefiebat.*

Salomonem filium ex Bersabee Vriæ vxore susceptum succes-
sorem regni constituit.] Cum audisset, Adoniam filium suum ex
Aggith regnum vsurpasse, rogatu Bersabee vxoris regnum Salo-
moni filio destinauit, ac Sadoc pontifici, & prophætæ Nathan, vt
illum regem vngerent, imperauit. ea res in Gihon magna cære-
monia est perfecta, cum Israël, & Iuda regem Salomonem accla-
massent, Adonias sibi timens in tabernaculum confugit. cap. i. &
ii. tertii Regum.

Dauid cum regnasset annos xl. defunctus est.] Regnauit an-
n. vii in Hebron, & annos xxxi i i i. in Hierusalem. Ibidem.

SALOMON REX.

Salomon initio regni vr-
bem muro circumdedit.
Huic per soporē astare Do-
minus visus est, petendi que
vellet tribuens optionem.
Sed ille non aliud sibi quam
sapientiam dari poposcit,
reliqua oīa parui æstimans.

Salomon initio regni vr-
bem muro circumdedit.]
Iam res Salomonis regis ag-
greditur, vt urbem muro
cūxerit, inter duas mulie-
res sapienter iudicabit, tem-
plum construxerit, atque in
Deum deliquerit. De adifi-
catione murorum sic cap.
iii. lib. i i i. Regum. *Salo-
mon dixit uxorem filiam Pha-*

raonis Aegypti, & adduxit in ciuitatem Dauid, donec compleret edificans domum suam, & domum Domini, & murum Hierusalem per circuitum.

Huic per soporem affare Dominus visus est, petendi, quae uellet, tribuens optionem, sed ille non aliud sibi, quam sapientiam, dari poposcit.] De Sapientia eius addit ibidem. Apparuit Dominus Salomoni per somnum nocte dicens. Postula, quod uis, ut dem tibi. Cui Salomon. Dabis sermo tuo cor docile, ut populum tuum indicare possit, & discernere inter bonum, & malum. Cui Deus. Ecce feci tibi secundum sermones tuos, & dedi tibi cor sapiens, & intelligens in tantum, ut nullus ante te similis tui fuerit, nec post te surrecturus sit. Eadē sunt in Paralipomenon lib. I I. cap. I.

Ita somno excitatus, cū ante sacrarium Domini constitisset.] Iudicium affert Salomonis in argumentum in credibilis acceptae diuinitus sapientiae, quod ille tulit inter duas mulieres de nece filii paruuli contendentes. res vulgo nota etiam uerbis Sulpicii est illustrior. Quod uocat [sacrarium] scriptura uocat arcam foederis. Cum assistisset ante arcam foederis Domini, & obuiisset holocausta. lib. III. cap. III Regum.

Reges uicinarum gentium.] Significat Hiran regem Tyri, qui fama sapientiae motus misit ad eum legatos ad renouandam amicitiam, quae cum patre eius Dauide fuerat.

diuinæ sapientiae munere perimi puerum, corpusque eius diuidi inter ambigentes iubet. Cumque una earum

rum

rum iudicio acquieuisset, alia uerò cedere potius puero, quam discerpi eum mallet, Salomon ex affectu feminae hanc uerè matrem esse coniectans, puerum illi adiudicauit, non sine circumstantium admiratione: siquidem latentem ueritatem prudentia protulisset. Ita in admirationem ingenij prudentiaeque eius reges uicinarum gentium amicitiam ab eo, foedusque petiere, parati imperata facere.

Queis opibus confusus, templum Domino immensi operis facere aggressus, paratis per triennium impendij, quarto ferè imperij anno primum fundamentum iecit: a profectioe Hebraeorum ex Aegypto anno ferè octauo, & octogesimo, & quingentesimo. Licet libro Regnorum tertio, cccc xl fuisse referantur: quod nequaquam conuenit. Siquidem per seriem superius comprehensam facilius fuerit, ut minus fortassis annorum, quam amplius, annotarim. Sed non dubito, librorum potius negligentia, praesertim tot iam saeculis intercedentibus, ueritatem fuisse

cor-

Queis opibus confusus est plurim.] De templo constructo agere orditur. Ceterum Deus à principio mandauit, ut tabernaculum fieret, ut in eo sibi sacrificaretur. Hoc non ab omnibus obseruatum est. sed multi iam inde sub Iudicibus patiente Deo in Excelsis sacrificauerunt, in primisque Salomon. de quo sic scribitur cap. III, libro III Regum. Dilexit Salomon Dominum ambulans in praecipis patris sui, excepto, quod in excelsis immolabat. at. abiit itaque in Gabaon, ut immolaret ibi. illud quippe erat excelsum maximum. Inde iussu Dei pro tabernaculo magnificentissimum templum instituit, in quo item arca reponeretur, & sacrificia fierent, perinde, atque in tabernaculo confueuerat. S. Augustinus super Iudices libro V I I, cap. LXXI. Tametsi consuetudo pra-

L 4 ter

ter tabernaculum sacrificandi crebuerat, ut etiam Salomon in excelsis sacrificasse inuenitur, nec eius sacrificium fuisse reprobatum. Et tamen notantur reges, qui inter opera laudabilia sua non dextruxerunt excelsa, ubi contra legem Dei populus sacrificare consueverat. Et qui destruxit, maiore predicatione laudatur. Ita Deus consuetudine populi sui, qua praeier eius tabernaculum tamen non dijs alienis offerebat, sed Domino Deo suo, sustinebat potius, quam vetabat, etiam sic exaudiens offerentes. Hoc templum fundari ceptum est anno quarto eius, & anno vndecimo perfectum. itaque septem annistorum opus completum est, ut scriptum est cap. vi. Positum autem templum fuit in monte Moria, qui demonstratus fuerat patri eius. Paralipomenon lib. II. cap. III. Montem autem Moriam collem vnum fuisse montis Sion opinor. in altero vero colle humilioris fuisse arcem. Nam Iosephus loquens de templo libro xv. inquit, Collis erat saxosus paulum erectus a parte Orientali civitatis pronus super arcem, quam Salomon muro cinxerat, ab inferioribus incipiens, quem vallis altissima circumdabat.

A projectione Hebraeorum ex Aegypto anno fere octavo, & octogesimo, & quingentesimo.] Ego tamen inuenio tantum ex suppuratione eius annos dx. hoc modo.

In Deserto mansere annos 40. Iosue praefuit annos 27. Iudices v. quae ad mortem Sansonis an. 339. ut supra monstratum est.

Heli an. 20. ex Sulpicio. Samuel cum Saule an. 40. ex ipso Sulpicio,

corruptam, quam ut propheta errauerit. sicut in hoc ipso nostro opusculo futurum credimus, ut describentium incuria, quae non incuriosè à nobis sunt digesta, vitientur. Igitur Salomon ceptum templi opus vicefimo anno explicuit. Celebrato deinde ibidem sacrificio, dictaque oratione, qua populum templumque benedixit, Dominus ad eum locutus est, denuntians fore, si quando peccassent, ac Dominum reliquissent, templum illud solo æquandum. Quod iam pridem impletum videmus, & mox connexum rerum ordinem exponemus.

picio. Dauid an. 40. Salomon an. 4.

Licet libro Regum tertio ccccx. i. fuisse referuntur.] cap. vi. lib. III Regum in Codice Hebræo numerantur anni cdxlxxx. in Græco cdxl. quæ res torquet multos, qui caelum terra miscere malunt, quam ut aliquid vitij, vel humana contractum incuria in sacris libris asserant. Sulpicius autem natus ante annos mille ducentos librariorum negligentia mendosa multa in sacris libris facta esse, praesertim in numeris censet, idque ne in suis aliquando eueniat, timet, aut potius praevidet. neque enim quidquam apud eum numeris est vitiosus. Nonnulli verò post tot annorum spatia, multaque litterarum detrimenta omnia bene habere defendunt, ac sophistici rationibus synceritatem historicae veritatis corrumpunt. In numeris autem annorum Regum Iudæ, & Israel tanta diuersitas, atque aliquando absurditas est, ut tutius esse videatur, confiteri eos librariorum culpa aliquando vitiosos esse, quam ad ineptas interpretationes, & solutiones confugere. diuersitas autè apparet, non solum si ipsi numeri librorum Regum per se spectentur, sed etiam multo magis, si cum numeris librorum Paralipomenon conferantur. qua de re alibi disseremus, & viam ad errores tollendos aperiemus.

Igitur Salomon ceptum templi opus vicefimo anno explicuit.] Non videtur rectè expressisse sententiam scripturae Sulpicius. nam cap. vi. scriptum est, domum Domini anno quarto fundatam, vndecimo perfectam esse, idque opus septennio consummatum. & cap. vii. Salomonem domum suam adificasse annis xlii, atque absoluisse. Hic verò utrumque anno: unum spatium ad templi adificationem accommodauit, septem inquam, ac tredecim, ac viginti effecit.

Celebrato deinde ibidem sacrificio.] Sacrificium est cap. viii. Igitur rex, & omnis Israel cum eo immolabant victimas coram Domino, mactaueruntque Salomō hostias pacificas, quas immolauit Domino, bouum viginti millia, & ouium centum viginti millia.

Dicta oratione, qua populum, templumque benedixit.] Hæc oratio multis verbis elata in eodem capite reperitur. Stetit Salomon ante altare Domini in conspectu ecclesie Israel, & expandit manus suas in caelum, & ait. Domine Deus Israel, non est similis tui Deus in caelo desuper, & super terram deorsum, & quæ sequuntur. neque enim propter longitudinem describenda videtur. Summa autem precationis fuit, ut populum in rebus suis dubijs, atque afflictis opem

opem eius in illo templo implorantem exaudire vellet in cælo. Inde cap. VIII. sequitur. *Eodem etiam tempore arcam Domini de-
tulit de Civitate David, idest de Sion, & tabernaculum fœderis, & om-
nia vasa sanctuarij, quæ erant in tabernaculo, in templum. & intule-
runt sacerdotes arcam fœderis Domini in locum suum in oraculum tem-
pli, in Sancta Sanctorum subter alas Cherubim. In arca verò non erat
aliud, nisi duæ tabulæ lapideæ, quas posuerat in ea Moyses in Horeb.
Velum autem, ut in tabernaculo, sic in templo diuidebat Sancta
Sanctorum à templo, quod in morte Christi scissum est.*

*Dominus iam pridem locutus est denunciatus fore.] Verba denum-
ciationis huius hæc fuerunt cap. IX. Si auersione auersi fueritis
vos, & filij vestri non sequentes me, nec custodientes mandata mea, &
ceremonias meas, quas proposui vobis, sed abieritis, & colueritis deos
alienos, & adoraueritis eos, auferam Israel de superficie terre, quam
dedi eis, & templum, quod sanctificavi nomini meo, projiciam à con-
spectu meo.*

*Quod iam pridem impletum videmus.] Templum bis euer-
sum est, primum per Nabuccodonosorem regem Babylonie, tum
cum à Deo defecissent, iterum per Vespasianum Imperatorè Ro-
manum, postquam Iesum Christum Deum, & Dei filium hæcæue-
runt, inquit. n. iam pridem impletum videmus, quia templum euer-
sum est anno Christi LXXI. ipse verò scripsit anno Christi CD.*

*Et mox connexion rerum ordinem exponemus.] Significat, se
suo loco hanc rem litteris proditurum; nempe cum ad tempora
Vespasiani explicanda peruenerit.*

*Interea Salomon florès.]
In maxima rerum prosperi-
tate Salomon quoque, ut pa-
ter, peccauit. nam coniuges
ex alienis tibi sociavit,
& idola habere, quibus mo-
re gentis suæ sacrificarent,
permisit. atque ita Deum of-
fendit. vnde ultionem à Deo
meruit. De potentia Salomo-
nis agitur cap. x. ubi ad ex-
tremum scribitur. Magnifi-
centus est ergo Salomon super
omnes*

*Interea Salomon florens
opibus, omnium, qui vnquã
fuerant, regum ditissimus:
quique semper ordo rerum
est, ab opibus in luxum, &
vitia delapsus, cum aduer-
sum interdictum Dei ex alie-
nigenis coniugia sumpsis-
set, etiam septingentas vxo-
res & trecentas concubinas
habe-*

haberet, idola eis ritu gen-
tium suarum, quibus lita-
rent, constituit. Quibus re-
bus auersus Dominus, gra-
uiter increpito pœnam de-
nuntiauit, fore vt regnũ ex
parte maiore ademptum fi-
lio, seruo illius traderetur.
Idque ita accidit.

*omnes reges terre diuitijs, &
sapientia. & vniuersa terra
desiderauit vultum Salomo-
nis, vt audiret sapientiã eius,
quam dederat ei Deus in cor-
de eius. & singuli deferebant
ei munera, vasa argentea, &
aurea, vestes, & arma belli-
ca, aromata quoque, et equos,
& mulos per annos singulos.
Fecitq; vt tanta esset abundan-
tia argenti in Hierusalem,
quanta & lapidum. cap.*

xxix. lib. I. Paralip.

*Cum aduersus interdictum Dei ex alienigenis coniugia sum-
pisset.] cap. xi. Adamauit mulieres alienigenas multas, filiam quo-
que Pharaonis, & Moabitidas, & Ammonitidas, & Sidonias, & Ce-
theas. super quibus dixit Dominus filiis Israel. Non ingrediemini ad
eas, neque de illis ingrediemini ad vestras. Certissime enim auertent cor-
da vestra, vt sequamini deos earum.*

*Etiam septingentas vxores, & trecentas concubinas haberet.]
cap. xi. His itaque copulatus est Salomon ardentissimo amore, fueruntq;
ei vxores quasi regina septingenta, & concubinae trecentæ, & auer-
terunt mulieres cor eius.*

*Idola eis ritu gentium suarum, quibus litarent, constituit.]
Ibidem. Cumq; iam esset senex, deprauatum est cor eius per mulieres,
vt sequeretur Deos alienos. nec erat cor eius perfectum cum Domino
Deo suo, sicut cor David patris eius. sed colebat Salomon Astarthe-
deam Sidoniorum, & Camos deum Moabitarum, & Meloch idolum
Ammonitarum & edificauit fanum Camos idolo Moab, & Meloch
idolo filiorum Ammon. atque ita fecit vniuersis vxoribus suis alie-
nigenis, quæ adolebant thura, & immolabant dijs suis.*

*Quibus rebus auersus Dominus.] His rebus iratus Deus Salo-
moni sic dixit. Quia non custodisti pactum meum, scindam regnum
tuum, & dabo illud seruo tuo. Perunt amen in diebus tuis non faciam
propter David patrem tuum, de manu filij tui scindam illud, nec totam
regnum auferam, sed tribum vnã dabo filio tuo propter David ser-
uum meum, & Hierusalem, quam elegi. De morte inde Salomonis.
cap. xi. Dies, quos regnauit Salomon in Hierusalem super omnia
Israel,*

Israel, quadraginta anni sunt. dormivitq; Solomon cum patribus suis, & sepultus est in ciuitate David patris sui, regnauitq; Roboam filius eius pro eo.

**DIVISIO REGNI ISRAELITARVM
IN IVDAM, ET ISRAEL.**

ROBOAM REX.

Defuncto Salomone.]
Ab hoc tempore in ita diuisio regni Hebræorum, siue Israelitarum, qui Dauidi, & Salomoni paruerant; & ex vno duo effecta sunt ea ratione, qua demonstrabitur. vnum Iudæ, quod obtinuit Roboam filius Salomonis, alterum communi nomine Israel appellatum, cui præfuit Hieroboam seruus eius. Ceterum cum duodecim essent tribus, duæ Benjamin, & Iudæ in vnum Iudæ nomen coniectæ, decem aliæ Israelis nomine appellatæ sunt. Leui verò tribus relictis urbibus, quas habebat inter decem tribus in tribu Iudæ, & Benjamin, vt vicina templo esset, se contulit, vt scriptum est cap. xi secundi Paralip. & apud S. August. lib. xvii. de Ciuitate Dei. cap. xx i. Tribus x. quas accepit Hieroboam seruus Salomonis, rex eius in Samaria constitutus, proprie vocabantur Israel, quænis hoc vniuersi populi nomen esset. Duabus tribu

Defuncto Salomone anno imperii quadragesimo, cum Roboam filius, anno ætatis sexto & decimo regnum patrum tenere cepisset, pars populi ab eo offensa discedit. Etenim cum laxari sibi stipendium poposcisset, quod Salomō grauisimum imposuerat, repudiatis precibus supplicum, fauorem vniuersæ plebis auerterat. Itaque consensu omnium, imperium ad Hieroboam defertur. Is medio genere ortus, aliquandiu Salomoni seruitutem pependerit. Sed cum ei responso Achia prophetæ regnū Hebræorum annuntiatum cōperisset, necare eum clam destinauerat. Quo ille metu in Aegyptum confugit; ibiq; vxore accepta, ex stir-

pere-

pe regia, coguita demum Salomonis morte, in solum patrum regressus, voluntate populi, vt supra retulimus, sumpsit imperium. Penes Roboam tamē duæ tribus, Iudæ & Benjamin, refederant: ex his ad trecenta milia parauit exercitum. Cūq; acies promouerentur, verbis Dei populus admonetur, prælio abstineret: ex suo nutu Hieroboam regnū accepisse.

bus Iudæ, & Benjamin, que propter Dauid, ne regnum stirpis eius fuisset eradicatum, remanserant subiacentes ciuitati Hierusalem, Iudæ nomen fuit, quia ipsa erat tribus, vnde David. Benjamin tribus altera ad id regnum pertinens erat, vnde fuit Saul rex ante David. Sed simul istæ duæ tribus Iudæ vocabantur, & hoc nomine discernebantur ab Israel, que appellabantur decem tribus habentes suum regem. Nam tribus Leui, quoniam sacerdotalis fuit, Dei, non regum; seruitio mancipata, tertia decima numerabatur. Ioseph

quippe vnus è xii filiis Israel non vnâ, sicut ceteri singulas, sed duas tribus fecit Effrem, & Manasse. Verum tamen tribus Leui ad regnum Hierosolymitanum pertinebat magis, ubi erat templum Dei, cui seruebat. Post obitum ergo Salomonis diuisum est regnum Hebræorum, siue Israel, vni uerò populo in duas partes ita distracto, vt duæ tribus Iudæ, & Benjamin vnâ cum Roboam Salomonis filio remanerent, reliquæ verò ad Hieroboam Nabath filium ex tribu Ephraim se cōferrēt. Quod porro inquit, Roboam [anno ætatis sextodecimo] regnum inisse, videri mendosum potest, nam xliii tertij Regum, & xlii secundi Paralipomenon ita scriptum est. Quadraginta & vnus anni erat Roboam, cum regnare cœpisset, & decem, ac septem annis regnauit in Hierusalem. Error autem ex notis ortus xli, & xvi, littera in v versa.

Etenim cum laxari sibi stipendium poposcisset.] Causa, cur decem tribus à Roboam discesserint, fuit, quod rogatus, vt graue tributum Hebræis à patre Salomone impositum relaxaret, consilium sequutus iuuenum preces Hebræorum repudiavit, inquitens. Pater meus cecidit vos flagellis, ego autem addam iugo vestro. Pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cadam vos scorpionibus I I I Reg. & I I. Paralipom.

Itaque

Itaque consensus omnium Imperium ad Hieroboam desertum.] Sic III. Reg. cap. XII. Factum est autem, cum audisset omnis Israel, quod ex Aegypto reuersus esset Hieroboam, miserunt, & vocauerunt eum, congregato cæcis, & constituerunt eum regem super omnem Israel.

Is Salomoni seruitutem aliquandiu pependerit.] Repetit ea, quæ Hieroboam, viuentis Salomone, passus fuerat, exprimens illa verba Regum. Salomon edificauit Mello, & coarctauit voraginem patris sui David. erat autem Hieroboam vir fortis, ac potens. Vidensq; Salomon adolescentem bonæ indolis, et industrii constituerat eum præfatum super tributa vniuersæ domus Iosaph. & alibi. Hieroboam filius Nabath Ephrataeus de Sared seruus Salomonis leuauit manum contra regem. Hoc autem facile discere Salomon potuit. quia Aclias propheta sumpta veste sua, & in duodecim partes scissâ Hieroboam monuit, vt decem partes eius sibi vendicaret. sic enim placere Deo, vt ille regni Salomonis decem tribus haberet, filius vero Salomonis vnam. I I I Regum cap. XI. Conflucit autem Deus posthac Israelitis omnes eorum casus siue prosperos, siue aduersos per prophetas prænunciare. quos illi ferme cõtemptui habuerunt. Itaque abhinc vsque ad transmigrationem in Babyloniam magnus prophetarum prouentus fuit.

Quo ille metu in Aegyptum confugit.] Significat Hieroboam metu Salomonis illi propterea insidias comparantis profugisse in Aegyptum. Sic enim scriptum est ibidem. Voluit Salomon inuadere Hieroboam, qui surrexit, & aufugit in Aegyptum ad Sefac Regem Aegypti, & fuit in Aegypto vsque ad mortem Salomonis. Quia cognita demum regressus

Voluntate populi, vt supra retulimus, sumpsit imperium.] Eius regnum decem tribuum, & Israel à maiore populi parte vocatum est. Quare id nomen, quod omnibus tribubus Hebræorum erat commune, dum hoc mansit dissidium, in decem tribubus fuit proprium.

Penes Roboam tamen duæ tribus Iudæ, & Benjamin resederunt.] Quippe tribus Iudæ eam non deseruit propter sanguinis coniunctionem. tribus autem Benjamin, quia ipsi tribui Iudæ iuncta erat. Verùm quoniam ipsa non magnas opes habebat, propterea eodem loco scriptum est. Nec secutus est quisquam domum David præter tribum Iudæ solam. Inde regnum duarum tribuum, & regnum Iudæ appellatum.

Ex his ad trecenta milia parauit exercitum.] Nempe vt bellum inferret

inferret ipsi Hieroboam, qui decem tribus ipsas à se auerterat. Apud sacros autem libros, vnde hæc sumpta sunt, centum octoginta milia scriptum est. Venit autem Roboam Hierosalem, & congregauit vniuersam domum Iudæ, & tribum Benjamin, centum octoginta milia electorum virorum, & bellatorum, vt pugnarent contra domum Israel, & reducerent regnum Roboam filio Salomonis. Quare opinor Sulpicium ducenta scripsisse numero rotundo addita, Ad, sed ex notis c c errorem manasse, & c c c facta esse.

Cumq; acies promouerentur, verbis Dei populus admonetur, prælio abstineret.] cap. XII. eiusdem libri regum hoc sic explicatur. Hæc dicit Dominus, Non ascenditis, neque bellabitis contra fratres vestros filios Israel, reuertatur vir in domum suam, audierunt sermonem Domini, & reuersi sunt.

HIEROBOAM REX ISRAEL.

Ita spreto regis imperio, exercitus dilapsus: Hieroboam imperium inualuerat. Sed cum Hierosolymâ Roboam obtineret, vbi templo à Salomone facto populus sacrificare Domino consueuerat: veritus Hieroboam, ne ab eo plebæ religio auerteret, statuit animos eius superstitione occupare. Itaque vaccam auream in Bethel, alteram apud Dan constituit, quibus populus litaret: sacerdotesque, omnia Leui tribu, ex plebe instituit. Inuisum Domino flagitium, ex postulatio consecuta. Crebra

Ita spreto regis imperio.] Tranfit ad res Hieroboam enarrandas, quæ nihil aliud, quam summa in Deum fuerunt impietas, quæ ad extremum totum populum pessum dedit.

Sed cum Hierosolymâ Roboam obtineret.] Hierosolyma erat in tribu Iudæ, propterea Roboam eam urbem regni sedem obtinuit. Quare hoc regnum appellatum est modò duarum tribuum, nempe Iudæ, & Benjamin, modò Iudæ à tribu regis Roboam, modò Hierosolymitanum, ab vrbe metropoli.

Vbi templo à Salomone facto populus sacrificare Domino consueuerat.] Salomon autem non solum templum Hierosolymitanum

rosolymis fecerat, sed etiā omnes ibi Israelitas Deo sacrificare constituerat. Hieroboam verò ædificauit oppidum Sichein in monte Ephraim, & habitauit ibi, & egressus inde ædificauit Phanael. Quare veritus, ne si populum suum Hierusalem ire ad sacrificandum ex lege in Templo permetteret, ille ad dominum suum rediret, & sibi necem inferret, noua religione, sed praua, populum suum obstrinxit. Quippe ab cultu veri Dei ad idolorum cultum se cōtulit, ac more Aegyptio, vnde nuper redierat, duos vitulos æneos in finibus regni populo suo adorandos cōstituit. Quos autē sacri libri vitulos dicunt, vaccas vocauit Sulpicius. In Bethel autem, & apud Dan posuit, quod ij regni sui, id est decem tribuum, essent termini. nam totius regni extrema erant Dan, & Bersabee. Sunt autem nomina duarum urbium, quarum Dan fuit ad fontes parui Iordanis, Bersabee in terra Idumæorum, illa ad Septentrionem, hæc ad meridiem. Iosephus.

Sacerdotesq; ommissa Leui tribu ex plebe instituit.] Liber Regum. Sacerdotes fecit de extremis populi, qui non erant de filijs Leui.

Erat autem Leui tribus, vt supra dictum est, cui terræ pars nulla fuerat data, sed sacerdotia tantum commissa. Quare Hieroboam duabus in rebus veterem disciplinam corripit, in idolis asciscendis, & in tribu Leui à sacerdotijs remouenda. Leuitæ vero in tribum Iudam se contulerant, vt dixi.

Inuisam Domino flagitium expostulatio consequitur.] Quippe ad sacrificatē illum in Bethel missus est Iad propheta ex vrbe Hierosolymorum, qui ita loquutus est: Altare hæc dicit Dominus. Ecce filius nascetur domui Dauid Iosias nomine, & immolabit super te sacerdotes excelsorum, qui nunc in te thura succendant, & ossa hominum super te incendiant. Hæc autem post facta sunt à rege Iudæ Iosia, vt scriptum est Reg. iv. cap. xx i i. Hic est autem alter propheta, qui hæc tempora illustrauit.

Crebra deinde inter reges praelia dubio euentu regnum obtinebant.] Sic III. Regum. Fuitq; bellum inter Roboam, & Hieroboam multis diebus.

Roboam se primo decimo Imperij anno exacto vita functus est.] Illud ommissum

bra deinde inter reges praelia, dubio euentu regnum obtinebant. Roboam septimo & decimo imperij anno exacto, vita functus est.

omissum est in rebus Roboam, quod & ipse aras, & statuas, & lucos in montibus excelsis statuit, & omnes abominationes gentium fecit, item quod anno quinto regni Sefac rex Aegyptius Hierosolymam cepit, & thesauros regiois asportauit. Quatuor enim reges vicinos infestos habuere ipsi reges Iudæ, & Israel, Aegyptium, Syrium, Assyrium, & Babyloniam. Verum omnium infestissimi fuere Assyrij, & Babylonij, vt à quibus post fuerint deleti, & exterminati.

A B I A R E X I V D A E.

In huius locum Abiud filius eius regnum Hierosolymæ sex annos tenuit: quamuis in Chronicis triennio regnasse referatur.

In huius locum Abiud.] In libris Regū, Paralipom. & apud S. Matthæum cap. i. hic rex dicitur Abia, non Abiud. Ceterum hunc locum ad sacrorū librorum veritatem ita scribendum cense-rem. Tres annos tenuit, quamuis in Chronicis sex annis regnasse referatur. nam i i i. Reg. cap. xv. ita scriptum est. Regnavit filius pro patre Roboam super Iudam. tribus annis regnavit in Hierusalem. Huic addendum erat, quod ad impietatem Abiæ notandam tradit deinceps scriptura. Ambulantiq; in omnibus peccatis patris sui, quæ fecerat ante eum, nec erat cor eius perfectum in Domino Deo suo, sicut cor Dauid patris eius. Bellum fuit inter Roboam, & Hieroboam omni tempore vitæ eius.

A S A R E X I V D A E.

Huic Asab filius successit, à Dauid quintus ferè, quippe abnepos eius: fuit religiosus Domini cultor. namq; deletis aris lucisque idolorum, vestigia paternæ perfidiæ sustulit. Fœdus cū

Huic Asab filius successit, à Dauid quintus ferè, quippe abnepos eius.] re-ctè. fuit enim primū Dauid, tum Salomon, tertius Roboam, quartus Abia, quintus Asa, quare abnepos. vbi que in sacris litteris hic dicitur Asa. Præcipuè in Regibus. Regnavitq; pro

rege

M

Abia

Abia filius Asa. Est autem præclarum cognitu, quem admodum Iudæ reges ita regnum exceperint, ut semper filij patrem sint consequti. Fuit enim Deus huic familie, licet aliquo aliquando impietatis errore imbutæ, propter David. Vnde scriptum est cap. xv. *iii. Reg. Sed propter David dedit ei Dominus lucernam in Hierusalem, eo, quod fecisset David rectum in oculis Domini, & non declinasset ab omnibus, quæ præceperat ei.* Res inde Asæ hoc modo persequitur.

Fuit religiosus Domini cultor. Id est, ut inquit scriptura, fecit rectum ante conspectum Domini, sicut David pater eius. Fuit autem inter reges Iudæ, & Israel illud discriminis, quod Israelitæ semper in institutis Hieroboam manserunt, id est relicto vero Deo, Idola perpetuo coluerunt. ex regibus Iudæ alij Roboam impietatem sequuti sunt, alij ad David imitationem se contulerunt, & præcepta legis Dei seruauerunt. inter primos pietatis cultores fuit Asa.

Namq, deletis aris, lucisq, idolorum, vestigia paternæ perfidiæ sustulit. Id est purgavit omnes sordes idolorum, quæ fecerant patres sui Roboam, & Abia, qui illa ædificauerunt. *iiii. Regum, cap. xv.* Addit tamen scriptura, eum excelsa non sustulisse, quod aras, quas ædificauit Roboam super colles excelsos, non remouerit. peccatum autem in eo commiserat, quod extra Templum sacrificia, ut ante Templi ædificationem, voluerat.

Fædus cum rege Syriæ firmavit. Rege in Damasci intelligit nomine

rege Syriæ firmavit: eius auxilio Hieroboam regnum, quod tum à filio tenebatur, multa clade affecit: ac sæpe victis hostibus prædam ex victoria retulit. Post unum & quadragesimum annum, æger pedibus decessit. Huic triplex peccatum adscribitur: unum, quod societate regis Syriæ nimium confusus sit: alterum, quod prophetam Domini, hoc ipsum increpantem, in vincula coniecit: tertium, quia in pedum dolore remedium non à Domino, sed à medicis sperauerit. Sed initio regni huius, Hieroboam rex decem tribuum defunctus est: regnum.

mine Benadad, filium Tabremon, filium Hezion. Ibidem.

Eius auxilio Hieroboam regnum, quod tum à filio tenebatur, multa clade affecit. Hoc fœdus percussit cum rege Syriæ contra Baasa tertium regem Israel. & communibus armis vrbes multas eius excidit, atq; ita regem Baasam ab ædificatione vrbis Ramæ auertit. Inde arreptis lapidibus, & lignis ab eo ad Ramæ constructionem paratis ipse regni sui oppida Gabaa, Benjamin, & Masphe condidit. Quare Sulpicij merito hoc loco requiri vigilanter potest, non enim Baasa filius fuit Hieroboam, verum hostis adeo infestus, ut genus etiam eius totum extinxerit, eumque in regno successor exceperit.

Post unum, & quadragesimum annum æger pedibus decessit. Sic Paralipom. libro secundo cap. xvi. *Asa rex Iudæ anno trigesimo nono regni sui dolore pedum vehementissime laborauit. inde mortuus est quadragesimo primo.*

Huic triplex peccatum adscribitur. Hæc tria peccata expressa sunt ex *ii. lib. Paralipom. cap. xvi.* Sunt autem societas iuncta cum rege Syriæ, Anani prophetæ constructio, spes valeudinis suæ recuperandæ in medicis, & non in Deo posita.

Prophetam Domini hoc ipsum increpantem in vincula coniecit. Nomen prophetæ, cuius meminit, fuit Anani, quem appellat Videntem scriptura. *Iratus Asa aduersus Videntem iussit eum mitti in neruum.* Vnde prophetiæ oracula Visiones vocatæ. Olim autem Videntes, post prophetæ dicti, primo Regum, cap. ix.

Sed initio regni huius Hieroboam rex decem tribuum defunctus est. Vt regnum Roboam dictum est duarum tribuum, sic regnum Hieroboam decem, ut illud Iuda, sic hoc Ephraim à tribu Hieroboam. *Osæ cap. v.* Initio autem regni dixit, quia Hieroboam secundo anno Atæ moriens regnum Nadab filio reliquit.

NADAB REX ISRAEL.

Nadab filio reliquit. Is malis operibus, & tam suis quam paternis meritis iniustus Domino, non ultra biennium regno potitus est.

[Nadab filio reliquit.] Ibidem in Regibus, & Paralipom.

Nadab malis operibus, & tam suis, quam maternis meritis iniustus Domino non ultra biennium regno potitus est.

M 2 Legen-

Legendum est, *Paternis*. Loquitur enim de Hieroboam patre Nadab auctore omnis superstitionis, & defectionis à Deo. sic enim scriptum est. *Et fecit, quod malum est in conspectu Domini, & ambulavit in vijs patris sui, & in peccatis suis, quibus peccare fecit Israel, intelligens cultum Idolorum, quem ille, relicto Deo, intulerat in populum decem tribuum.*

B A A S A R E X I S R A E L.

Priuatæque imperio indigna progenies Bannachie filium successore habuit. Non idem evenit in regibus Ephraim, atque in regibus Judæ. nam in his semper regnum mansit in eadem tribu, & familia. in ijs verò regnum vix peruenit ad filium, aut nepotem propter nimiam impietatem eorum. Nadab autem priuatus est imperio, quo propter suam, & paternam impietatem erat indignus. liquidem Baasa de domo Issachar, Abia filius, insidiatus est ei, & percussit eum in Gebberhon, quæ est vrbs Philistinorum anno tertio Ase regis Iudæ, & regnavit super omnem Israel. Reg. III, Cap. xv. Vox autem [Bannachie] est corrupta, cum sit legendum Basan, aut Ban Achia, diremptis vocibus.

Aequè à Domino alienissimum. Baasa licet hostis Nadab, & Hieroboam, mansit tamen in impio instituto eorum, & idola coluit. *Nam fecit malum coram Domino, ambulavitq; in vijs Hieroboam, & in peccatis eius, quibus peccare fecit Israel.* Ibidem.

Isq; sexto, & vicesimo Imperij anno defunctus est. Legendum est quarto, & vicesimo ex cap. xv. III. Regum.

E L A R E X I S R A E L.

Regnum ad Elam filium deuolutum, nec ultra biennium retentum. Sic cap. xvi. Anno vicesimo sexto Ase regis

Priuatæque imperio indigna progenies Banachie filium successorem habuit, æquè à Domino alienissimum. Isque sexto & vicesimo imperij anno defunctus est.

Regnum ad Helam filium deuolutum, nec ultra biennium retentum.

Iuda

Iuda regnavit Ela, filius Baasa, super Israel in Thersa duobus annis. Nomen autem Thersa oppidi fuit, in quo secunda regum Israel familia sedem posuit.

A M R I R E X I S R A E L.

Namque eum Zambri princeps equitum epulantem interfecit, regnumque occupavit: vir perinde in Dominum atque homines impius. Ab hoc pars populi secessit, Thamni cuidam regium nomen delatum. Sed Iambri ante hunc septem annos, & cum eodem duodecim regnavit.

Namq; eum Zambri princeps equitum epulantem interfecit, regnumq; occupavit. Hæc res est sic expressa est cap. eodem. *Rebellavit contra Elam seruus suus Zambri dux mediæ partis equitum, & occidit eum. Erat autem Ela in Thersa bibens, & temulentus in domo Arsa præfecti Thersa. irruens ergo Zambri percussit, & occidit, regnavitq; pro eo.* Id verò factum à Deo propter impietatem Baasæ, & filij Elæ addit scri

ptura. Atque hæc quidem tertia familia fuit, quæ regnum Israel tenuit, prima enim fuit Hieroboam ex tribu Ephraim, secunda Baasa ex tribu Issachar, tertia Zambri, qui regnavit septem tantum diebus in Thersa. Cum enim exercitus, qui obsidebat Gebberhon urbem Philistinorum, audisset rebellasse Zambri, & occidisse regem, fecit sibi regem omnis Israel Amri, qui erat princeps militiæ super Israel in die illa in castris. Quod ubi sensit Zambri, ingressus est patrum, & succendit se cum domo regia. Tunc diuisus est populus Israel in duas partes, quarum una delegit sibi regem Amri, altera Thebni. cap. eodem. Ex his apparet, post Elam successisse Zambri percussorem eius, & post septem dies Amri in dissidio populi. Sulpicius autem Eusebium sequutus omittit Zambri, ut qui dies tantum septem regnavit, & Elam ab Amri percussum facit. & nomina Zambri, & Amri, credo, librariorum culpa confundit. Quare vbiq; apud eum Amri legendum. [Vir perinde in Dominum, atque in homines impius.] Zambri impius in homines fuit, quia Elæ occidit, & familiam Baasæ funditus extinxit, nam *ne mingerent quidem ad parietem, id est canem, reliquit in Dominum, quia*

M 3 malum

malum fecit cor a Domino, & ambulavit in vijs Hieroboam. cap. xvi. Ab hoc pars populi secessit; Thammî cuidam regium nomen delatum.] Res hoc successu acta. Vbi Zambri mors est audita, populus Israel in duas partes divisus est, quarum una delegit regem sibi Thebni filium Gimeth, altera Amri, & hæc prevaluit, mortuusq; est Thebni.

Sed Amri ante hunc septem annos, & cum eodem duodecim regnavit.] Significat Amri regnasse solum sine Thebni annos septem, inde cum eodem duodecim. At longe alia est scripturæ sententia, nempe Amri regnasse duodecim annos, sex quidem priores in Therfa, vt proximi reges fecerant, inde sex posteriores in oppido Samarizæ à se condito. Atq; hoc ita esse ex eo apparet, quod ex hac sede regni post hac regnum Samarizæ nomen accepit. Audiamus verba Regum cap. xvi. Amri regnavit super Israel duodecim annos, in Therfa regnavit sex annos. emittitq; montem Samariæ à Somer duobus talentis argenti, & edificavit eum, & vocavit nomen civitatis, quam extruxerat, nomine Somer domini montis Samariæ. Nec Iosephus aliter hunc locum intellexit.

IOSAPHAT REX IUDÆ.

At in parte tribus Iudæ Asa mortuo, Iosaphat filius eius regnare cepit.] De hoc Iosaphat sic Paralipom. II. cap. xvii. Regnavit Iosaphat pro Asa patre, et inualluit contra Israel, constituitq; milium numeros in civitatibus Iudæ, que erant vallibus muris, præsidiaq; disposuit in terra Iudæ, et in civitatibus Ephraim, quas ceperat pater eius.

Vir religiosus virtutibus clarus.] Mali religionis. De religione Iosaphat sic eodem in loco. Et fuit Dominus cum Iosaphat, quia ambulavit in vijs patris sui David. Cumq; sumpsisset cor eius audaciam propter vias Domini, etiam excelsa, & lucos de Iuda abstulit, & misit in civitates sacerdotes habentes librum legis Domini, qui docuerunt populum, atque ita finitimos solo nominis terrore in officio continuit.

Is cum Amri pacem habuit.] Hoc neque est in sacris libris, neq; esse

At in parte tribus Iudæ Asab mortuo, Iosaphat filius eius regnare cœpit, vir religiosus virtutibus merito clarus. Is cum Iambri pacem habuit. Defunctus est autem, cum regnasset annos v. & xx.

esse potest. quia Iosaphat regnum cepit anno quarto Achab, qui post patrem suum Amri regnavit, quare neque bellum, neque pacem habere cum Amri potuit.

Defunctus est autem, cum regnasset annos viginti quinque.] Sic in sacris. Verum Sulpicius pij, & clari regis multa memorabilia acta, inmo vero vniuersa omisit. quæ hoc loco significanda sunt. quippe affinitatem cum Achab rege Israel impio iunxit, Athalia filia eius in matrimonium Ioram filio collocata. eumque ad Syriacum bellum sequutus diuina ope seruatus est. Vatem Iehu affinitatem illam increpantem benigne audiit. iterum remp. constituit. bello finitimorum petitus ieiunijs, & precibus victoriam obtinuit. Inde cum Ochozia, & Ioram ipsius Achab successoribus societatem renouauit, & cum Moabitibus congressus victor discessit. In Reg. & Paralipom.

ACHAB REX ISRAEL.

Huius imperij tempore Achab Iambri filius, rex decem tribuum fuit, vltra omnes in Dominum impius. Namque Iezabel filia Basæ regis ex Sidone in matrimonio accepta, Baali idolo arâ lucosque constituit, & prophetas Domini interemit.

Huius Imperij tempore Achab Amri filius rex decem tribuum fuit.] recte. nam, vt dixi, Iosaphat anno quarto Achab regnum inijt. & inde etiam cum filio, & nepote eius regnavit. Hic inter reges Israel singulare fuit impietatis, & iniustitiæ exemplum summæ Iosaphatis religioni, ac virtuti oppositum. Vnde addit.

Vltra omnes in Dominum impius.] Nam fecit malum in conspectu Domini super omnes, qui fuerunt ante eum. cap. xv. III. Regum. Persequitur inde Sulpicius singula eius flagitia, vt quæ sint ad memorandum insignia.

Namq; Iezabel filia Basæ regis ex Sidone in matrimonio accepta.] Hoc graue putatur. quia impiam duxit. Mirum autem cur Basam vocet, qui Ethbaal dicebatur. Eodem in loco. Insuper uxorem duxit Iezabel filiam Ethbaal regis Sidoniorum. Iosephus in historia nominat Ithobalum. Ithobalus autem rex fuit Tyri, teste Menandro Ephesio, vt scribit idem contra Appionem.

Baali idolo aram, lucosq, constituit.] Multò etiam indignius, quòd Baal coluit. Ibidem. Ceterum Baal deus fuit Assyriorum, vt Asharoth, siue Astarthe Sidoniorum, siue Tyriorum. Baalim autem facellum ipsi Baali constitutum. Iosephus. Baal autem credo est, quod Græci dixere Belum. Ahab verò adorauit Baal, & posuit aram in Templo, quod ædificauerat in Samaria, & plantauit lucum.

Et prophetas Domini interemit.] Ab eadem impietate profectus, quòd prophetas Domini occidit. xviii. cap. *Cum interficeres zabel prophetas Domini*

HELIA S PROPHE TA.

Quo tempore Helias oratione cælum conclusit.] Interferit res Helias prophetae his temporibus clari. In primis ergo Deus summa Achab impietate offensus ipsum primum fame, deinde verbis castigauit, in utraque re Helias prophetae ministerio usus. Helias verò iussu Dei nunciavit regi, se effecturum, ne per triennium plueret. idque effectum. Vnde fœda famis pronuntia consequuta. III Regum. cap. xvii.

Igitur suspensis cælo aquis.] Narrat igitur, quemadmodum Helias famem eadem, quam per siccitatem à Deo impetratam intulerat, ipse quoque pertulit, & quemadmodum eadem Dei ope depulit. Primum, inquit, in deserto famem Helias cui cibum deferentes, sicim pro-

Quo tempore Helias propheta oratione cælum conclusit, ne pluuiam terræ daret: idque regi denunciavit, vt se impius causam mali esse cognosceret. Igitur suspensis cælo aquis, cum loca omnia adusta solis ardoribus non victum hominibus, nõ pabulum iumentis darent, ipse se intra periculum famis propheta concluderat. Ea tempestate cum eremum petisset, coruis cibum ministrantibus, vixit. Aquam torrens proximus, donec aruit, dedit. Inde admonitus à Domino, Saraptæ opidum petijt: ad mulierem viduam diuertit. Cunque ab ea esuriens cibum

cibum peteret, illa causari, nõ esse sibi nisi pusillum faris, & pusillum olei: quo absumpto, vnà cum filiis mortem expectaret. Sed cum Helias verbis Dei polliceretur, nec hydriam farre, nec vas missorum fidem consecuta est. Siquidem diuinis incrementis tantum accresceret, quantum quotidie detrahebat. Eodem tempore, eiusdem viduæ filium mortuum Helias in vitam reduxit.

Ille verò abiit, & petijt cibum. verba verò cibum petentis fuerunt. *Affer mihi buccellam panis in manus tua.* Eiusdem copiam pollicentis hæc. *Hæc dicit Dominus Deus Israel. Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur usque ad diem, in qua Dominus daturus est pluuiam super faciem terræ.*

Mulier poscenti fidem, non cunctata prophetae credere, promissorum fidem consequuta est.] Poposcit Helias fidem, cum dixit. *Noli uime re, sed vade, & fac sicut dixisti, id est collige ligna, & ex farina fac panem.* Inde addidit. *Verumtamen mihi primum fac de ipsa farina subcinericium panem parvulum, & affer ad me.* Mulier autem [non cunctata credere promissa est consequuta.] Siquidem cum abiisset, & fecisset iuxta verbum Helias, & comedit ipse, & illa, & domus eius, & ex illa die hydria farinæ non defecit, & lecythus olei non est imminutus iuxta verbum Domini, quod locutus fuerat in manu Helias. Ibidem. Narratur inde, vt Helias puerum viduæ hospita suæ mortuum excitaret, & gratiam hospita suæ cumulatè retulerit, Siqui-

proximus aquæ torrens subleuarunt. Sic enim ibidem. *Cum abiisset, sedit in torrente Carith, qui est contra Iordanem. corui quoque deferebant ei panem, & carnes mane, similiter panem, & carnes vespere. & bibebat de torrente.*

Inde admonitus à Domino Saraptæ oppidum petijt.] Inde siccato torrente cum iussu Dei ad oppidum Saraptæ se cõtulisset, & ad viduam quandam diuertisset, ab ea, tanquam secundo remedio, sustentatus est. Ibidem. *Post dies aliquot siccatus est torrentis. non enim pluerat super terram. factus est ergo sermo Domini ad eum. Surge, & vade in Sarapta Sidoniorum, & manebis ibi, præcepi enim mulieri viduæ, vt pascat te.*

Siquidem clamauit ad Dominum, & dixit Domine Deus meus, etiam ne viduam, apud quam ego uiciumq; susceperam, afflixisti, ut interficeres filium eius? Atque ita puerum à mortuis excitauit.

Tum iussu Domini regem adit, exprobratoq; ei sacrilegio poposcit ad se omnem populum congregari.] Hactenus Deus castigauit Achab factis, nunc uerba sequuntur. Quippe ubi Achab calamitate famis, siccitate triennij immissa, ad Dei agnitione non redijt, tum uero Deus per eundem Heliam ipsum admonendum uerbis de officio suo curauit. Nam Helias ad eum profectus sacrilegium exprobrauit, & ut populum conuocaret, mandauit. Verba eius hæc fuerunt. *Non ego turbavi Israel, sed tu, & patres tui, qui dereliquistis mandata Domini, & sequuti estis Baal. Verum tamen nunc mitte, & congrega ad me uniuersum Israel in monte Carmeli, & prophetas Baal CCCCL, prophetasq; luorum, qui comedunt de mensa Iezabel.*

Helias Dominum predicante illi superstitiones suas asserabant.] Sulpicius significat in illo concilio prophetarum actum utrinque de religione esse, atque utramque partem ius, factumque suum uerbis defendisse. Scriptura uero

Tum iussu Domini regem adijt, exprobratoq; ei sacrilegio, poposcit ad se omnem populum congregari. Qui cum properè conuenisset, accitis idolorum ac luorum sacerdotibus cccc ferè & r. inter eos inde orta est altercatio. Helia Dominum prædicante, illi superstitiones suas asserabant. Postremò, placuit fieri periculum, ut si cuius casam hostiam missus cælo ignis absumeret, rata esset religio, quæ uirtutem edidisset. Ita sacerdotes occiso vitulo, Baal idolum inuocare cœperunt: frustra que consumptis inuocationibus, imbecillitate domini sui tacite fatebantur. Tum fortè Helias irridens eos: Ne fortè, inquit, dormiat, clamate uolentius, ut somno quo tenetur, euigilet. Enimuerò miseri

tre-

trepidantes mussare, & tamen quid nam Helias facturus esset, expectare. At ille casum vitulum imposuit, cum prius sacrarium aqua opplesset: inuocatoq; Domino, expectantibus cunctis, ignis cælo delapsus aquam cum hostia assumpsit. Tum uero populus solo stratus, Dominum fateri, idola execrari: postremò, Helia iussu profani sacerdotes comprehensi, deductique ad tormentum, necati sunt. Redeuntem inde regem propheta profectus est. Sed cum ei Iezabel regis uxor uitæ periculum pararet, ad remotiora fecesit. Ibi eum Dominus allocutus est, septem millia uirorum esse adhuc pronuntians, qui se idolis non dedissent. Mirum id Helia fuit, qui solum se à sacrilegio immunem esse crediderat.

missa Helia priores periculum sue religionis fecerunt; inuocantes nomen Baal à mane usque ad meridiem, dicentes. Baal exaudi nos, & non eras uox, nec qui responderet. et ansilibantq; altare, quod fecerant.

Hæc

uero non exprimit, à parte Israelitarum aliquid pro religione Baalis responsum. Sic enim dixit Helias. *Usq; quo claudicatis in duas partes, si Dominus est Deus, sequi mini eum, & non respondit ei populus uerbum.*

Postremò placuit fieri periculum, ut si cuius casam hostiam missus cælo ignis absumeret, rata esset religio, quæ uirtutem edidisset.] Vbi uero Helias uerbis conuincere falsos prophetas non potuit, miraculis eos edendis aggressus est, atque illos pro uocauit ad uirtutis periculum faciendum. Res breuiter, & obscure à Sulpicio traditur. Verum ita acta dicitur in libro Regum. *Iussit Helias, ut illi, qui erant quadringenti prophetae Baal, & ipse, qui unus relictus erat Dei propheta, bouem mactarent, & in rogam membra imponderent. inde illi Baal, ipse Deum oraret, ut calidus igne demisso rogam accenderet. sic enim fore, ut cuius ope ligna flammam concepsissent, is uerus Deus esset. Ita sacerdotes Israelitæ uittulo occiso, Baal inuocare cœperunt, frustra q; consumptis inuocationibus per-*

Hæc tum illi parum prospero suæ superstitionis euentu. Inde, quid Helias fecerit, subdit.

Tum forte Helias irridens eos, Ne forte, inquit, dormiat, clamate vehementius, ut somno, quo tenetur, euigilet.] Hoc sic ibidem. Cumq; esset meridies, illudabat eis Helias dicens, Clamate voce maiore. Deus enim & forsitan loquitur, aut in diuerso foris est, aut in itinere, aut certe dormit, ut excietur. Apud Sulpicium primum [Forte,] videtur vacare, aut mendosum esse. [At ille casum vitulum imposuit, cum prius sacrarium aqua opplesset.] Nunc mirandum opus Helias pro dit, vt faciliè pseudopphetas, & regem confuderit. Hic enim non solum, vt ille, vitulum super ligna imposuit, sed etiam ad virtutem maiorem ostendendam, fecit aquæ ductum quasi per duas aratiunculas in circuitu altaris, & composuit ligna, diuisitque per membra bouem, & posuit super ligna, & ait, Implete quatuor hydrias aqua, & fundite super holocaustum, & ligna.

Imocatoq; Domino ignis calo delapsus aquam cum hostia absumpsit.] Inde ita Deum vocauit. Domine Deus Abraham, & Isaac, & Israel ostende hodie, quia tu es Deus Israel, & ego seruus tuus, & iuxta præceptum tuum feci omnia verba hæc. Exaudi me Domine, exaudi me, ut discat populus iste, quia tu es Dominus Deus, & tu conuertisti cor eorum iterum. Cecidit autem ignis Domini, & vorauit holocaustum, & ligna, & lapides, puluerem quoque, & aquam, que erat in aqueductu, lambens. Ibidem.

Tum verò populus solo stratus Dominum fateri,] Ibidem. Quod cum vidisset omnis populus, cecidit in faciem suam, & ait, Dominus ipse est Deus.

Postremò Helias iussu profani sacerdos comprehensi, deductiq; ad torrentem necati sunt.] Quippe dixit Helias ad eos. Apprehendite prophetas Baal, & ne vnus quidem effingiat ex eis. Quos cum apprehendisset, duxit eos ad torrentem Cison, & interfecit eos ibi. Interfecit autem, idest, interficiendos per regem curauit.

Redeuntem inde regem propheta prosequutus est.] Ibidem. Ascendens Achab abiit in Israel, & manus Domini facta est super Eliam, accinctisq; lumbis curuebat ante Achab, donec veniret in Iezabel. Hoc autem factum est, postquã Helias pluuiam vberem è cælo deuo cauerat, famemque depulerat.

Sed cum ei Iezabel regis vxor vitæ periculum pararet.] Iezabel Tyria, mulier impia, Heliam interimere voluit, quia suos ille occiderat prophetas. Sic enim ad illum dixit. Hæc mihi Di faciant, & hæc

& hæc addam, nisi hac hora cras posuero animam tuam, secit animam vnus ex illis. Ex ea re inde Helias profugit in desertum Bersabee, vbique diuinitus sustentatus, inde iussu Dei redijt Damascum, & vnxit Hazael in regem Syriæ, Iehu in regem Israel, & Heliseum in prophetam.

Ibi eum Dominus allocutus est, septem millia virorum esse adhuc pronuncians, qui se idolis non dedissent. Mirum id Helie fuit, qui solum se à sacrilegio immunem esse crediderat.] Verba Dei ad Heliam in deserto Bersabee hæc fuerunt. Derelinquam mihi in Israel septem millia virorum, quorum gens non sunt incuruata ante Baal.

Ea tēpestate Achab rex Samarię vineam Nabuthæi, adhærentem sibi, concupiuit. Quam cum ille ei vendere noluisset, dolis Iezabel interfectus est. Ita Achab vinea potitus est, cum tamē Nabuthæi mortem doluisse referatur. Mox per Heliam verbo Domini increpitus, agnitoq; crimine cilio indutus, egisse pænitentiam traditur. Quo facto, imminentem pœnam auertit.

increpuit, sed cladem ei denunciauit, qualem passã erat domus Hieroboani, & Baasa regum æquè impiorum. Quare ille scidis vestimenta sua, & operuit cilio carnem suam, ieiunauitq; & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite.

Quo facto imminentem pœnam auertit.] Quippe dixit Deus. Quia Achab humiliatus est causa mei, nõ inducam malum in domum eius. intellexit autem Ioram F. eius, qui à Iehu exunctus est.

Namq;

Ea tempestate Achab rex Samarię vineam Nabuthæi sibi adhærentem concupiuit.] Adhuc narrata est impietas Achab in Deum, nunciu ficticia explicatur in homines. nempe quemadmodũ Iezabel vxor eius Nabuthæum vineam sibi vendere detrectantem dolo sustulerit, atque ita vineam sibi parauit. Hęc res narratur cap. XXI. Reg. III.

Dolis Iezabel interfectus est.] Nempe falsis subornatis testibus, qui dicerent eũ benedixisse Deum, & regē, lapidibus obrutus est.

Per Heliam verbo Domini increpitus.] Helias iussu Domini non solum Achab

Namque rex Syriae magno cum exercitu.] Nouum peccatum Achab, quòd Benadad regem Syriae arma sibi inferentem bis victum incolumem dimisit. Hoc narratur 111 Regum, cap. xx1. ante cædem Nabatheï occisi propter vineam negatâ, & ante pœnitentiã Achab. Benadad verò filius fuit Hazael. cap. xx.

Duobus & triginta Regibus in belli societatem ascizis.] Apparet, tum multos in singulis regionibus fuisse reges, si ex Syria, aut vicinis prouincijs triginta duo ad bellum Samariæ conuenerunt.

Actis deinde obsessorum rebus.] Nempe rebus Achab obsessi. malim autem legi, *Fractis*, quàm *Actis*. licet autem Achab obsessus ad extrema redactus esset, tamen à propheta confirmatus eruptione facta cladem hosti ingentem attulit. post annum autem Syrus reuersus, ut acceptam calamitatem vlcisceretur, iterum ab Achab victus est. Quare verbis Dei à propheta Helia increpitus est, quòd regem bis victum impune dimississet. verba Helix fuerunt. *Hæc dicit Dominus. Quis dimissisti virum dignum morte de manu*

Namque rex Syriae magno cum exercitu, duobus & triginta regibus in societatem belli ascizis, fines Samariæ ingressus, cum rege urbem obsidere cepit.

Actis deinde obsessorum rebus, dat belli conditiones, si aurum & argentum & feminas tradidissent, fore ut vitæ eorum parceret. Sed tam iniustis conditionibus extrema perpeti satius visum. Et cum iam omnium desperata esset salus, Propheta à Domino missus, regem adit, hortatur ut in prælium exeat: cunctantem multis confirmat. Ita eruptione facta, suffi hostes, copiaque præda reperta. Sed post annum reparatis viribus, Syrus in Samariam regressus, acceptâ cladem ultum ire cupiens, rursus victus est. Eo prælio cxx. millia Syrorum interiere. Regi venia data, regnum ei, & pristinus status concessus. Tum Achab verbis Dei à propheta increpitus,

pitus, cur abusus diuino munere, hosti sibi tradito percipisset.

tam vineam, de qua Sulpicius præposterè scripsit.

Igitur Syrus post triennium, bellum Hebræis intulit. Aduersum hunc Achab, pseudoprophetarum impulsu, in prælium descendit: spreto Michæa propheta, & in vincula coniecto, quòd ei exitiabilem fore pugnam denuntiasset.

manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius. His expositis narratur in sacris literis cædes Nabatheï propter nega-

Igitur Syrus post triennium bellum Hebræis intulit.] Non ad fidem expr. effa est sententia sacre scripturæ. Non enim Syrus bellum intulit Hebræis, sed Hebræi Syro. Nam Achab, ut recuperaret Ramoth Galaad, Iosaphat regem Iudæ affinem suum sollicitauit, & coniunctis armis in Syriam contendit. cap. xx11 Regum 111.

Pseudoprophetarum impulsu.] cccc prophetas dicitur conuocasse Achab: rex eos de belli exitu consulturus. qui prospera ei omnia euentura pronuntiant, vnus Michæas infausta respondit, quem Sedecias percussit in maxillam, pro quo Sulpicius, *Michæam in vincula coniectum* dixit. Hic est autem Michæas, cuius extat propheta aduersus Israel.

OCHOZIAS REX ISRAEL.

Ita eo prælio Achab interfectus Ochoziæ filio imperium reliquit. Is æger corpore, cum ex ministris, qui idolum pro salute eius confulerent, misisset: Helias à Deo monitus, obuiam se eis obtu-

Ita eo prælio Achab interfectus Ochoziæ filio imperium reliquit.] Quippe, ut est cap. xx11, *iaculo traiectus inter commissuras, et lorucam.* Hic Ochozias filius Achab Baal quoque coluit, quare à Deo meruit, ut puniretur defectio: ne Moabitum, & naufragio classis, quam in Ci-

Cilicis miserat, ac demum le-
tali morbo absorptus. Ibidem.

Is aeger corpore.] Ex casu
letifero morbo affectus mi-
nistros misit, qui Beelze-
bub Idolum Accaronensium
pro salute sua consularent.
Ex hoc loco incipit histo-
ria quarti libri Regum.

*Helias à Deo monitus ob-
tulit se eis obtulit, increpitusq, renunciare regi iubet, mortem eius con-
secuturam.*] Verba increpationis fuerunt. *Nunquid non est Deus
in Israel, ut eatis ad consulendum Beelzebub Deum Accaron? Qua-
mobrem ait Dominus, De lectulo, quem ascendisti, non descendes, sed
morte morieris.* Ibidem. cap. primo.

Rex, ut propheta prædixerat, obiit.] Ibidem. *Mortuus est Ocho-
zias iuxta sermonem Domini, quem locutus est Helias.*

I O R A M R E X I S R A E L.

*Succesit autem Ioram ei
frater eius.*] Quia Ocho-
zias virilem prolem non re-
liquit, propterea frater eius
Ioram regnavit pro eo. Ibi-
dem. Hic est filius, in quo familiam Achabi extinctum iri Deus
denunciavit.

obtulit, increpitusque renun-
tiare regi iubet, mortem eius
consecuturam. Tum rex com-
prehendi eum, ac deduci ad
se iubet: sed missi, caelesti
igne absorpti. Rex, ut pro-
pheta prædixerat, obiit.

Succesit autem Ioram ei,
frater eius: isque duodecim
annis imperio potitus est.

I O R A M R E X I V D A E.

*At in parte duarum tri-
buum Iosaphat rege defuncto
Ioram filius regnum tenuit an-
nos duodeviginti.*] Transit ad
reges Iudæ. Mortuo Iosa-
phat, qui annos viginti quin-
que regnavit cum Achab,
Ochozia, & Ioram regibus
Israel (nam anno quinto Iora-
m

At in parte duarum tri-
buum Iosaphat rege defun-
cto, Ioram filius regnum tenuit
annos duodeviginti.
Is Achab filiam uxorem ha-
buit, socero quam patri pro-
pior.

ram est mortuus) successit filius Ioram, ita ut duo Ioram eodem
tempore regna tenuerint, vnus Israel, alter Iuda. quod autem di-
citur hic regnasse annos *duodecim*, legendum est *duo*. Sic enim
scriptum est in Regum libro, & rectè. error ex notis natus XVIII,
& VIII.

Is Achab filiam uxorem habuit, socero, quam patri propior.] Sic
ibidem. *Ioram ambulavit in vijs regum Israel, ut ambulauerat do-
mus Achab soceri sui. filia enim Achab erat uxor eius, & fecit ma-
lum in conspectu Domini.* Hæc est autem affinitas, quam Iosaphat
pater cum Achab contraxit, ut supra diximus. Socerum verò
Achab imitatus potius, quam patrem Iosaphat, sacella collium
instaurauit, quæ Iosaphat demolitus fuerat, Helias minas elusit.
Propterea Idumæos, & Lobnam defectione amisit, & ab Arabi-
bus, & Palæstinis bello petrus, demum infestiorum morbo per
bientium diuexatus vita cessit. cap. VI II, quarti Reg.

O C H O Z I A S R E X I V D A E.

Post hunc Ochozias filius
imperium adeptus est. Hoc
regnante, Helias translatus
refertur.

*Post hunc Ochozia filius
Imperii adeptus est.*] Ocho-
zias inquam filius Ioram re-
gis Iudæ. successit enim ita
Ochozias Ioram, ut Ioram
succederat Iosaphati. Hic

est, qui in prælio aduersus Iehu opem ferens Ioram regi Israel ce-
cidit, ut post dicitur.

Hoc regnante Helias translatus refertur.] Intelligit Ochoziam
regem Iudæ, ut post significat. Cum autem trans Iordanem Heli-
seus, & Helias sermonem inter se haberent, ecce currus igneus, &
equi ignei diremerunt vtrunque, & ascendit Helias per turbi-
nem in cælum. Ibidem.

H E L I S E V S P R O P H E T A.

Eodem tempore Heli-
seus discipulus eius, multis
signis potes extitit: quæ om-

*Eodem tempore Eliseus di-
scipulus eius.*] Alter propheta
Heliseus vates ob ingentia
miracula à se edita inclytus
floruit sub Ioram rege Israel,

nia

N

teste

teste Iosepho. Res verò eius narratur libro quarto Reg. cap. II, III, IIII, V, & VI, quæ fuerunt huiusmodi.

Ab eo vidua filius resuscitatus.] Vnum ex mirandis operibus Helisei, quod mortuū suscitauit. Vidua fuit, Sunamitis, idest ex Suna oppido.

Syrus lepra purgatus.] Alterum operum Helisei, quod leprosum sanauit. Rex Syriæ de virtutibus Helisei certior factus misit principem militū Naamā cū litteris ad Ioram regem Israel, præcipiens, vt virum illum sanaret. Quæ res cum Ioram in magnum tumultum coniecisset, Heliseus re cognita hominem ad se accitū curauit, iubens, vt septies se ablueret in Iordane. atque ita sanitatem recepit. qui typus videtur baptismi, quo lepra peccati abluirur.

Famis tempore.] Tertium opus Helisei. quod in summa inopia copiam imminere, prædixit. Quod autem scribit, fuit eiusmodi. Cū Benadad rex Syriæ obsideret Samariam, fames urbē adeo sæua inuasit, vt caput asini venderetur octoginta argenteis, & quarta pars stercoreis columbarum quinque argenteis. ea de re anxio rege Ioram, Heliseus prædixit, ingentem copiam mox futuram. ac paullo post exercitus Syriæ panico terrore copiarū Israelitarum percussus obsidione soluta recessit, & tabernacula cibatorum, opumq; plena reliquit. prædaq; optima potiti Israelitici Helisum vera vaticinatum esse probarunt.

In usum trium exercituum aquæ.] Quartū opus Helisei. Tres reges Israel, Iudæ, & Edom exercitus ducebant aduersus Moabitas per solitudinem Idumææ. laborantes autē penuria aquarū rex Israel Helisum cōsultit, qui ita dixit. *Facite aluicem torrentis huius fossias, & fossias. non videbitis ventum, neque pluiam, & aluicus iste replebitur aquis, & bibetis vos, & familie vestre, & iumenta vestra.*

De exiguo olei immodicis incrementis solutam mulieris debitum.] quod

nia notiora sunt, quàm vt nostro stylo egeant. Ab eo est viduæ filius resuscitatus, Syrus lepra purgatus. Famis tempore, omnium rerū copia fugatis hostibus inuenta, iu usum trium exercituum aquæ præbita: de exiguo olei immodicis incrementis solutum mulieris debitum, & ipsi sufficiens viuendi substantia data.

Hoc quartum est ex mirabilibus operibus Helisei. quod oleum modicum auxit. Querente enim muliere vidua, quod non haberet, vnde solueret debitū mariti mortui, Eliseus modicū olei, quod illa habebat, in tantam magnitudinem auxit, vt abundè habuerit, vnde æs alienum dissoluerit.

Huius temporibus, vt diximus, Ochozias duarum tribuum erat rex: decem verò Ioram, vt supra retulimus, imperabat. Interque eos fœdus ictum. Nam & aduersus Syros iunctis viribus bellatum: & aduersum Iehu, qui per prophetam in regem decem tribuum vinctus fuerat, pariter in prælium egressi, eadem pugna interiire.

Huius temporibus, vt diximus, Ochozias. Præclarus fuerat dictu, Heliam translatum esse, & Eliseum prodigia edidisse sub Ioram rege Israel, & Ioram rege Iudæ, quàm sub Ochozia rege Iudæ. nam Ioram rex Israel Imperium tenuit annos duodecim, Ioram Iudæ annos octo eodem tempore. Ochozias verò annum vnum, qui fuit duodecimus Ioræ Israelitici. sic enim omnia in vnum conijciuntur, cum in multos sint digerenda. Adde, quod Helias, & Eliseus inter decem tribus

vaticinium exercuerunt, non inter duas.

Inter eos fœdus ictum. nam & aduersus Syros iunctis viribus bellatum, & aduersum Iehu.] Anno duodecimo Ioram Israelitici Ochozias Imperium nactus fœdus icit cum eo, atque cum eodē aduersus Hazael regem Syrorum profectus est. in eo bello Ioras vulnus accepit, & curandi sui causa in Iezrabel recessit. Eliseus interim iussu Dei misit prophetam, qui vinceret in regem super Israel Iehu filium Ioaphat filij Nansi, vt vlcisceretur domum impij Achab, quemadmodum se facturum esse denunciarat. Quo facto Iehu rex declaratus ad Iezrabel contra Ioram profectus est, qui in lecto cubabat ægrotus, assistente sibi Ochozia rege Iudæ. & cum ambo sibi obuiam processissent, adortus eos dissecit, ac post necauit. & scriptis litteris in Samariam omnem progeniē Achab deleuit, ita vt à Deo prædictum fuerat.

IEHV REX ISRAEL.

Sed regnum Ioram Iehu tenuit, posito Ochozia in Iudæa rege. Qui vno anno regnavit. mater eius Gotholia regnū occupavit.] Hoc male librarii interpunxerunt. Tu igitur sic distingue. *Sed regnum Ioram Iehu tenuit. Posito Ochozia in Iudæa rege, qui vno anno regnavit, mater eius Gotholia imperium occupavit.* Posito autem videtur scriptum pro deposito, id est sepulto. Res enim ita narratur cap. x i. ubi Athalia pro Gotholia scribitur. Sed Gotholiz nomen est in Paralipom. Hæc est autem quarta familia, quæ tenuit regnum Israhel.

ATHALIA REGINA IVDÆ.

Mater eius Gotholia imperiū occupavit, adempto nepoti Imperio etiam tum parvo puero, cui Ioas nomen fuit.] Nam Athalia omnes filios filii Ochoziz interemit, præter Ioam unum vnum natum, quem Iosaba amica surripuit, & marito Ioiadæ pontifici educandum occultè præbuit. Athalia inde septem annos imperium tenuit, scq; in omnibus rebus iniquissime gessit, quemadmodum Achabibiam decuit.

IOAS REX IVDÆ.

Sed huic ab avia præruptum imperium post octo fere annos per sacerdotem, & populum depulsa avia redditum.] Iosaba Ochoziz foror Ioam puerū post septem annos divulgavit, & legem

Sed regnum Ioram, Iehu tenuit, posito Ochozia in Iudæa rege, qui vno anno regnavit,

Sed regnum Ioram Iehu tenuit. Posito Ochozia in Iudæa rege, qui vno anno regnavit, mater eius Gotholia imperium occupavit. Posito autem videtur scriptum pro deposito, id est sepulto. Res enim ita narratur cap. x i. ubi Athalia pro Gotholia scribitur. Sed Gotholiz nomen est in Paralipom. Hæc est autem quarta familia, quæ tenuit regnum Israhel.

Mater eius Gotholia imperium occupavit, adempto nepoti imperio, etiam tum parvo puero, cui Ioas nomen fuit.

Sed huic ab avia præruptum imperium, post octo fere annos, per sacerdotem & populū depulsa avia redditum. Hic initio regni ob-

servantissimus divini cultus fuit, magnisq; sumptibus templum exornavit. post adulatione principum depravatus, adoratusq; ab eis, Dei irā meruit. Namq; ei Azahel rex Syriæ bellum intulit: inclinatisq; rebus suis, auro templi pacem redemit. Nec tamē ea potius est, facti invidia a suis interfectus, anno imperij quadragesimo. Huic Amasia filius successit.

legendū regem curavit contra Athalam aviam eius, quam Ioiada pontifex populo incitato de medio sustulit. Erat autem septem annorum Ioas, cum regnare instituit. Ibidem.

Hic initio regni observantissimus divini cultus fuit, magnisq; sumptibus templum exornavit.] Sic cap. xli. *Fecit rectam Ioas coram Domino cunctis diebus, quibus docuit eum Ioiada sacerdos. & pecuniam, quæ offerebatur pro pretio an m. e. instaurationi templi attribuit, idq; instauravit.*

Post adulatione principum depravatus, adoratusq; ab eis.] Hoc non est in libro Regum, sed in i. Paralipo. cap. xxiv. *Mortuo Ioiada, ingressi sunt principes Iudæ. adoraverunt regem. qui delinuit obsequijs eorum acquievit eis, & lacis, ac statuis servavit, & Zachariam Ioiadæ filium pennis comminans interfici a populo permisit.* Non est autem hic Zacharias ille propheta, qui post captivitatem vaticinio claruit, cuius liber extat, sed alter. s. ille, qui, ut scriptum est in Euangelio, perit inter altare, & ædem, interprete S. Hieronymo.

Iram Dei meruit. Namque Azahel rex Syriæ bellum intulit.] Ibidem. *Et facta est ira contra Iudam, & Hierusalem propter hoc peccatum. cumq; evolutus esset annus, ascendit contra eum exercitus Syriæ, venitq; in Iudam, & Hierusalem, & interfecit cunctos principes populi.*

Inclinatisq; rebus suis auro templi pacem obrinuit.] Sic in libris Regum. Cum bellum regis Syri propulsare vellet, omnia ornamenta, quæ pater, & avus suus templo intulerant, abstulit, ut regi daret, ne Hierusalem adiret.

Nec tamē ea potius est facti invidia a suis interfectus.] Nō quia donaria templi abstulisset, sed quia Zachariam interfecerat, est

Ioas extinctus. Sic enim cap. xxi i i. Regum quarto. *Surrexerunt contra Ioam serui sui in ulionem sanguinis filij Ioiaæ sacerdotis, & occiderunt eum in lectulo suo. Vocat autem seruos scriptura eos, qui subiecti erant regis imperio.*

Huic Amasia filius successit.] Ibidem. *Regnavit Amasias filius eius pro eo.*

IOACHAS REX ISRAEL.

At in parte decem tribuū defuncto Iehu Ioachas filius eius regnavit.] omisū est egregium Iehu facinus. Is enim simulato cultu Baal omnes seruos Baal in templum advocavit, ac trucidavit, & statum eius imminuit, & templum evertit. non tamen recessit à cultu vitulorum, quos exexerat in Dan, & Bethel rex Hieroboam. Quare dixit ad eum Dominus, Quia studiose egisti, quod rectum erat, & placebat in oculis meis, filij tui usque ad quartam generationem sedebunt super thronum Israel. rectè. nam hi post illum ex posteritate eius regnarunt, Ioachas, Ioas, Hieroboam, & Zacharias, quem Sellum occidit. De Ioachas patrem Iehu excipient lib. i i i. cap. x i i. Regum.

Inuisus Deo malis operibus.] Ibidem. *Ioachas fecit malum coram Domino, fecitque, est peccata Hieroboam filij Nabath, qui peccare fecit Israel, & non declinavit ab eis.*

Ob quæ regnum eius Syris præda fuit.] Ibidem. *Iratusq; est furor Domini contra Israel, & tradidit in manu Hazael regis Syriæ, & in manu Benadad filij Hazael cunctis diebus.*

Donec Dei misericordia depulsis hostibus pristinum habere statum ceperunt.] Ibidem. *Deprecatus est Ioachas faciem Domini, & audiuit eum Dominus. F'idit enim angustiam Israel, quia atrinverat eos rex Syriæ, & dedit Dominus salvatorem Israel, & liberatus est de manu regis Syriæ, habitaueruntq; filij Israel. in tabernaculis suis, sicut heri, & mundius certius.*

IOAS

IOAS REX ISRAEL ET AMASIAS R E X I V D A.

Ioachas diem functus, Iohæ filio reliquit regnum, Is Amasias regi duarum tribuum civile bellum intulit, victoriaq; potitus, multam prædam in regnum suum conuertit. Idque ob Amasias delictum accidisse traditur. Siquidem Idumæorum fines victor ingressus, idola gentis eius assumpserat. Hic nouem annos regnasse scribitur, quantum in libris Regnorum reperi. Sed in Paralipomenis, atque etiam in Chronicis, nouem & viginti annos imperium tenuisse annotatum est: ea nimirum id persuadente ratione, quæ in his regnorum libris facile perspicitur potest.

Ioachas diē functus Ioæ filio reliquit regnum.] Anno tricesimo nono, quo regnabat Ioas rex Iudæ, cui successit Amasias filius, obiit Ioachas rex Israel, ac regnum Ioæ filio reliquit.

Is Amasias regi duarū tribuum civile bellum intulit.] Hoc facere potuit, quia Amasias iniit regnum Iudæ anno secundo ipsius Ioæ regis Israel bellum inferentis. quamvis Sulpicius ante meminit regis Amasias, quam Ioæ inuentis. De civili hoc bello, sic ibidem. *Amasias rex Iuda prouocauit Ioam regem Israel, & congressus cum eo in Bethsames oppido Iudæ. percussusq; est Iuda coram Israel, & fugerunt unusquisque in tabernacula sua. Amasiam uerò regem cepit Ioas in Bethsames, & adduxit eum in Hierusalem, & interrupit murum Hierusalem. tulitq; omne aurum, & argentum, & uasa,*

& obsoles, & reuersus est in Samariam. Ex quo apparet regē Israel non bellū intulisse, ut inquit Sulpicius, Amasias, sed excepisse.

Idq; ob Amasias delictum accidisse traditur, siquidem Idumæorum fines victor ingressus idola gentis eius assumpserat.] De bello Idumæorum sic in Regibus *Amasias percussit Idom in valle Salinarum decem milia, & apprehendit Petram in pralio.* Atque hoc factum est, antequam prouocaret regem Israel. De idolis uerò sic in Paralipom. *Amasias post cadem Idumæorum, & altatos Deos silio-*

rum Steir. statim illos in Deos sibi, & adorabat eos, & illis adolebat in censuram. Quare nobrem iratus Dominus contra Amasiam, misit ad eum prophetam.

Hic novem annos regnasse scribitur, quantum in libris Regum reperit.] Hodie lib. I I I I Regum, cap. X I I I sic scribitur. Amasias viginti quinque annorum erat, cum regnare cepisset, viginti autem, & novem annos regnavit in Hierusalem.

Sed in Paralipomenis, atque etiam in Chronicis novem, & viginti annos Imperium tenuisse annotatum est.] Idem numerus, & eadem verba hodie sunt etiam in I I. Paralipom. cap. XXV. quæ sunt in Regibus.

I O R A M, S I V E H I E R O B O A M R E X I S R A E L.

Ioram enim rex decem tribuum octavo anno imperij Amasie traditur regnare cepisse.] Hodie quoque in libris Regum, cap. V I I I. lib. I I I I. sic legitur. Anno quintodecimo Amasie regis Iudæ regnavit Hieroboam in Samaria, filius Ioas regis Israel quadraginta, & uno anno. & rectè legitur. Ceterum in libris Regum dicitur Hieroboam, qui in Paralipomenis.

Regnante denum Ozia Amasie filio, quarto imperij eius anno defunctus est.] Quid sibi velit illud Quarto, non video. siquidem Ioram, siue Hieroboam defunctus est anno XXXV I I I Ozia. nã eo anno Zacharias filius successit ei. ex libris Regum.

Quæ

Ioram enim ex decem tribuum, octavo anno imperij Amasie traditur regnare cepisse, unumq; & quadraginta annos imperium tenuisse: regnante demum Ozia Amasie filio, quarto imperij eius anno defunctus est. Qua ratione viginti & novem annos regi Amasie effecit. Itaque nos hoc ipsum secuti, quia rationem temporum persequi placet, Chronicorum auctoritati accessimus. Igitur Amasie Ozia filius successit. nam in parte decem tribuum Ioas diem functus, Ioram filio loco fecerat:

Qua ratione viginti & novem annos Regi Amasie effecit.] Si etiam ea, quæ scribit Sulpicius, vera essent. tamen hunc numerum viginti novem annorum non efficerent. Nam si sumas annos Amasie, qui sunt ab octo ad viginti novem, efficiunt viginti unum, si addas quatuor Ozia, erunt viginti quinque, non viginti novem. Vigintus hic numerus conficeretur, ita legendum esset. Ioram enim rex decem tribuum quinto decimo anno Imperij Amasie traditur regnare cepisse, unumq; & quadraginta annos Imperium tenuisse. regnante demum Ozia Amasie filio, vicesimo octavo eius Imperij anno defunctus est.

Itaque nos hoc ipsum sequuti Chronicorum auctoritati accessimus.] Eusebii Chronica intelligere potest, qui annos viginti novem Amasie tribuit.

Igitur Amasie Ozia filius successit.] Qui in libris Regum dicitur Azarias, in Paralipomenis appellatur Ozias, ut etiam à S. Matthæo cap. I. Hoc regnante Osee propheta vaticinium suum inijt, ut ipse scripsit. Item Amos. Vterq; excidia Israelitarum, & Iudæorum, itemq; vicinorum Regum futura prædixit.

Nam in parte decem tribuum Ioas diem functus Ioram filio loco fecerat.] Hoc significavit supra, quando dixit. Ioram enim rex decem tribuum octavo anno Imperij Amasie traditur regnare cepisse

ZACHARIAS REX ISRAEL.

Postque hunc Zacharias eius filius regnavit. Horum nos regum, omniumque, qui in parte decem tribuum Samariæ præfuerunt, annotanda esse tempora non putavimus: quia brevitati studentes, superflua omisimus, & ad cognitionem temporum eius potissimum partis annos credimus persequendos,

Postque hunc Zacharias filius eius regnavit.] Ibidem Zacharias excepit Hieroboam patrem anno trigesimo octavo Ozia regis Iudæ.

Horum nos regum.] Reddit rationem, cur non nos et numerum annorum, quos regnarunt reges Israel, ita, ut eorum, qui fuerunt Iudæ. & inquit, ut prolixitate vitarem, & quia series annorum regum Iudæ longius pro-

producta est, quàm regum Israel. & propterea eorum potius, quàm horum, habuit rationem, ut aptiorum ad tempora digerenda. Nà reges Israel multis annis ante in Assyriam translati sunt, quàm reges Iudæ in Babyloniam.

OZIAS REX IVDÆ.

Igitur Ozias regnum Iudæ adeptus præcipuam curam Domini cognoscendi habuit. Ozias clarum tunc pietatis exemplum. Sic in libris Regum. *Fecit, quod placitum erat Domino iuxta omnia, quæ fecit Amasias pater eius.*

Zacharia propheta plurimum iustus.] In Paralipom. Et exquisivit Dominum in die Zachariæ intelligentis, & videns Deum, cumq; requireret Dominum, direxit eum in omnibus.

Esaïas etiam sub hoc primo propheta esse dicitur.] Sumpsit ab Isaïa, qui sic exortus est. *Visto Isaïa filij Amos, quam vidit super Iudam, & Hierusalè in diebus Ozias, Ioatham, & Achaz, & Ezechie regum Iudæ, item in Paralipom.* Hic præter ceteros adeo apertè de Christo uaticinatus est, ut euangelista potius, quàm propheta censendus sit, teste S. Hierony.

Q159

dos, quæ in captiuitatem potius abducta, prolixius tempus in regno habuit.

in Assyriam translati sunt, quàm reges Iudæ in Babyloniam.

Igitur Ozias regnum Iudæ adeptus præcipuam curam Domini cognoscendi habuit, Zacharia propheta plurimum usus. Esaïas etiã sub hoc primùm propheta se traditur, quo merito prosperis euentibus aduersus finitimos bella gessit. Arabas etiam deuicit. Iamq; Aegyptum terrore nominis sui concusserat, elatusq; secundis rebus, illicita præsumens, incensum Deo obtulit: quod solis facere sacerdotibus fas erat. Itaque cum per Azariam sacerdotem increpitus eo loco decedere cogeretur, atque in iram exarsisset, lepra oppletus decessit. Quo morbo affectus, vitam functus est, cum regnasset

set

set annos duos & quinquaginta.

Quo merito prosperis euentibus aduersus finitimos bella gessit. Id est Philistæos, & Ammonitas. ex Paralipom.

Arabas etiam deuicit.] Item in Paralipom.

Iamq; Aegyptum terrore nominis sui concusserat.] Item in Paralipom. Et diuulgatum est nomen eius usque ad introitum Aegypti propter crebras uictorias.

Elatusq; secundis rebus illicita præsumens incensum Deo obtulit, quod solis facere sacerdotibus fas erat.] Ibidem. Sed cum corroboratus esset, eluatum est cor eius in interitum suum, & neglexit Dominum suum, ingressusq; templum Domini adolere uoluit incensum super altare thymiomaticis, statimq; ingressus post eum Azarias sacerdos. Et cū eo sacerdotes Domini octoginta resisterunt regi, & dixerunt. *Non est tui officij Ozias, ut adoleas incensum Domino, sed sacerdotum, hoc est filiorum Aaron, qui consecrati sunt ad huiusmodi ministerium. Egredere de sanctuario, ne contempseris.* Iratusq; Ozias, & tenens in manu thuribulum, ut adoleret incensum, minabatur sacerdotibus, statimq; orta est lepra in fronte eius coram sacerdotibus.

Lepra oppletus decessit.] Decessit, non est obiit, sed templo abiit. Nam post subdit. Quo morbo affectus uita functus est. expressit enim uerba Paralipom. Et ipse perterritus accelerauit egredi.

Cum regnasset annos duos, & quinquaginta.] ex cap. xv. lib. i. i. i. Regum.

IOATHAS REX IVDÆ.

Regnum inde Ioathæ filio datum: isque admodum sanctus fuisse traditur, prospereque imperium administrauit: gentem Ammonitarum bello victam, stipendium præstare coegit. regnauit autè annis xvi. Eidemq; Achaz filius successit.

Regnum deinde Ioathæ filio datum.] Ex eodè loco. Ceterum regnante apud Iudam Ioatha Michæas prophetiam iniuit, ut ipse scripsit, eamque deinceps sub Achaz, & Ezechia exercuit, exitium Israeli, & Iudæ propter impietatem denunciã, ac tandem redemptionem etiam ostentans. Quod post ipsum plurimi alii præcipuo

pulo Dei beneficio surdis Hebræorū auribus frustra intonauerunt.
Isq̄, admodum sanctus fuisse traditur.] Quippe fecit, quod placitum erat Domino iuxta omnia, quæ fecerat Ozias pater suus, operatus est.

Genem Ammonitarum bello victam stipendium prestare coegit.] Nec solum pietate, sed etiam fertitudine excelluit. nam pugnavit contra regem filiorum Ammon, & vicit eos, dederuntq̄, ei filij Ammon in tempore illo centum talenta argenti, & decem millia coros tritici, & hordei.

Eidemq̄, Achaz filius successit.] Et hoc est cap. xv. 111 Regum. & 11 Paralipom. cap. xx.

NINIVITARVM PŒNITENTIA.

Celebris circa hæc tempora Niniuitarum fides.] In certis Niniuitarum historiam, quæ fuit talis. Nimiæ urbs erat regni Assyriorum caput ad Tigrim amnē, quod tū tenebat Phulbelochus, qui Sardanapalo occiso regnum assumpserat. Cum igitur populus Niniues prosperis rebus cæcatus omnibus se flagitijs, probrisque pollueret, iratus Deus, misit ad eum Ionam prophetam, ac regi, & populo extremam cladem imminere denunciavit. qua re audita illi, licet errore gentilitatis infecti, pœnitentiã acrem egerunt, atque ita ira Dei in præsens placata, calamitatem illam in aliud tempus auerterunt. Hęc igitur legatio Ionæ propheta: ad Niniuitas hoc loco narratur, perita ex libro
 Ionæ,

Celebris circa hæc tempora Niniuitarum fides traditur. Id oppidum olim ab Astur, Seon filio conditum, caput regni Assyriorū fuit: frequens tum incolentium multitudine, alens virorum millia c & xx. atque, vt in magno populo, abundans vitij. Queis Deus motus, Ionam prophetã ex Iudæa ire præcepit, ac denunciare vrbi excidium, sicut olim Sodomam & Gomorrham diuinis ignibus conflagrassent. Verum propheta prædicationis istius ministerium detrectans, non contumacia, sed præscientia, qua videbat

Domini

Dominum pœnitentiã populi placandum, nauim, quæ longè diuersa regione Tharsos petebat, conscendit. Sed vbi in altum processum, nauis fauitia maris compulsa, quis nam esset mali causa, forte explorauere. Cum super Ionam fors decidisset, tanquam piaculum tempestatis in profundum proiectus est: exceptusque à cæto, marino monstro, ac deuoratus, post triduum ferè Niniuitarum littoribus eiectus, iussa prædicat, urbem scilicet ob peccata populi triduo perituram. Igitur nõ dissimulanter, vt olim Sodomis, audita est vox Prophetæ: ac statim iussu regis, exemploque, populus vniuersus, quin & recens nati, cibo potuque abstinere iubentur: iumenta itidem & diuersi generis animalia fame ac siti, lamentarium speciem cum hominibus præbebant. Ita imminens malum auersum. Ionæ apud

Deum

Ionæ, in quo ipse rem præcipuè memoratæ commendauit, sed ita, vt tempus, quo hæc gesta sit, occultat. at liber quartus Regū, cap. xiiii, ostendit, sub Hieroboam Ioæ filio hæc accidisse. *Hieroboam, inquit, restituit terminos Israel iuxta sermone Domini Dei Israel, quem locutus est per seruum suum Ionam filium Amathi prophetam.* Atque ita exposuit quoque Iosephus libro nono, & post eum S. Hieronymus.

Id oppidum olim ab Astur Seon filio conditum.] Sumptum ex 1111 Genesis.

Alens virorum millia centum viginti.] Ex cap. 1111 Ionæ.

Tharsos petebat.] Tharsum urbem Ciliciæ principem significat, vt interpretatur Iosephus. S. Augustinus Tharsis Ciliciã, Tharsum urbem metropolim tradidit. idem etiam Tharsis Carthaginem potius esse putauit in expositione Psalmi NLVII. In spiritu violento conteres naves Tharsis.

Niniuitarum littoribus eiectus.] Ionas scripsit, se eiectum in aridam, id est in litus, Niniuitarum verò non dixit. quo modo autem perit, qui in mari Syriaco deuoratus

uoratus est à cete, eijci ab eodem ad littora Ninive, quæ erat ad Tigrim? at Iosephus melius. *Eiectus est ad littus Ponti Euxini, inde pedibus se Ninive contulit.*

At statim iussu regis, exemploq; populus uniuersus, quin & recens nati cibo, potuq; abstinere iubentur. inuenta ibidem, & diuersi generis animalia compulsa fame, ac siti lamentantium speciem cum hominibus præbebant.] Hoc longe alijs verbis expressit Ionas. *Rex surrexit de solio suo, et abiiecit vestimentum suum à se, & indutus est sacco, et sedit in cinere, & clamauit, & dixit in Ninive ex ore regis, & principis eius dicens. Homines, & iumenta, & boves, & pecora non gustent quidquam, nec pascantur, & aquam non bibant, & operiantur facies homines, & iumenta, & clament ad Dñm in fortitudine. Tria potro sunt, quæ in iuctu, & dolore magno, aut in peccati penitentia antequam fecere Hebræi, atque Hebræorum exemplo ceteri, qui aliquam Dei notionem habuerunt. vestimenta sua sciderunt, & capita puluere, aut cinere conaspererunt. vt Gen. c. 37. Leu. 21. Num. 14. primo Regum. c. 1. secundo Paralip. c. 20. Euerfio autem Niniuus, quam nunc Deus remisit, post sub alio rege accidit, vt dicemus. S. Augustinus in lib. de Symbolo ad catechumenos ostendit omnibus actionibus Ionæ respondere actiones Christi.*

SELLA REX ISRAEL.

At in Samaria Zachariã regem admodum impium, quò superius regnasse memorauimus, Sella quidã interemit.] Hoc his verbis expressum est cap. xv. 1111 Regum. *Zacharias fecit, quod malum erat coram Domino, sicut fecerant patres eius, nec recessit à*

peccatis Hieroboam filij Nabath, qui peccare fecit Israel. Coniurauit autem contra eum Sellum filium Iabes, percussitq; eum palam, & interfecit, regnauitq; pro eo. Atque in hunc modum quarta familia regum

Deum conquerenti, quòd fides dictis non affuisset: responsum, penitentibus veniam negari non posse.

At in Samaria Zachariã regem admodum impium, quem superius regnasse memorauimus, Sella quidam interemit, regnumque occupauit:

regum Israel à Deo excitata ad id fastigium, vt religionem suam conseruaret, propter cultum impietatis extincta est. fuit autem progenies regis Iehu.

MANEHM REX ISRAEL.

Idemque Manæ infidijs, exemplo facti sui perit. Mane ereptum Sellæ imperium tenuit.

Idemq; Manæ infidijs exemplo facti sui perit.] Quod euenit olim Zambri, vt interfecto Ela regnum per vim occupatum septem in dies tenuerit, idem quoque

Sellæ contigit, qui eo vno tantum mense potitus est. Nam, vt inquit scriptura, *ascendit Manehem filius Gadi de Thersa, venitq; in Samariam, & percussit Sellum filium Iabes in Samaria, & interfecit eum, regnauitq; pro eo. Et hæc quinta regum familia fuit. Legè dum autem videtur pro Manæ infidijs Manehem infidijs. extremæ syllabæ locum errori dederunt.*

Mane ereptum Sellæ Imperium tenuit.] Sic cap. xv. quarto Regum. *Manehem fecit, quod erat malum coram Domino, non recessit a peccatis Hieroboam, qui peccare fecit Israel cunctis diebus eius. Venit Phul rex Assyriorum in Thersam & dedit Manehem Phul mille talenta argenti, vt esset ei in auxilium, & firmaret regnum eius. Indixitq; Manehem argentum super Israel cunctis potentibus, & dimittibus, vt daret regi Assyriorum quinquaginta siclos argenti, reuersusq; est rex Assyriorum, & non est moratus in Thersa. Hic dicitur à gentilibus Phul bel Ochus, qui regnauit inter Assyrios extincto Sardanapalo. ac primus cum Israelitis negocium habuit.*

PHACEIA REX ISRAEL.

Filioque Pachæ reliquit.

Filioq; Pachæ reliquit.] Regnauit Phaceia filius Manehem pro eo, qui & ipse patrem imitatus malum fecit coram Domino. Quare occisus simul vitam, imperiumque auisit.

PHACEE REX ISRAEL.

Translatio Zabulon, & Nephtalim
in Assyriam.

Eundé verò Pache quidam eiusdem nominis intererunt, regnumque occupavit. In libris regum non sunt eiusdem omnino nominis filius Manehé interfectus, & interfectus, ac successor eius. nam ille Phaceia, hic Phacee dicitur. Res autem eius per annos viginti gesta, & à Sulpicio prætermittitur, hæc fuerunt. Hieroboami impietatem imitatur, Iudæam sub rege Iudæ Ioatham excursionibus vexat, inde assumpto Razi rege Syriæ, Achazum successorem Ioathæ armis aggreditur, & facta ingenti cæde Hierosolyma obsidet. Achazus in auxilium sui regem Assyriorum aduocat, qui Teglar Phulassar dicebatur, qui Galilæam ei adimit, & tribus Galilee Zabulon, & Nephtalim in Assyriam transfert. atque hæc prima transigratio fuit populi Israel. Quare Phacee in odium suorum adductus ab Osee inica conuentione perimitur. lib. IIII Regum cap. xv, & xvi. Hoc modo Iudæi Galilæa potiti eam habitare cepisse iudicari possunt.

OSEE REX ISRAEL.

Mox ab Osee peremptus eodem scelere, quo assumptus, Imperium amisit. Sic cap. xv. *Coniurauit autem, & retulit insidias Osee filius Ela contra Phacee filium Romelie, & percussit eum, & interfecit, regnauitque pro eo.*

Hic ultra omnes reges superiores impius. Immo minus, quã reges superiores, inquit Regum historia cap. xvii.

Eundem verò Pache quidam eiusdem nominis intererunt, regnumque occupavit.

Mox ab Osee peremptus, eodem scelere quo assumptus, imperium amisit. Hic ultra omnes reges superiores impius, pœnam sibi, perpetuamque genti captiuitatem à Deo meruit. Namque ei Salmanassar rex Assyriorum intulit bellum, victumque tributarium sibi efficit.

efficit. Sed cum occultis consiliis rebellionem pararet, regemque Aethiopum, qui tum Aegyptum obtinebat, in auxilium accerferet, idque Salmanassar comperisset, perpetuis eum vinculis in carcerem coniecit, urbemque excidit, populû uniuersum in regnum suum abduxit, Assyriis in hostili solo ad custodiam positus. exinde ea pars Samaria appellata: quæ lingua Assyriorum custodes Samaritas vocat. ex quibus plerique diuinas ceremonias receperunt, reliquis in errore gentilitatis perseverantibus. Hoc bello Tobias in captiuitatem ductus est.

uium Gozam in ciuitatibus Medorum collocatus. cap. xvii, & xviii.

Tributarium sibi fecit. Anno primo Osee. Sed cum occultis consiliis rebellionem pararet. Anno septimo Osee.

Regem Aethiopum, qui tum Aegyptum obtinebat. Hic nominabatur Suez. neque à scriptura, neque à Iosepho Aethiopum rex vocatur, sed tantum Aegyptiorum.

Perpetuis eum vinculis in carcerem coniecit. Nempe post triennem obsidionem anno nono.

xvii. *Facitque, malum coram Domino, sed non sicut reges Israel, qui ante eum fuerunt.*

TRANSLATIO ISRAEL
IN ASSYRIAM.

Namque ei Salmanassar rex Assyriorum. Hæc est cades extrema regum, & populi Israel, qua in Assyriam translatus est. Nam anno primo Osee regis Salmanassar rex Assyriorum exercitum aduersus Osee adduxit, victumque sibi dare tributum coegit. Atque inde domum regressus cum septimo anno comperisset, Osee legatos ad Suez regem Aegypti misisse, ut eius ope se à tributo imposito liberaret, iterum in Samariam uenit, & Samariam triennio cum rege obsedit, ac tandem anno nono cepit. Rex, & populus captiuus in Assyriam est translatus, & in urbibus Hala, & Habor iuxta flu-

urbem excidit.] Nempe Samariam. melius erat dictu, cepit. neque enim scriptura excidiam memorat, & recte, cum tradita sit ad habitandum Assyriis.

In regnum suum abduxit.] In Assyriam, & præcipuè Niniue urbem. consuevere enim Assyrii populos contumaces alio trãserre, vt in officio continerent. Pergit inde scriptura docere, in hac cladem incidisse Israelitas, quia à cultu Dei, quem tradiderat Moyses, defecerant, & nouam Deorum religionem ascuerant. *Factum est, inquit, cum peccassent filij Israel Domino Deo suo, qui edu- xerat eos de terra Aegypti de manu Pharaonis regis Aegypti, conuer- sit Deus alienos, & ambulauerunt iuxta ritum gentium, quas consumpserat Dominus in conspectu filiorum Israel, & regum Israel. Iratus q̄, est Dominus uehementer Israeli, & abstulit eos à conspectu suo, & non remansit nisi tribus Iuda tantummodo, proiecit q̄, Dominus omne semen Israel, & afflixit eos, & tradidit eos in manu diripientium, donec projiceret eos à facie sua.*

Assyrijs in hostili solo ad custodiam positjs.] Scriptura inquit, Assyrios in Samariam esse adductos, qui eam pro Israelitis inco- lerent, non qui custodirent. Sic enim cap. xvi. *Adduxit rex Assyriorum de Babylone, & de Cutbas, & collocauit eos in ciuitatibus Samarie pro filijs Israel, qui possederunt Samariam, & habitauerunt in urbibus eius.*

Exinde pars Samaria appellata.] Quanquam Samarites custo- dem significat, non tamen ex eo Samaria nomen accepit, verum à *Somer*, qui montem vendidit, vbi vrbs Samariæ condita est, vt supra diximus. Sic enim Regum I I I, cap. xxxvi. *Amri rex Israel emisit montem Samariæ à *Somer*, & ædificauit eum, & vocauit nomen ciuitatis, quam extruxerat nomine *Somer* domini montis Samariæ.* Itaque multò ante hoc tempus scriptura nomen Samariæ cele- brauit.

Ex quibus plerique diuinas caerimoniae receperunt, reliquis in erro- re gentilitatis persuerantibus.] Hanc rem omnium maximè me- morabilem nimis angustè expressit. fuit verò talis. Qui translati in Samariam ex Babylonia fuerant, ferme Cuthei erant, homines gentilitatis errore imbuti. Cum autem dijs patrijs sacrum facerent, à leonibus deuorari cœperunt. Cum autem didicissent, id euenire, quòd in ea terra nò more gentis Israeliticæ cultui vnus Dei operam darent, rex Assyriorum doctus permisit, vt vnus è sacerdotibus captiuum eò reducerent, qui eos iura regionis do- ceret

ceret. Venit vnus ex ijs, & habitauit in Bethel, & docuit. & una- quæque gens fabricauit Deum suum, & nihilominus colebãt De- minum. Hæc cap. xvi. *Adit Iosephus eos recepisse quinque libros Moysis, sed malè interpretatos esse, quare Samaritas neq; gentiles, neq; Iudæos euasisse. Verum, cum Iudæi bene rem suã gererent, se Iudæos, & Ioseph progeniem asseruisse, cum malè, se Babylonios affirmasse.*

Hoc bello Tobias in captiuitatem ductus est.] Sumptum est ex principio libri Tobia. sic enim scriptum est. *Tobias ex tribus, & ciuitate Nephthali, cum captus esset in diebus Salmanassar regis Assyriorum, in captiuitate tamen positus viam veritatis non deseruit. & post. Igitur, cum per captiuitatem deuenisset cum uxore sua, & filio in ciuitatem Niniuen cum omni tribus sua, & cum omnes ederent ex ci- bus gentilitum, iste custodiuit animam suam, & nunquam contaminatus est in escis eorum, & propterea Deus dedit illi gratiã in conspectu Sal- manassar regis.*

A CHAZ REX IVDÆ.

At in parte duarum tri- buum rex Achaz ob impie- tatem inuisus Deo, cum fi- nitimorum bellis sæpe pre- meretur, deos gentium co- lere decreuit, nimirum quia eorum illæ auxilio victores frequentibus præliis existi- tissent. Ita in hoc nefariae mentis piaculo diem fun- ctus est, cum xvi annis in regno fuisset.

At in parte duarum tri- buum rex Achaz ob impie- tatem inuisus Deo.] Supra Achaz regnum cepisse ostēdit, cum scripsit. *Ioathæ Achaz filius successit.* Inde interrupto sermone de regi- bus Iudæ, transijt ad Israeli- ticos Zachariam, Sellam, Manehem, Phacciam, Pha- cec, & Osce. atque ita histo- riam eorum captiuitate Af- syria terminauit. Nunc ve- rò redit ad reges Iudæ, & præcipuè ad Achaz, de quo sermonem instituerat, & de impietate eius tradit. qua

ceteros reges superauit. Vnde Paralip. II, cap. xxv. *Achaz non rectum fecit in conspectu Domini, sicut Dauid pater eius, sed ambulauit in vijs regum Israel, insuper & statuas fudit Baalim.*

Cum finitimorum bellis sæpe premeretur.] Finitimis bellis petitis ad gentium Deorum opem confugit. primum Rasis regis Syriae & Phacee regis Israel bellum passus est. contra quos auxilium regis Assyriorum Teglatphulassar aduocauit, ut supra diximus, deinde incursionibus Idumæorum, & Palæstinorum, qui aliquot ei urbes ademerunt, afflictatus est. Reg. xv. Paralipo. xxv. **IIAIAS VII.**

Deos gentium colere decreuit, nimirum quia eorum ille auxilio uires frequentibus præliis extitisset.] Et hoc obscurius dictum est propter orationis angustias. Res autem ita habuit. Achaz à Deo opem postulare ab Ilaia uate iussus, id facere abnuuit. & ad auxilium Teglatphulassaris Assyriæ regis confugit. Ad eum inde, cum Damasci esset, profectus aram maximam Syrorum Deorum ibi animaduertit, atque exemplar eius Hierusalem ad Vriam pontificem miisit, mandans, ut similem fabricaret. Vbi uerò Hierusalem rediit, aram illam ueneratus est, & sacrificium fecit. idemque Vriæ pontifici faciendum mandauit. Hac reg. xvi. Additur Paralipome. xxviii. *Insuper & tempore angustiarum suis auxilium in Dominum, ipse per se rex Achaz immolauit Dijs Damasci uictimas percussoribus suis, & dixit. Dijs regum Syriae auxiliantur ijs, quos ego placebo hostijs, & adierunt mihi, cum e contrario ipse fuerint inimici ei, & uniuerso Israel. Ita in hoc nefariæ mentis piaculo diu functus est.*] Ibidem.

EZECHIAS REX IUDÆ.

Huic Ezechias filius successit.] Iam aggreditur Ezechiam regem Iudæ, virum, si quisquā alius fuerit, præclari exempli, ac singularis in Dominum pietatis. Nam iam pridem ita regnabatur in Iudæa, ut uicissim boni reges prauos exciperent, cōtraque malis probi imperium traderent. Itaque ut Achaz præclaræ Ierarchæ patris inlicita repudiaret, sic

Eze-

Huic Ezæchias filius successit, multum paterni dissimilis ingenii. Namque initio regni, populum sacerdotefque ad Dei cultum cohortatus, multis differuit, ut frequenter castigati à Domino, sapies essent misericordiam consecuti: ut postremum decem tribus, in capti-

uita-

uitatem nuper abductæ, sacrilegij pœnas dissoluerent: curandum eis sedulo, ne eadem pati mereantur. Ita cōuersis ad religionem omnium animis, Leuitas Sacerdotesque omnes ad celebranda, secundum legem sacrificia ordinauit: celebrarique Pascha instituit, quod iam pridem fuerat omissum. Cumque dies festus adesset, dimissis per omnem terram nuntiis, conuentus diē edixit: ut si qui post abductionem decem tribuum in Samaria resedissent, ad solem ne sacrum conuenirent. Ita frequentissimo cōuētu dies sacer publica letitia exactus, longo post interuallo religione legitima per Ezechiam restituta.

dite me, & que sequuntur. Quod uerò inquit Sulpicius,

Et postremum decem tribus in captiuitatem nuper abductæ sacrilegij pœnas dissoluerent.] Hoc non solum Ezechias initio regni non dixit, ut apparet ex sacris libris, sed neque dicere potuit. nam anno quarto Ezechie Salmanassar bellum intulit regi Osæ, anno uerò septimo eundem cum decem tribubus in Assyriam abduxit. ipse uerò hanc orationem habuit primo mense anni primi.

Ita conuersi ad religionem omnium animis leuitas sacerdotefque omnes ad celebranda secundum legem sacrificia ordinauit.] Secundum

O 3 religio-

Ezechias longè se ab Achaz patris corrupta disciplina remouit. & rectè. Nā fecit, quod placitum erat in conspectu Domini iuxta omnia mandata, quæ fecerat David pater eius. Paralipom. i. xx. x.

Namque initio regni populum sacerdotefque cohortatus, multis differuit, ut frequenter castigati à Domino sapies essent misericordiam consecuti.] Ezechia res pluribus persequitur, ut quæ fuerint egregiæ, & memoratu dignissimæ, unde plurimum iuari lector ad imitationem possit. Ille uerò rem diuinam, & bellicam egregiè gessit. Res diuinæ primū opus fuit oratio habita ad populum pro religione ueterè instauranda, de qua agit eodem in loco ita. *Ezechias in seculo primo regni sui aperuit ualuas domus Domini, & intamauit eas, aduocansque sacerdotes, atque leuitas, & congregauit eos in plateam orientalem, dixitque ad eos. Au-*

religionis opus fuit, legitimâ sacrificiorum instauratione, de qua itē multis uerbis Paralipom. cap. xxix.

Celebrari: q; Pascha instituit.] Tertium religionis opus instauratione Paschatis. Quippe aduocauit omnes populos Israel, & Iudæ, ut uirent ad celebrandum Pascha de Bersabee usq; Dan. Ibidem cap. xx. Ex quo apparet, si populos Israel aduocauit, eos nondum in Assyriam fuisse traductos.

Cumq; dies festus adesset, dimissis per omnem terram iuuujs conuentus diem edixit, ut si qui post abductionem decem tribuum in Samaria resedissent, ad sollempne sacrum conuenerent.] Ab eodem errore hoc edictum finxit Sulpicius, quo illa uerba superiora de abductione decem tribuum protulit. Edictum uero illius non fuit sententiæ. neque enim misit ad eos, qui remanserant ex decem tribubus. nã nemo remanserat, sed ad ipsas tribus nondum abductas. Siquidē scriptum est. *Cursores urgebant uelociter de ciuitate in ciuitatem per totam Ephraim, & Manasse, usque Zabulon, illis irridentibus, & subsumantibus eos. Atamen quidam uiri ex Aser, & Manasse, & Zabulon acquiescentes consilio uenerunt Hierusalem. Magna etiam pars populi de Ephraim, et Manasse, et Issachar, et Zabulon, que sanctificata non erat, comedit Phasæ. Feceruntque filij Israel, qui inuenti sunt in Hierusalem, sollempnitatem Az ymorum septem diebus magna leticia laudantes Dominum per singulos dies. Et hilaritate profusa omnis turba Iudæ tam sacerdotum, & leuitarum, quam uniuerse frequentia, que uenerat ex Israel, presbyterorum quoque ex terra Israel, & habitantium in Iudæ, facta que est grandis celebratio in Hierusalem, qualis à diebus Salomonis filij Dauid regis Israel in ea non fuerat.* Hæc si ita sunt, uideat quæso Sulpicius, quam tribuum frequentiam in his locis post illas abductas inuenerit. Ceterum hoc eodem modo & scripsit, & intellexit Iosephus.

Pari deinde industria, quam diuina curauerat, rem bellicam administrauit, Allophylos que frequentibus præliis contudit.] Exponit inde res bellicas Ezechia. quarum prima fuit egregia victoria de Philistæis parca. Nam Allophylos, ut supra,

Phi-

Pari deinde industria, quam diuina curauerat, rem bellicam administrauit, Allophylos que frequentibus præliis contudit: donec ei Sennacherib rex Assyriorum bellum intulit, magno cum exercitu

exercitu

exercitu fines eius ingressus: lateque agris vastatis, nullo obsistente, urbis obsidionē urgebat. Ezechias enim multitudine inferior, non ausus manum conferere, muris tuebatur. Rex Assyrius portis assultans, minitari excidium, deditioem imperare, Ezechiam frustra Deo confidere, se Dei nutu potius arma suppressisse: victo rem omnium gentium, euerforem Samariæ, effugi non posse, ni matura deditioe sibi met cōsuluisent. In hoc rerum statu Ezechias Deo fretus, Esaiam prophetam consulit: eiusque responso edocetur, nihil ex hoste periculi fore, diuinum autem auxilium non defuturum. Nec multò post Tirhac rex Aethiopum regnū Assyriorum inuadit. Quo nuntio Sennacherib ad sua tuenda conuersus, fremens & clauditans, victori sibi victoriã eripi, bellum omisit: misiss ad Ezechiam litteris, cum

verbo

Philistæos appellat, de qua re sic cap. xvi. Reg. *Percussit Philistæos usque ad Gazam, & omnes terminos eoris à turre custodum usq; ad ciuitatem inuicam.*

Donec ei Sennacherib rex Assyriorum bellum intulit.] Secundum opus bellicū, bellum memorabile Assyriū, quo Ezechias propter pietatem suam à Deo liberatus est. Salmanassar anno sexto Ezechie deleuit Osée regē Israel. inde anno quarto decimo eiusdem Ezechie Sennacherib, qui iam post Salmanassar septimū annū regnabat, uenit contra Ezechiam regem Iudæ, qui à se defecerat, & quanquā numerib. amplissimis ab eo redimendę gratiæ caullā, cultus tamē Hierosolymis obsidionē admouit, atq; inde de ditionē sibi fieri postulauit.

Rex Assyrius portis assultans minitari excidium, deditioem imperare.] Cum Sennacherib ad oppidum Lachis sederet, misit ad Ezechiam, qui trepidus urbe Hierosolymorum se continebat, legatos cum huius atrocitatis mandatis. Ibidem in libro Regnorum, & Paralipom.

Ezechiam frustra Deo confidere, se Dei nutu potius ar-
O 4 ma

ma, suppressisse. uictorem omnium gentium, ensorem Samariae effugi non posse.] Verba legatorum nomine regis fuerunt hæc. In quo confidit? Si dixeritis, in Domino Deo nostro habemus fiduciam, non ne iste est, cuius abstulit Ezechias excelsa, & altaria? *Nec quid sine Domini uoluntate ascendi ad locum istum, ut demolire eum. Dominus dixit mihi. Ascende ad terram hanc, & demolire eam, & post. Numquid liberauerunt Dii gentium terram suam de manu regis Assyriorum. Numquid liberauerunt Samariam de manu mea? Ex uerbis illis, Dominus dixit mihi. Ascende ad terram hanc, & demolire eam, conicio legendū esse apud Sulpicium. Se Dei iura potius arma suppressisse, non suppressisse. Ita uero quoq; intellexit Iosephus.*

In hoc uerū istum Ezechias fretus Deo Esaiam prophetam consulit.] Nouum pietatis argumentum in Ezechia, quod in rebus aduersis Isaiam prophetam in consiliū aduocauit. Etenim in his angustiis positus scidit uoluntatem suam, & opertus est sacco, ingressusq; est domum Domini, & misit Eliacim ad prophetam Isaiam filium Amos.

Eiusq; responsio edocetur: nihil ex hoste periculi fore.] Isaias uerò respondit. Hæc dicit Dominus. Noli timere à facie sermonum, quos audisti, quibus blasphemauerunt tui Assyriorum me. Ecce ego im-

verborum contumeliis denuncians, se paullo post rebus domi compositis ad excidium Iudææ maturè rediturum. Sed nihil his Ezechias motus, orasse Dominum traditur, ne hanc tantā hominis insolentiam inultā sineret. Ita eadem nocte angelus castra Assyriorum aggressus, multa hominū militia leto dedit. Rex trepidus in opidum Niniuen confugit, ibiq; à filiis interfectus, dignum se exitium tulit:

Per idem tempus Ezechias, æger corpore morbo incubuerat. Cumque Esaias ei uerbum Domini annūciasset, vitæ eius finem adesse: fletu rex traditur. ita xv annos prorogari sibi ad uitam meruit. Quibus peractis, nono & uicesimo imperii anno decessit.

mittam ei spiritum, & audiet nuntium, & reuertetur in terram suam, & deiciam eum gladio in terra sua. III. Regum. cap. XIX. & Isaiæ cap. XXXVII.

Nec multo post Tirhac rex Aethiopum regnum Assyriorum inuadit.] Hoc est auxilium Dei promissum, nempe regis Aethiopum expeditio de qua cap. XIX. Cumque audisset de Tharaca rege Aethiopiæ dicentes. Ecce egressus est, ut pugnet aduersus te, & irer contra eum. Iosephus autem interpretatur, regem Assyriorum relicto Rasface duce cum parte exercitus in obsidione Hierosolymorū contra regem Aegypti contendisse, & diu Pelusium oppidū Aegypti obsidisse, cum autem audisset, regem Aethiopum Tharficen cum maximo exercitu regi Aegyptiorum auxilio properare, ac per desertum iter facere decreuisse, ut ex improuiso agrū Assyriorum inuaderet, ipsum re infecta recessisse Hierosolymā, atq; exercitum Rasfacis deletum pestilentia reperisse.

Quo nuncio Sennacherib ad sua tuenda conuersus bellum omisit.] Nempe veritus, ne Taraca agrum Assyrium popularetur, in Assyriam properans Hierosolymam rediit.

Missis ad Ezechiam literis cum uerborum contumelia denuncians se paullo post rebus domi compositis ad excidium Iudææ maturè rediturum.] Nullas literas scripsisse traditur Sennacherib ab obsidione discedens, sed tum, cum obsidione urbem premebat, & ad ditionem urgebat. Sic enim xx i i. Paralipom. Epistolas quoq; scripsit plenas blasphemias in Dominum Deum Israhel, & locutus est aduersus eum, sicut dii gentium ceterarum non potuerunt liberare populū suū de manu mea, sic & Deus Ezechia erigere non poterit populum suum de manu ista.

Sed nihil his Ezechias motus orasse Dominum traditur, ne hanc tantam hominis insolentiam inultam sineret.] Et hæc oratio edita est obsidente urbem rege, non discessum parante. Ibidem. Orauerunt igitur Ezechias rex, & Isaias filius Amos prophetam aduersus hanc blasphemiam, ac uociferati sunt usque in celum. Verba precationis sunt. cap. XIX Regum. & responsi diuini per Isaiam. Hæc dicit Dominus de rege Assyriorum. Non ingredietur urbem hanc, nec mittet in eam segitiam, nec occupabit eam clypeus, nec circumdabit eam munitio. Per uiam, qua uenit, reuertetur, & ciuitatem hanc non ingredietur, dicit Dominus. Protegamq; urbem hanc, & saluabo eam propter me, & propter Dauid seruum meum.

Ita eadem nocte angelus castra Assyriorum aggressus multa homi-

num millia letho dedit. Ibidem. Et misit Dominus angelum, qui percussit omnem virum robustum, & bellatorem, & principem exercitus regis Assyriorum. item in Regibus. Factum est igitur in nocte illa, venit angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia. Hoc est autem, quod Iosephus interpretatus est, Sennacherib reperisse exercitum suum, qui obfidebat Hierusalem, pestilentia confectum.

rex trepidus in oppidum Ninivem confugit.] ibidem. Et reversus est Sennacherib rex Assyriorum, & mansit in Ninive. item in Paralipom. Reversusq; est cum ignominia in terram suam. Terram autem suam urbem regiam Ninivem intellexit.

Ibiq; a filijs imperfectus dignum se exitium tulit.] in Regibus ita. Cum adorares in templo Nesroch Deum suum, Adremelech, & Sarafur filij eius percussissent eum gladio, fugeruntq; in terram Armenia- rum, & regnavit Assaradon filius eius pro eo.

Per idem tempus Ezechias aeger corpore morbo incubnerat, cumque Esaias ei verbum Domini annuissset, vite eius finem adesse, fesse rex traditur. ita quindecim annos provocari sibi ad vitam meruit. Alteru pietatis argumentum Ezechia, de quo sic in Regibus. cap. xx.

In diebus illis aegrotavit Ezechias usque ad mortem, & venit ad eum Isaias filius Amos propheta, dixitque ei. Hec dicit Dominus Deus. Præcipe domui tuæ, morieris enim tu, & non vires. Qui convertit faciem suam ad parietem, & oravit Dominum, & fleuit fleitu magno. Et antequam egredieretur Isaias mediam partem atrij, factus est sermo Domini ad eum dicens: Revertere, & dic Ezechie duci populi mei. Hec dicit Deus Danil patris mei. Audisti orationem tuam, & vidi lacrymam tuam, & ecce levavi te, die tertio ascendes templum Domini, & addam diebus tuis quindecim annos. Sed & de manu regis Assyriorum liberabo te, & civitatem hanc. Eodem tempore Merodac Baludan rex Babyloniorum, & Chaldæorum, de quo diximus, cum audisset, Ezechiam regem Iudæorum morbo affectum convaluisse, legatos misit, qui illum inuiderent, quos ille benignè excepit, atque eis thesauros suos omnes ostendit. Quod ubi Isaias cognovit, factum increpuit atque oraculum edidit, fore, ut thesauri eius à rege Babylonæ auerterentur, & pueri ad ministrum eunuchorum adhiberentur. quod postea ab illo, & à Nabucodonosore successore eius est factum. Hoc scriptum est apud Isaiam cap. xxxix. & in Regibus eodem in loco. In tempore illo misit Merodac Baludan filius Baludan rex Babylonis, legatos, & munera

ad

ad Ezechiam. audierat enim, quòd aegrotasset, & convaluisset. Lætatus est autem super eis Ezechias, & ostendit eis cellam aromatum, & argenti, & auri, & odoramentorum, & unguenti optimi, & omnes apothecas suppellectilis suæ, & universa, quæ inuenta sunt in thesauris eius. Narratur inde, ut Ezechias legatus regis omnes thesauros suos ostenderit, & ut Isaiæ eos se ostendisse retulerit. cui respondit Isaias. Audi sermonem Domini. Ecce dies venient, & auferentur omnia, quæ sunt in domo tua, & quæ condiderunt patres tui, istæque in diem hanc, in Babylonem, non remanebit quidquam, ait Dominus.

Quibus peroratis vicefimo nono Imperij anno decefit.] Viginti novem annos Ezechias cum tribus Assyriorum regibus egit, cum Salmanassare, qui anno sexto regni ipsius Ezechia vita cessit, cum Sennacherib, cuius arma expertus est anno xi i i i, quo anno ille mortuus est; cum Assaradon, quem per decem annos, neq; amicum, neque inimicum habuit; & eodem tempore cum Merodac Baludan rege Babyloniorum, quo amico usus est, ut pote ab eo visitatus, cum aegrotasset. inde ex morbo recreatus quindecim annos Dei beneficio superuixit. quo temporis spatio Manassem filium suscepit, eumq; successorem suum reliquit.

MANASSES REX IUDÆ.

Regnum Manassæ filio reliquit. Is à patre multum degenerans, relicto Domino, culturas impias exercuit: ob quod in potestatem Assyriorum traditus, malo coactus agnovit errorem: populumq; adhortatus est, uti relictis idolis Dominum colerent. Nihil sanè dignum memoria gessit. regnavit autem annos v. & l.

Regnum Manassæ filio reliquit.] Is autem regnare coepit, cum esset annorum duodecim. Reg. & Paralip.

Is à patre multum degenerans, relicto Domino, culturas impias exercuit.] Quantum Ezechias colenda pietate laudis adeptus est, tantum filius eius in exercenda impietate amisit, usque adeo, ut flagitia Manassæ Deum ad excidium Iudæorum accenderint. Quare fuit Manasses Iudæis, quod fuerat Achab Israelitis. Quomodo verò à patris laude defecit.

cit? nempe, quia fecit malum in conspectu Domini iuxta idola gentium, quas deleuit Dominus a facie filiorum Israel, conuersusq; est, & edificauit excelsa, quae dissipauerat Ezechias pater eius, & erexit aras Baal & fecit lucas, sicut fecerat Ahab rex Israel, & astra coluit. Ibidem Idem etiam, quod atrocius fuit, Isaiam prophetam haec increpantem terra dissecuit, ut inquit Epiphanius.

Ob quod in potestatem Assyriorum tractatur. Vt autem Ezechiam uni Deo deditur Deus ab Assyrii regis imperu conseruauit, sic Manasse ab eo auerit in eius potestate, a bitiumque coniecit. Sic enim est scriptum in Paralipom. Tecirco superinaxxit eis principes exercitus regis Assyriorum, coeperuntq; Manasse, & uinctum carchenis, atque compeibus auxerunt Babylonem. Hunc regem, quem scriptura uocat regem Assyriorum, Iosephus nominat regem Chaldaeorum, & Babyloniorum, neque id parum cum scriptura conuenienter, nam & ipsa Manasse Babylonem, non Niuem adductum esse testatur. Ex quo intelligere possumus, proximis annis regnum Assyriorum, quod erat in Niuem collocatum, a Babylonijs, & Chaldaeis esse deletum, ac Babylonem ad Eufratem esse translatum. Indicat hoc Iosephus scribens, Merodac, & Chaldaeos Assyriorum regem deleuisse, & S. Hieronymus qui scripsit in Habacuch. Quomodo propheta Nabum prophetiam habuit contra Niuem, & Assyrios, qui vastauerant decem tribus, ita Habacuc aduersus Babylonem, & Nabucodonosor, a quo ius iuda, & Hierusalem, Templumq; uersa sunt. Fixit autem Habacuch tempore Danielis, id est captiuitatis Babylonicae. Et quia hoc verum successe Deo permittente regna mundi deleta sunt. Assyrii subegere ceteros populos, & transfudere Israel. Babylonij, & Chaldaei deleuere Assyrios, subegere Aegyptum, & Syriam, & transfudere Iudaeos, Medos, & Persas deleuere Babylonios, Macedones deleuere Persas, Romani Macedones. Rex uero, qui Assyrios, Niuemque deleuit, fuit Merodac Baladan rex Babyloniorum, de quo ante diximus, qui, ut puto, Assaradon post decimum regni annum extinxit, ut scripsit aperte Suidas, & Glycas. & innuit Hieronimus ne scio quomodo cap. i. cum praedicans excidium regni Babylonici instituti a Merodac dixit. Capta est Babylon. Cessauit est uel. uictus est Merodac. Atque haec est illa euerfio Niuem, quam Deus primum nunciavit per Ionam prophetam, deinde poenitentia Niuitarum motus distulit in hoc tempus, nam, ut inquit S. Hieronymus, Niuem, & reges accepta misericordia Dei mox se grauioribus

ribus criminibus implicauerunt, atque ita rursus Dei iram aduersus se concitarunt. Quod cum Nabum propheta uideret, librum scripsit, in quo excidium regni Assyriorum, & in primis urbis Niuem nunciavit. Hinc Hieronimus dixit cap. i. Primus comedit Israel rex Assyrie uisissimus exossabit eum Nabucodonosor rex Babylonis. Ecce ego uisitabo regem Babylonis, & terram eius, sicut uisitauit regem Assin, & reducam Israel ad habitaculum suum. Hic nominat Israel uniuersas duodecim tribus, & inquit, Primus rex Assyrie decem tribus Israel comedit, rursus Nabucodonosor rex Babylonis exossabit duas, nimirum translatis illis Niuem, his uero Babylonem. uerum que madmodum deletus est rex Assyriae, sic delebitur rex Babylonis. & uniuersae tribus in solum patrum reducentur. quemadmodum post apparebit. Tam igitur apparet, cur rex Manasse non Niuem, sed Babylonem traductus sit. Atque hoc est, quod Isaias propheta Ezechiam patrem reprehendit, quod legatis ipsius Merodac thesauros suos ostendisset, inquit. Babylonij de filiis tuis, qui egredientur ex te, quos generabis, tollem, & eris emuechi in palatio regis Babylonis. Atque haec prima Iudae transfugi gratio Babylonica fuit, qua Manasse rex captiuus abductus est. quemadmodum prima Israelitarum fuit regnante Phacee per regem oratio Assyriorum Ieglatphulassar.

Malo coactus agnouit errorem. recte. Erenim postquam coactus status est, orauit Dominum Deum suum, & egit poenitentiam ualde coram Deo patrum suorum, deprecatusq; est eum, obsecrauit inuente, & exaudivit orationem eius, duxitq; eum Hierusalem in regnum suum, & cognouit Manasse, quod ipse esset Deus. Ibidem. Extat quoque Manasse separatum edita.

Populumq; adhortatus est, ut relictis idolis Dominum coleret. cap. xxxi i. Paralipom. haec ab eo procurata traduntur. Et abstulit Deos alienos, & simulachrum de domo Domini, aras quoque, quas fecerat in monte domus Domini, & in Hierusalem, & proiecit omnia extra urbem.

Regnauit annos quinque, & quinquaginta. Hic numerus traditur in libro Regum.

AMON REX IUDAE.

Amon deinde filius eius
regnum

Amon deinde filius regni
adeptus paterna impietatis ha
res

res Domini negligens.] Vingtiquatuor annorum erat Amon, cum regnum accepit. Is patris flagitia, non penitentiam imitatus patrem exitum habuit. Nam à suis circumuentus infidijs, periit. De impietate, & nece eius sic in Paralip.

Fecit malum in conspectu Domini, sicut fecerat Manasses pater eius. & cum iis idolis, quæ Manasses fuerat fabricatus, immolauit, atque seruauit. Et non est reuerentius faciem Domini, sicut reuerentius est Manasses pater eius, & multo maiora deliquit. Cumq; conuassent aduersus eum serui sui, interfecerunt eum in domo sua.

I O S I A S R E X I V D A E.

Ad Iosiam filium Imperiũ deuolutum.] Præclarè. Nam reliqua multitudo cæcis ijs, qui Amon percusserat, constituit regem Iosiam filium eius pro eo. Ceterum hic est ille Iosias à Deo per prophetam Iad iampridè promissus, atque ad expiandas idolo latrię conceptas in Iudæa labeis datus. magnum enim se virum in hoc laudis genere gessit Ezechias, sed multo maiorem quoque Iosias. talem enim successorè fœda Amonis nequitia postulauit. Quare res eius Sulpicus diligentius explicabit. Hoc regnante Sophonias vaticinium edidit, vt ipse scribit.

Is admodum religiosus fuit se tra-

regnum adeptus est, nec vltra biennium eo potitus est: paternæ impietatis heres, Domini negligens, suorum infidijs circumuentus periit.

Ad Iosiam filium Imperiũ deuolutum. Is admodum religiosus fuisse traditur, summaq; cura diuina administrasse, Helchia sacerdote vsus bene. Is cum in templo librum verbi Dei scriptum, repertum à sacerdote legisset, quo continebatur, Hebræam gentem ob crebras impietates & sacrilegia delendam, pijs ad Deum precibus fletuq; iugi imminètem cladem auertit. Quod vbi indultum sibi per Ollam prophetissam comperit, maiore cura, vtpo-

te

te obligatus diuinis beneficijs, cultum Dei exercuit. Igitur vasa omnia, anteriorum regum superstitionibus idolis consecrata, cremauit. Namque eò profanitas inualuerant, vt Soli ac Lunæ diuinos honores darent, eidemq; etiam ex metallis sacraria ædificarent. Quibus Iosias in puluerem redactis, sacerdotes quoq; profanarum ædium interfecit. Sed ne sepulcris quidem impiorum pepercit: quod olim prædictum à propheta, impletum animaduersum est. Huius octauo & decimo imperij anno Pascha celebratum. Post triennium ferè, aduersus Nechao regem Aegypti, qui bellum Assyrijs inferebat, in prælium egressus, priusquàm inter se acies concurrerent, sagitta ictus est. Ex què eo vulnere in urbem relatus decessit, cum regnasset annos 1 & xx.

Deuteronomium absconditum fuisse Manasse regnante credunt,

se traditur.] Hoc genus est, quo illa exprimitur. *Fecit, quod rectum est in conspectu Domini, & ambulauit in vijs David patris sui, & non declinauit neq; ad dexteram, neque ad sinistram. Ibidem.*

Summatq; cura diuina administrasse.] Iam partes pietatis aggreditur, sed ita breuiter tradit, vt vix comprehendere possint. Res autem ita habuit. *Iosias octauo anno regni cepit querere Deum patris sui David, & duodecimo anno, postquam ceperat, mundauit Iudam, & Hierusalem ab excelsis, & lucis, simulachrisq; & sculpilibus, & octauo decimo mundata iã terra, & Templo Domini instruit, qui instruxerunt domum Domini Dei sui. Ibidem.*

Helchia sacerdote vsus bene.] Helcias pontifex numeratur ab Aaron xxv à Iosepho. Hoc adiuuante Iosias Templum renouauit.

Is cum in Templo librum verbi Dei scriptum reperit, à sacerdote legisset, quo continebatur, Hebræorum gentem ob crebras impietates, & sacrilegia delendam, pijs ad Deum precibus, fletuq; iugi imminètem cladem auertit.] Et hoc anno xviii factum est. Hunc librum nempe

tu 118

tum cum is legem abolerit, & gentiliū religionem asciuit. inuentus autem. est ab Helcia pontifice, cum pecuniam è Templo efferet, quæ instaurando Templo destinata à rege fuerat, & à scriba datus ad regem. Rex autem ubi verba legis exitia omnia ijs, qui à lege recessissent intentantis audiuit, scidit vestimenta sua, & præcepit Helciæ, & alijs, vt orarent Deum pro se, & reliquijs Israel, & Iuda. quia furor Dei immineret, quia non custodissent uerba legis. Locus Deutero. est cap. xxv i i. *Nisi custodieris, & feceris omnia uerba legis huius, quæ scripta sunt in hoc volumine, & timueris nomen eius gloriosum, & terribile, hoc est Dominum Deum tuum, augetur Dominus plagas tuas, & plagas seminis tui, plagas magnas & perseverantes, infirmitates pestimas, & perpetuas, & conuertet in te omnes afflictiones Aegypti, quas inuisti, & adhererunt tibi. Insuper & uniuersos languores, & plagas, quæ non sunt scriptæ in volumine legis huius, inducet Dominus super te, donec te conuertat: & remanebitis pauci numero, qui prius eratis sicut astra cæli pre multitudine. quoniam non audisti uocem Domini Dei tui. Et sicut ante lætatus est Dominus super uos, bene uobis faciens, uosq; multiplicans, sic lætabitur disperdens uos, atque subuertens, ut auferamini de terra, ad quam ingredieris possidendam. Disperget te Dominus in omnes populos à summitate terræ usque ad terminos eius, & serues ibi Dijs alienis, quos & tu ignoras, & patres tui, lignis, & lapidibus. In gemibus quoq; illis non quiesces, neque erit requies uestigii pedis tui.*

Quod ubi inditum sibi per Oldam prophetissam comperit.] Res ita acta est. Lecto libro iussu regis, abiit Helcias pontifex, & ceteri ad Oldam prophetissam, & superiora narrauit. Illa uero respondit. *Hæc dicit Dominus Deus Israel. Dicite uero, qui misit uos ad me. Hæc dicit Dominus. Ecce ego inducam mala super locum istum, & super habitatores eius, cunctaq; maledicta, quæ scripta sunt in libro hoc, quem legerunt coram rege Iuda. quia dereliquerunt me, & sacrificauerunt Deis alienis. Ad regem Iuda, qui misit uos, sic loquimini. Hæc dicit Dominus Deus Israel. Quoniam audisti uerba uoluminis, atque emollitum est cor tuum, & humiliatus es in conspectu Domini super his, quæ dicta sunt contra locum hunc, & habitatores Hierusalem, reuertensq; faciem meam, scidisti uerba tua, & fleuisti coram me, ego quoque exaudivi te. Iam enim colligam te ad patres tuos, & infereris in sepulchrum tuum in pace, nec uidebunt oculi tui omne malum, quod ego iudicaturus sum super locum istum, & super habitatores eius.* Ibidem. Est autem notanda hæc Dei sententia, qua Iudæos propter

pter impietatem damnauit anno Iosæ xvi i i. vt scribit Theodorus in Ezechielem. nam sunt qui lxxx captiuitatis annos hinc ordiantur, quibus non est tamen assentiendum.

Maiores cura, utpote obligatus diuinis beneficijs cultum Dei exercuit.] In eodem loco sic historia continuatur. *Retulerunt regi iunctas, quæ Olda dixerat. at ille conuocatis uniuersis maioribus natis, ascendit in domum Domini, ueni omnes uiri Iuda, & habitatores Hierusalem, atque eis audientibus legit uerba uoluminis. Et stans in tribumali suo percussit factus coram Domino, ut ambularet post eum, ut custodiret præcepta, & testimonia, & iustificationes eius in toto corde suo, & tota anima sua, sacerdotq; quæ scripta sunt in uolumine illo, quod legerat. adiunxitq; omnes, qui reperti erant in Hierusalem, & Beniamin, & fecerunt iuxta pactum Domini.*

Igitur uasa omnia anteriorum regum superstitionibus Idolis consecrata cremauit.] Hæc ex uigesimalotertio quarti Regum. Et præcepit rex Helciæ pontifici, & sacerdotibus secundi ordinis, ut proicerent de Templo Domini omnia uasa, quæ facta fuerant Baal, & in lusco, & uniuersæ militiæ cæli, & deleuit aruspices, qui adolebant incensum Baal, & Soli, & Lunæ, & duodecim signis, & omni militiæ cæli.

Quibus in puluerem redactis.] Ibidem. Et combussit ea foris Hierusalem in conualle Cedron, & tulit puluerem eorum in Bethel.

Sacerdotes quoque profanarum adum interfecit.] Item. Et occidit uniuersos sacerdotes excelforum, quæ erant in ciuitatibus Samariæ. Sed ne sepulchris quidem impiorum pepercit.] Item. Et conuersus Iosias uidit ibi sepulchra, quæ erant in monte, misitq; & tulit ossa de sepulchris, & combussit ea super altare.

Quod olim prædictum à propheta impletum animaduersum est.] Sic dixit Iosias, postquam superstitione Samariæ deleta reuertit Hierusalem. *Facite Phasæ Domino Deo nostro secundum quod scriptum est in libro fœderis huius. Nec factum est Phasæ tale à diebus iudicum, qui iudicauerunt Israel, & regnum Iuda, sicut in octauo decimo regis Iosæ.*

Post triumium ferme aduersus Necho regem Aegypti, qui bellum Assyrijs inferebat, in prælium egressus, priusquam inter se acies concurrerem sagitta ictus est, ex eoq; uulnere in urbem relatus decessit.] Hæc est mors indigna Iosæ ab Aegyptio rege illata. quæ sic exponitur cap. xx i i i Regum. *In diebus Iosæ ascendit Pharo Necho rex Aegypti contra regem Assyriorum ad flumen Euphratem, & abiit Iosias rex in occursum eius, & occisus est in Meggedo, cum uidisset eum.*

Et portauerunt eum serui sui mortuum de Maggedo, & pertulerunt in Hierusalem. In Paralipom. autem ita. Postquam inſtaurauerat Iofias Templum, aſcendit Nechao rex Aegypti ad pugnandum in Charcanis iuxta Euphratem & proceſſit in occurſum eius Iofias, ut dimicaret in campo Maggedo, ibique vulneratus à ſagittarijs dixit pueris ſuis. Edocete me de praelio, quia oppido vulneratus ſum. Iosephus autem rem totam ita declarat. Nechao rex Aegyptiorum ad Euphratem vendebat bellum illaturus Medis, & Babylonijs, qui Aſſyriorum Imperium extinxerant. Cum autem ad Mendam urbem Iofia perueniſſet, occurrit ei tranſitum prohibiturus in Medos, neque per legatos rogatus à Nechao, ut quieſceret, & ſe in Aſſyriam ire permetteret, parere uoluit. Quare cum aciem inſtrueret, & curru uectus à cornu ad cornu tranſiret ſagitta ab Aegypcio ictus eſt. atque ita Hieroſolyma reuerſi cum exercitu coactus ibi ex uulnere mortuus eſt. Rex autem Babylonius hic fuit Nabulaſar pater Nabucdonoſoris, qui anno ſeptimo Iofia regnum inuenerat. cuius meminit Berofus apud Iosephum contra Apionem, & Metathenes, qui eum Nabucdonoſor primum appellat. Quod autem ſcribit Sulpicius, hoc factum eſſe triennio poſt Paſcha celebratum, id ab ea opinione ductus facit, quod ſcripſit, Iofiam regnaſſe annos uiginti unum, cum triginta unum regnarit, teſte ſcriptura. Quare uidecim annis pro tribus eſt reponendum.

IOACHAZ REX IVDÆ.

Ioachaz inde filius eius regnum accepit.] Sic in Regibus. Tulitque populus terre ioachaz filium Iofia, & uixerunt eum. & conſtituerunt eum regem pro patre ſuo.

Tribus menſibus tenuit captiuitatem ob impietatem dicitur.] Ibidem. Ioachaz fecit malum coram Domino iuxta omnia, quae fecerant patres eius.

Namque eum Nechao rex Aegypti inuicium, captumque duxit.

Ioachas inde filius eius regnum adeptus, tribus mēſibus tenuit, captiuitati ob impietatem deſtinatus. namque cum Nechao rex Aegypti uinctum, captumque duxit. Nec multo poſt in uinculis diem functus eſt. Iudeis ſtipendium annuum imperatum.

duxit.] Ibidem. Inuicium, eum Pharaon Nechao in Reblata, quae eſt in terra Emath, ne regnaret in Hieruſalem, & impoſuit multam terrae centum talentis argenti, & talento auri, & Ioachaz duxit in Aegyptum. Iosephus autem ita. Aegyptiorum rex rediens à bello uocauit ad ſe Ioachaz in Emath, quae eſt urbs Syriae, & progreſſum uincit. Ceterum hanc uerbem S. Auguſtinus poſt Antiochiam fuiſſe ſcribit in libro de mirabilibus ſcripturae.

ELIACIM, SIVE IOACIM REX IVDÆ NABUCDONOSOR REX BABYLONIAE.

Rex eis Eliachim arbitrio uictoris datus, qui poſt ea immutato nomine Ioachis uocitatus eſt. Hic Ioachæ fratris Iofia filius fuit, fratri, quam patri propior, ſacrilegio inuiſus Deo. igitur cum regi Aegypcio penderet, quippe cui tributum penderet, Nabuchodonosor rex Babylonius Iudæam terram occupauit armis, & per triennium iure belli uictor poſſedit. etenim cedere iam rege Aegypti, determinatiſque inter eos imperii finibus, conuenerat Iudeos ad Babylonem pertinere.

Rex Eliachim arbitrio uictoris datus.] Ibidem. Regem conſtituit Nechao Eliachim Iofia filium pro Iofia patre eius, uertitque nomen eius Ioachim. Apud Sulpicium hæc nomina mendis aſperſa ſunt, nam pro Ioachim [Ioachis] ſcriptum eſt.

Hic Ioachæ fratris Iofia filius fuit, fratri, quam patri propior.] Legendum eſt. Hic Ioachæ filij Iofia frater fuit. Sic enim in ſacris libris legitur. atque ita quoque iuxta Sulpicii ſententiam propior fratri Ioachæ, ſiue Ioachaz erit, homini impio, quam Iofia patri, uiro inſigni pietate ornato. Sic autem in Regibus. Conſtituit Eliachim filium Iofia pro Iofia patre ſuo. Iosephus etiam adijcit, Ioachim maiorem natu fratrem fuiſſe, quam Ioachaz, quæ fortalle cauſa re-

ſum Nechao impulit, ut illum prætulerit. Principio regi Iacim

Ieremias iussu Dei prædicare cœpit excidium eius & urbis, & populi. Quare periculum capitis adiit. cap. xxii, xxvi, & xxxvi. Anno quarto Ioachim prædixit, fore, vt à Babylonio rege urbs excinderetur, & Iudæi Babylonem transferrentur, ibiq; per septuaginta annos seruirent, inde in patriam reducerentur. cap. xxv, & xxxix. præterea cap. xxxvi ipsius Hieremiae.

Sacrilegio iniustus Deus.] Ibidem. Et fecit malum coram Domino iuxta omnia, quæ fecerant patres eius.

Prima translatio Iudæorum in Babyloniam
sub rege Ioachim.

Igitur cum regi Aegypto pareret, quippe cui tributum penderet, Nabucodonosor rex Babyloniæ Indeam terram occupauit armis, & per triennium iure belli victor possedit.] Quemadmodum Iosias rex propter societatem regum Babyloniorum bellum in se conuertit Aegyptiorum, sic Ioachim propter amicitiam Aegyptiorum arma in se adduxit Babyloniorum, idest Nabucodonosoris tū regnantis. Ceterum hinc incipiunt bella Nabucodonosoris regis aduersus Iudæam, quæ fuere quattuor. duo sub rege Ioachim, tertium sub Ioachim, quartum sub Sedecia. item quattuor clades. vna, cum abduxit regem Ioachim quarto anno eius Babylonem unâ cum propheta Daniele, & tribus pueris sociis. secunda, cum undecimo anno illum iam in regnum dimissum urbe capta interfecit, & Ioachim filium illi substituit. tertia, cum urbe iterum capta Ioachim ipsum tertio mense abduxit Babylonem cum matre, & Ezechiele propheta, & optimatibus. quarta, cum Sedeciam anno illius undecimo abduxit cum popularibus Babylonem urbe euersa, & templo incenso. Quare tres translationes, seu captiuitates sunt, una sub Ioachim, altera sub Ioachim, tertia sub Sedecia. Duæ porro clades regis Ioachim hæc fuerunt. Anno quarto regis Ioachim Nabucodonosor, qui, teste Hieremia, cap. xxv & xlixi, tum primum regnum occeperat, uenit ad Euphratem bellum illaturus Nechao regi Aegyptiorum, cui parebat Syria tota. Qua re accepta, Nechao ei ad Euphratem occurrit, sed proelio facto uictus abscessit. Quare Nabucodonosor traiecto Euphrate, fugauit Nechao, (Hierem. cap. xlixi.) & omnia subegit usque ad Pelusium præter Iudæam. Inde exercitu reducto in Iudæos Ioachim regem cepit, eūq; Babylonem abductum coegit sibi tributum dare. atque ita inde per

per tres annos ab illo domum dimisso exegit. Quibus transactis, cum uideret, Ioachim amicitia Aegypti regis sultum tributum sibi negare, rediit Hierusalem, & cepit iterum Ioachim, atque occisum abiecit. De prima clade scripsit Daniel cap. i. *Anno tertio regni Ioachim regis Iuda uenit Nabucodonosor in Hierusalem, & obsedit eam, & tradidit Dominus in manus eius Ioachim regem Iudæ, & partem uxorum domus Dei, & asportauit ea in terram Semitar.* Item Esdrae lib. i. cap. i. *Ascendit Nabucodonosor rex Babyloniæ, & alligans Ioachim in aereo uinculo perduxit in Babyloniam.* Item libro i. Regum. cap. xxxiii. *In diebus Ioachim ascendit Nabucodonosor rex Babyloniæ, & factus est ei Ioachim seruus tribus annis. Seruum autem intelligit tributarium. item in Paralipom. lib. ii. Contra Ioachim ascendit Nabucodonosor, & uinctum cathenis duxit in Babylonem, & uasa Domini transfudit.* De secunda clade, idest de nece Ioachim sic Hieremias cap. xxxiii. *Hæc dicit Dominus ad Ioachim Iosue filium regem Iuda. Væ isti uiro, non cum plangentes clamabunt, Ehen frater, neque inser plorandum eum Dominum, ac fratrem in clamabunt, sed astini sepultura sepelietur, & cum computruerit, projicietur extra portam Hierosolymorum.* & cap. xxxvi. *Non erit ex eo, qui sedeat super solium Dauid, & cadaver eius projicietur ad aestum per diem, & ad gelu per noctem.* Hæc omnia prætermisit Sulpicius.

IOACHIM, SIVE IECHONIAS
R E X I V D A E.

Ita cum Ioachis exactis in regno annis undecim, filio eiusdem nominis locum fecisset, isque regis Babyloniæ in se iram concitasset, Deo nimirum agente, cui constitutum erat Iudæam gentem captiuitati & interuersioni dare, Nabuchodonosor Hierosolymam cum exercitu ingressus, urbem muros

Ita cum Ioachis exactis in regno annis undecim filio eiusdem nominis locum fecisset.] Filius ipsius Ioachim dictus est Ioachim, siue Iechonias, ut scriptum est apud Hieremiam cap. xxxii, in Regibus, in Paralipomenis. & apud S. Lucam. Hic est autem Ioachim, sub quo secunda transmigration, & captiuitas accidit. de qua Sulpicius scribere pergit.

Secunda translatio Iudæorum in Babyloniam sub rege Ioa-
chim.

Isque regis Babylonis in se iram concitasset, Deo nimirum agente, cui constitutum erat Iudæam gentem captiuitati, & internecioni dare.] Ioa-
chim non solum regis Babylonii, sed etiam Dei iram in se accendit; Dei, quia fecit malum in conspectu Domini iuxta omnia, que fecerat pater eius; Regis, quia suspicionem dedit, ne aliquando necem patris sui Ioa-
chim ulturus esset. Quare Nabucodonosor post tertium mensem exercitum urbi admouit, eamque cepit. Vnde Sulpicius inquit.

*Nabucodonosor Hierosolimam cum exercitu ingressus urbem, muro-
rosque, ac templum solo stravit.*] De hac clade sic apud Hieremiam
cap. xxii. *Viso ego, dicit Dominus, quia si fuerit Ieconias filius Ioa-
chim regis Iudæ, annulus in manu dextera mea, inde euellam eum. Et da-
bo te in manus querentium animam tuam, & in manu Nabucodonosor
regis Babylonis, & in manu Chaldæorum. Et mittam te, & matrem
tuam, que genuit te, in terram alienam, in qua nati non estis, ibique mo-
riemini, nec erit de semine eius vir, qui sedeat super solium David.*
Item quarto Regum cap. xxii. *In tempore illius ascenderunt Na-
bucodonosor rex Babylonis ad ciuitatem cum seruis suis, ut oppugnarent
eam, egressusque est Ioa-
chim rex Iudæ ad regem Babylonis, & suscepit
eum rex octauo anno regni sui & protulit inde omnes thesaurus domus
Domini, & domus regie, & transtulit omnem Hierusalem, & uniuersos
principes, & omnes fortes exercitus decem millia in captiuitatem,
& omnem artificum, & inclusorum multitudinem, nihilque relictum
est exceptis pauperibus populi terre, transtulit quoque Ioa-
chim in Ba-
bylonem, & matrem, & eunuchos, & iudices terre duxit in captiuita-
tem, & omnes viros robustos septem millia, & artifices, & inclusores
mille, omnes viros fortes, & bellatores. In Paralipomen. autem cap.
ultimo*

que ac templum solo stravit :
auri immensum modum &
sacra ornamenta vel publi-
ca vel priuata, puberesque
omnes virilis, ac muliebris
sexus transtulit: reliquis, quo-
rum imbecillitas, aut ætas
fastidio victoribus fuit, quæ
turba inutilis seruitio, exer-
cendis colendisque agris, ne
incultum esset solum, depu-
tata.

ultimo ita. *Regnavit Ioa-
chim filius pro patre Ioa-
chim, octo annorum
erat Ioa-
chim, cum regnare cepisset, & tribus mensibus, & decem die-
bus regnauit in Hierusalem, fecitque malum in conspectu Domini, cuius
anni circulus volueretur, misit Nabucodonosor rex, qui & adduxerunt
eum in Babylonem asportatis simul pretiosissimis vasibus domus Domini.*
In his locis nihil de urbe, temploque & mœnibus solo stratis agi-
tur, quæ Sulpicius addidit. Ceterum malim, Ieconiam annos octo
decim natum regnare cepisse, ut est quarto Regum, cap. xxii. 11,
quàm octo, ut est in Paralipomenis. Hac uerò transmigra-
tione Ezechiel propheta Babylonem abductus est. Vnde ipse scripsit
cap. i. *Quinto anno transmigrationis regis Ioa-
chim factum est uerbum
Domini ad Ezechielem filium Buzi sacerdotem, secus flumen Chobar, &
cap. xi. In uicesimo quinto anno transmigrationis nostræ quatuordecimo
anno postquam percussa est ciuitas.*

*Relictis quorum imbecillitas, aut ætas fastidio uictoribus fuit, que
turba inutilis seruitio exercendis, colendisque agris, ne incultum esset so-
lum, deputata.*] Hæc ex ingenio Sulpicii manarunt, non ex sacris
libris, ut supra apparet.

SEDECIAS REX IUDÆ.

Eisdemque rex Sedechias
præpositus: ademptis viri-
bus inani tantum umbra re-
gii nominis concessa. Sed
Ioa-
chis tribus mensibus tẽ-
pus imperii habuit. Is cum
populo Babyloniam transla-
tus, & in carcerem conie-
ctus est: tricesimum post an-
num emissus, atque a rege
in amicitiam receptus, mœ-
saque & consiliis participa-
tus, non sine solatio depul-
sæ calamitatis decesit. In-
terea

Eisdem rex Sedechias
præpositus.] libro quarto
Regum, cap. ultimo. *Et con-
stituit Nabucodonosor Matab-
niam patrum Ioa-
chim pro
eo, imposuitque nomen ei Sede-
ciam. De umbra regii nomi-
nis, nullum uerbum.*

*Sed Ioa-
chis tribus mensi-
bus tempus imperij habuit.*]
Ibidem.

*Tricesimum post annu-
emissus.*] Legendum. *Tricesi-
mum septimum.* Sic enim in
libris regum cap. xxv. *Factus
est in anno tricesimo septimo
transmigrationis Ioa-
chim re-
gis Iudæ, mense duodecimo, in-*

caesura septima die mensis, sub
lenauit Esmilmerodach rex Ba-
bylonis anno, quo regnare ce-
perat, caput Ioachim regis Iu-
da de carcere. Rectè nam
post abductionem Ioachim
regnavit Sedecias annos xi.
& post abductionem Sede-
cia Nabucdonosor regna-
uit annos xxvi. Eluil mero-
dach verò, qui Nabucdono-
sori successit, ipsum anno
suo primo dimisit, atq; ho-
nore affecit. Ibidem.

*Interim Sedecias rex turbe
inuitis.]* Turbæ inutili præ-
fecit, quia pauperes relictii
fuisse dicuntur.

*Dei immemor, qui non in-
telligeret, captiuitatem ob de-
licta gentis illatam.]* Causas
belli, & cladis quartæ sequē-
tis præponit. Sic in Paralip.
*Fecitque malum in oculis Do-
mini sui, nec erubuit faciem
Hieremie prophete loquentis
ad se ex ore Domini.* In libris
Regum. *Fecit malum coram
Domino iuxta omnia, que fece-
rat Ioachim.* Irascebatur enim
Dominus contra Hierusalem,
& contra Iudam, donec proj-
iceret eos a facie sua. Esdræ
lib. i. i. cap. i. *Et adiuuans
a rege Nabucdonosor perin-
rans discessit, & indurata cer-
nice sua, & corde suo trans-
gressus est legitima Domini
Dei Israel.*

Regis

terea Sedechias rex turbæ
inutilis, quamquam sine vi-
ribus, infido ingenio, & Dei
immemor, qui non intelli-
geret captiuitatem ob deli-
cta gētis illatam: postremis
denique malis debitus, re-
gis animum offendit. Ita ei
post nouē annos Nabucho-
donosor bellum intulit: com-
pulsusque intra muros cō-
fugere triennio obfedit.

Qua tempestate Hieremiā
prophetam, qui iam sapius
imminere vrbi captiuitatē
pronunciauerat, consulit, si
quid spei forsitan superes-
set. Sed ille, cælestis iræ non
ignarus, eadem sapius inter-
rogatus, respondit, ipsi regi
specialem pœnam denun-
cians. Tūm verò Sedechias
in iram excitatus, trudi pro-
phetam in carcerem iubet:
moxque eum crudelis facti-
pugit. Sed obfistentibus Iu-
dæorum principibus, qui-
bus iā inde à principio mo-
ris fuerat bonos premere,
absoluere innocentem non
est

est ausus. Iisdem cogenti-
bus, in lacum immensi pro-
fundi, cœnoq; ac sordibus,
atque ex eo exitiabili factore
horridum, demissus est,
vt ne simplici quidem mor-
te exspiraret. Sed rex, licet
impious, aliquanto tamen sa-
cerdotibus mitior, educi
prophetam de lacu, & car-
ceris custodiæ reddi iubet.
Interea obsessos vis hostiū,
& pænuria vrgebat: cōsum-
ptisq;e omnibus quæ man-
di poterant, fames inualue-
rat. Ita defessis inedia de-
fensoribus, opidum captū,
incensumque. Rex, vt pro-
pheta dixerat, effossis ocu-
lis, Babyloniam translatus:
Hieremias misericordia ho-
stili carcere exemptus. Cū
eum Nabuzardan princeps
regius captiuum cum cete-
ris duceret, delata sibi optio-
ne ab eo, vtrum in solo pa-
trio deserto, desolatoq; sub
summis honoribus vellet,
residere in patria maluit.

Na-

Regis animum offendit.]
Nempe recessit à rege Babylo-
nis, qui adiuuauerat eum per
Deum, & indurauit ceruicem
suam, & cor suum, ut non re-
uerteretur ad Dominum Deū
suum Israel. Perfidiam Sede-
cia in regem Nabucdono-
sor egregiè narrauit. Eze-
chiel, & Theodoretus in eū.

Tertia translatio Iudæorum
in Babyloniam sub rege
Sedecia, quæ urbis
desolatio di-
citur.

*Itaque ei post nouem annos
Nabucdonosor bellum intu-
lit.]* Hæc est quarta, & ul-
tima clades Iudæorum, &
urbis sub Sedecia rege, quæ
urbis desolationem vocat
Philo. De qua ex cap. xxxiv,
& l. ii Hieremie sic in libris
Regum. *Anno nono regni Se-
decie venit Nabucdonosor, et
omnis exercitus eius in Hiera-
salem, & circumdederunt eā,
& extraxerunt in circuitu eius
munitiones. Et clausa est ciui-
tas, atque vallata usq; ad un-
decimum annum regis Sede-
cie. Meminit eiusdem Eze-
chiel. cap. xvii. & Esdra li-
bro ii. i. cap. i. *Fretus indo-
auxilio Aegyptij regis Sede-
cias defecit à Babylonia.* Hie-
remias cap. xxxv. i. i. & Eze-
chiel*

chiel cap. xvii.

Qua tempestate Hieremia prophetam, qui iam sepius inminere captiuitatem urbi prenummuerat, consulit, si quid spei forsitan superesset.] Quæ inferuntur de uexatione Hieremias prophetæ, non sunt neque in Regnis, neque in Paralip. Sed cap. xxxvii, xxxviii, & xxxix Hieremias.

Sed ille c. elestis iræ nõ ignarus eadem sepius interrogatus respondit, ipsi regi specialem panam denunciatis.] Dixit enim. In manus regis Babylonis traderis. cap. xxvii Hieremias.

Trudi prophetam in carcerem iubet.] Ibidem. Præcepit Sedecias, ut traderetur Hieremias in vestibulo carceris.

Absolvere innocentem non est ausus.] Nam cum dixissent principes. Rogamus, ut occidatur homo iste, dixit rex. Ecce ipse in manibus uestris est, nec enim fas est, regem uobis quidquam negare.

In lacum immensi profunditatis, canoquo ac sordibus, atq; ex eo exitibili favore, horridum demissus est.] Sic cap. xxxviii Hieremias. Submiserunt Hieremiam in similibus in lacum, in quo non erat aqua, sed lutum.

Sed rex educi prophetam de lacu, & careris custodiæ reddi iubet.] Quippe mandauit Ademelech Aethiopi, ut leuaret eum de lacu, an tequam moreretur. & extraxerunt eum similibus, & eduxerunt de lacu, & mansit in vestibulo carceris. Hoc autem factum est ante nonum annum Sedecias regis, ut scriptum est apud Hieremiam cap. xxxix.

Interea obsessos uis hostium, & penuria urgebat, consumptisq; omnibus, que mandu potuerant, fames inualuerat.] Sic cap. xxv. Regum. Præualuitq; fames in ciuitate, nec erat panis populo terre.

Ita desessis inedia defensoribus oppidum capium, incensumq;] Ibidem. Et interrupta est ciuitas, & omnes uiri bellatores nocte fugerunt per viam porte, que est inter duplicem murum ad horum regis (porro Chaldei obsidebant in circuitu ciuitatem.) Fugit itaque Sedecias per viam, que ducit ad campestria solitudinis, & persecutus est exercitus

ciuitus

Nabuchodonosor abducto populo, residuis quos belli condicio, vel prædæ fastidium reliqui à victoribus fecerat, Godoliam eiusdem gentis præposuit, absq; ullo insigni regio, aut imperii nomine: quia præesse paucis, & calamitosis, nulla dignitas erat.

ciuitus Chaldaorum regem, comprehenditq; eum in planicie Iericho, & omnes bellatores, qui erant cum eo, dispersi sunt, & reliquerunt eum. Apprehensum ergo eum duxerunt ad regem Babylonis in Reblatha, qui locus est cum eo iudicium. De oppido capto, & incenso sic post. Nabuzardan princeps exercitus uenit Hierusalem, & succendit domum Domini, & domum regis, & domos Hierusalem, omnemq; domum combussit igne. & muros Hierusalem in circuitu destruxit. Hæc acta anno xix Nabuchodonosoris. Hieremias. cap. l. & lib. i. i. i. Regum, cap. xxv.

Rex, ut propheta dixerat, effossis oculis Babylonem translatus est.] Hic propheta fuit Ezechiel, qui ita ex ore Domini prophetauit cap. xli. Et adducam eum in Babylonem in terram Chaldaeorum, & ipsam non uidebit, & ibi morietur. Nam Hieremias cap. xxxiv dixerat. Et oculi tui oculos regis Babylonis uidebunt. neque tamen Ezechiel contraxit.

Hieremias misericordia hostili carcere exemptus.] cap. xxxix Hieremias. At omnes optimates regis Babylonis miserunt, & tulerunt Hieremiam de vestibulo carceris.

Cum eum Nabuzardan princeps regius captiuum cum ceteris duce ret, delata sibi optione ab eo, irrum in solo patrio deserto.] Verba optionis fuerunt. Ecce solui te de cathenis, que sunt in manibus tuis. Si placet tibi, ut uenias mecum Babylonem, ueni, & ponā oculos meos super te. Si autem displiceat tibi uenire in Babylonem, reside. Venit autem Hieremias ad Godoliam ibi à rege præpositum.

Nabuchodonosor abducto populo residuis, quos belli conditio, uel prædæ fastidium reliqui à victoribus fecerat, Godoliam eiusdem gentis præposuit.] Ibidem. Populo, qui relictus in terra Iuda, quam dimiserat Nabuchodonosor, præfecit Godoliam. Vide, ne relinqui legendum sit.

Absque ullo insigni regio.] Hoc addit de suo Sulpicius. Atq; hæc quidem ille captiuitatem Iudæorum Babylonicam putat, in qua per septuaginta annos fuerint.



CAROLI SIGONII
IN LIBRVM SECVNDVM
B. SVLPICII
SEVERI
COMMENTARIVS.



CAPTIVITAS IVDÆORVM
IN BABYLONIA
ANNORVM LXX.

CAPTIVITATIS tempo-
ra prophetarum vaticinijs,
atque actibus illustrata
sunt.] Hæc est quinta ætas,
de qua sic S. Augustinus.
Quinta ætas porrigitur à tri-
migratione usque ad tempora
Christi. & sic manet transmi-
gratio in Babyloniã. cum in
ea captivitate populus leni-
ter, & in peregrino ocio collo-
catus est. Et re vera sic ista
ætas à regni robore inclinata
& fracta est in populo Iudæo-
rum, quem almodum homo à iuventute fit senior. & bene comparatur
illi diei quinto, quo facta sunt in aquis animalia, & volatilia cali-
spæaquam illi homines tuor gentes, tanquam in mari esse ceperunt, &
habere



APTIVITATIS tem-
pora prophetarum
vaticinijs atque acti-
bus illustrata sunt. Maximè
itaq; Danielis egregiam ad
conseruandam legem perfe-
uerantiam, & in absolutione
Susannæ diuino consilio, ce-
teraque ab eo gesta ordine
persequemur.

habere incertam sedem, & instabilem, sicut volantes aues. Huius diei,
hoc est huius ætatis vespera est multiplicatio peccatorum in populo Iu-
dæorum quia sic excæcati sunt, ut etiam Dominum Iesum Christum non
possent agnoscere. Continet autem hæc ætas seruitutem Babylo-
nicam, reductionem in patriam, urbis, & templi restitutionem,
desolationem, & seruitutem sub rege Syriæ Antiocho Epipha-
ne, & liberationem per Assamonæos. regni reparationem, sediti-
ones, & finem imperij Iudæorum. Sulpicius autem expositis
cladibus, & transportationibus Israelitarum, & Iudæorum dein-
ceps tractat tempora Iudæorum in captiuitate, quam post per se
ptuaginta annos pertulerunt in Babylonia, vt plurimis Hieremi-
æ, Ezechielis, & Danielis testimonijs constar. Quanquam au-
tem orditur captiuitatis annos ab capto, & translato Sedecia,
(siquidem ratio annorum, quam ille affert, hanc summam con-
tinet) tamen altius repetit, id est à translatione Ioachim, nempe
ante annos vndecim, quàm Sedecias abstraheretur. Summa an-
norum captiuitatis, quam ille prodit, est hæc. Post Sedeciam ab-
ductum Nabucodonosor rex Babylioniorum regnat annos xxvi.
Euilmerodach an. xii. Balthasar an. xiv. Darius an. xviii rex
Medorum, & Babylioniorum. Cyrus rex Persarum. Hos lxx an-
nos Daniel, & Ezechiel propheta captiui apud Babylonios, &
Jeremias in Iudæa solo relictus partim vaticinando, partim agen-
do illustrarunt.

In maxime itaque Danielis.] Quanquam Ezechielis, & Hieremi-
æ multa insignia acta sunt, tamen Danielis & plura, & illu-
striora fuerunt, & propterea pollicetur, ea se potissimum tra-
diturum.

Egregiam ad conseruandam legem perseverantiam.] Præcipue ve-
rò abstinentiam à cibis gentilium illegitimis, de qua mox.

Et absolutionem Susannæ diuino consilio.] Legendum est, *Diui-
num consilium.* vt sit, maxime se quoque persecutorum diuinum
Danielis consilium in absolutionem Susannæ.

Ceteraq; ab eo gesta.] Nempe visiones regum, quas ad res futu-
ras pertinentes Daniel interpretatus est, & alias ipsius proprias
Danielis. Verùm præter hæc multa alia narraturus est, vt hono-
res habitos Danieli à Nabucodonosore, Balthasare, Dario & Cy-
ro regibus, Ezechielis acta, Godolæ necem, statuum Nabucdo-
nosoris cum periculo trium puerorum Hebræorum, regna Euil-
merodaci, Balthasaris, & Darij.

DANIEL REGI NABUCDONOSORI
CARVS.

Hic sub rege Ioachim captus.] Orditur narrationem de Daniele. Daniel sub rege Ioachim, non Ioachim, captus fuerat, ipsomet teste, ita ordiente. *Anno tertio regni Ioachim regis iuda venit Nabucodonosor rex Babylonis in Hierusalem, & obsedit eam, & tradidit Dominus in manus eius Ioachim.* Quare Ioachim est legendum.

Utiq; cum eo Ananias, Misael, & Azarias.] Hos omnes scribit Daniel de filiis Iudæ fuisse, & nominatos à Babylonijs fuisse Sidræ, Misael, & Abdenago, se autem Balthasarem.

Sed cum eos rex delicatioribus cibis curari præcepisset.] Hoc pertinet ad abstinentiam ciborum immundorum, quam adhibuit Daniel ex lege Iudæorum apud Babylonios. de qua sic ipsemet Daniel. *Constituit eis rex annonam per singulos dies de cibis suis, & de vino, unde bibebat ipse.* Hæc verò acta sunt primo anno regis Nabucodonosoris, qui in tertium, & quartum annum Ioachim regis incurrit.

Asphanæ eunucho.] Daniel Asphanæ præpositum ennu-

Hic sub rege Ioachim captus deductusque Babyloniam, paruus admodum puer: postea ob elegantiam vultus inter ministros regis assumptus, vnaque cum eo Ananias, Misael, & Azarias: Sed cum eos rex delicatioribus cibis curari præcepisset, idque Asphanæ eunucho negotij dedisset, Daniel paternarum traditionum memor, ne ex mensa regis gentilium cibis participaret, poposcit ab eunucho, ut leguminibus tantum vterentur. Caussante Asphane, ne dissimulatum imperium regis consecutura macies proderet: Daniel Domino fretus, pollicetur maioris decoris sibi vultus ex leguminibus, quam ex cibis regis fore. Fidesque dictis affuit, ita ut minimè eorum vultus cõparabiles haberentur, qui imperialibus impendijs procurabantur. Igitur à rege in honore &

gratia

gratia adhibiti, prudentia & disciplina breui omnibus regis proximis antelati.

eunuchorum appellat. cum qui autem græcè dicebantur ministri regij, qui cubile regium asseruabant.

Daniel paternarum traditionum memor.] Mallem, *patriarum*, ut ad præcepta legis Iudæorum respiceret potius, quam ad monita patris. nam in lege de ciborum ratione sanctum erat, id est, ne animalibus immundis vescerentur. ea verò quæ sint, declaratur Leuitici cap. x. i.

Ne ex mensa regis gentilium cibis participaret.] Daniel scripsit. *Ne contaminaretur.* nam immunda contaminant, & polluant.

Uti leguminibus tantum vterentur.] Malim, *vescerentur*. sic enim scripsit Daniel. *Dentur nobis legumina ad vescendum, & aqua ad bibendum.*

Caussante Asphane, ne dissimulatum imperium regis consecutura macies proderet.] Verba Asphanis apud Danielelem hæc sunt. *Ti-meo ego dominum meum regem, qui constituit vobis cibum, & potum, qui si viderit vultus vestros macilentiores præ ceteris adolescentibus coenæ vestris, condemnabit caput meum regi. Caussante ergo est, causam asserente.*

Daniel Domino fretus, pollicetur maioris decoris sibi vultus ex leguminibus, quam ex cibis regis fore.] Sic enim dixit. *Contemplare vultus nostros, & vultus puerorum, qui vescuntur cibo regio. & sicut videris, facies cum seruis tuis.*

Fidesque dictis affuit, ita ut minimè eorum vultus comparabiles haberentur, qui imperialibus impendijs procurabantur.] Sic Daniel. *Post dies decem apparuerunt vultus eorum meliores, & consulentiores præ omnibus pueris, qui vescerentur cibo regio.*

Igitur à rege in honore, & gratia adhibiti prudentia, & disciplina breui omnibus regis proximis antelati.] Daniel. *Cumque eis locutus esset rex, non sunt inuenti tales de vniuersis. & steterunt in conspectu regis. Et omne verbum sapientie, et intellectus, quod sciscitatus est ab eis rex, inuenit ab eis decipulum super cunctos ariolos, & magos, qui erant in vniuerso regno eius.*

IUDICIVM SVSANNÆ PER DANIELEM.

Per idem tempus Susanna

Per idem tempus Susanna
quædam.] Secundo loco
expo-

na

expo-

exponit iudicium Susannæ, quod diuino Danielis confilio absolutione Susannæ perfectum est. Annum eius incertum putamus, factum tamen id puero Daniele aparet etiam ex ipsa narratione. Refertur autem hæc historia non secundo capite, sed quartodecimo Danielis, neque à Iudæis, ut aiunt, accepta est. Ceterum factum hoc dicitur euenisse Babylonem, cum iudicium eius anni esset penes duos senes, quos Sulpicus vocat presbyteros. Hi senes cum propter tractationem iudiciorum domum cuiusdam Ioaçim, cui nupta erat Susanna, frequentarent, quod ille omnibus honore præstaret, ea conspecta amore flagrare cœperunt, & dolore communicato, tempus ad tentandam mulierem statuerunt, cum sola in pomario lauaretur. quare cum se in pomario occulissent, eam adorti sunt. Susanna verò tale flagitium detrectante, ira exacerbati, crimen in eam confinxerunt, & se illam in adulterio cum iuvene deprehendisse dixerunt, atque ita in iudicium vocatam, tanquam adulteram, condemnarunt. Tum verò Daniel puer exclamauit, ac re nouo

na quædam Ioachim nupta, spectatæ femina pulcritudinis, à duobus presbyteris appetita, cum impudicis non acquiescisset, falso crimine incessit: iisdem presbyteris deferentibus, in remotis locis adolescentem cum ea deprehensum, sed illum iuuenili alacritate senum manus effugisse. Ita presbyteris fides habita, iudicio populi Susanna dānatur. Quæ cum secundum legem ad supplicium duceretur, Daniel tum annos natus x i i increpitis Iudæis, quod innocentem morti dedissent, reduce re eam in iudiciū, causamq; denuò audiri postulat. Enim uerò multitudo Iudæorum, quæ tum aderat, nō sine Domino, existimans puerū contemptæ ætatis in hanc constantiam prorupisse, fauore accommodato, in consilium reuertitur. Inquit denuò iudicium: Danieli, ut inter maiores natu resideret, delatū. Igitur separari accusatores

iubet:

iubet: vnumque ex eis interrogat, sub cuius generis arbore adulteram deprehendisset: ex varietate responsi, falsitas deprehensa: Susanna absoluta: presbyteri, qui innocenti periculum creauerant, capite damnati.

nouo iudicio committendam indixit. quo facto, cū & ipse puer inter seniores iudex esset ascitus, senes illos falsi noua interrogatione facta, conuicit, atque in eos damnatos animaduertit.

A duobus presbyteris appetita.] Daniel dixit, ambos, fuisse mulieratos amore illius,

& arripisse concupiscentia eius.

Cum impudicis non acquiescisset.] Dixit enim: Melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini.

Falso crimine incessit.] Delatio enim criminis his verbis concepta est. Venit ad eam adolescens, qui erat abditus, & concubuit cum ea. porro nos, cum essemus in angulo pomarii, videntes iniquitatem cucurrimus ad eos, & vidimus eos pariter commisseri. Et illum quidem non quimus comprehendere, quia fortior nobis erat. Huius rei testes sumus.

Ita presbyteris fides habita, iudicio populi Susanna damnatur.] Sic Daniel. Credidit eis multitudo, quasi senibus, & iudicibus populi, & condemnauerunt eam ad mortem. nempe ex lege de adulterio data à Deo, Deuteronom. cap. xxi i.

Quæ cum secundum legem ad supplicium duceretur, Daniel tum annos natus duodecim increpitis Iudæis, quod innocentem morti dedissent.] Daniel ita. Cumq; duceretur ad mortem, suscitauit Dominus spiritum sanctum pueri iunioris, cuius nomen Daniel. exclamauit voce magna. Sic facti filij Israël non iudicantes, neque, quod verum est, cognoscentes, condemnastis filiam Israël?

Reserere eam in iudicium, causamq; audiri postulat.] Sic enim addidit. Reuertimini ad iudicium, quia falsum testimonium loquuti sumus aduersus eam. De annis Danielis ex scriptura nihil certi.

In consilium reuertit.] Daniel. Reuersus est ergo populus cum festinatione.

Danieli, ut inter maiores natu resideret, delatum.] Præclare. Dixerunt enim ei senes. Veni, & sede in medio nostrum, quia Deus dedit tibi honorem senectutis.

Q

Igitur

Ignitur separari accusatores iubet.] Et quidem his verbis. Separare illos ab inuicem procul, & diiudicabo eos.

Vnumq; ex eis interrogat, sub cuius generis arbore adulteram deprehendissent.] Nempe vtens his verbis. Nunc ergo, si vidisti eam, dic sub qua arbore videris eos colloquentes sibi.

Ex varietate responsi falsitas deprehensa.] Ex responso vnus veritas elici non potuit. Quare ita legendum videretur. Vnum, atque alterum ex eis interrogat. Varietatem autem responsi adhibere dicentes, vnus sub schino arbore, alter sub primo.

Susanna absoluta.] Quippe, vt inquit scriptura, saluatus est sanctus innocens in die illa.

Presbyteri capite damnati.] Apertius scriptura. Fecerunt eis, sicut male egerant aduersus proximum, vt facerent secundum legem Moysi, & interficerent eos. Hanc legem inuenies cap. xix. Deuteronomij.

SOMNIUM NABUCDONOSORIS DE
REGNIS FUTURIS EXPOSITVM
A DANIELE.

Ea tempestate Nabucdonosor somnium vidit.] Tertio narrat, vt Daniel Nabucdonosori regi somnium eius narrarit, vimque eius explicauerit, duplex enim Danielis in eo laus fuit, vna, quod somnium diuinauit, altera, quod interpretatus est. Somninauit autem rex, se videre statuam caput aureum habentem, brachia argentea, ventrem, & femora aenea, & ciura ferrea, sed in pedes terreatos, & fictiles desinentia, ita, vt ferrum teste coherere non possset. inde somno excitus, somnij est oblitus, quare qua fuit, qui sibi

Ea tempestate Nabucdonosor somnium vidit, mysterio futurorum mirabile. Cuius interpretatione, cum per se non posset euoluere, ascitis ad interpretandum Chaldaeis, qui magicis artibus, extisque hostiarum scire occulta, & futura praecinnere videbantur: mox veritus ne more hominum non vera, sed placita regi ex somnio coniectarent, visa supprimit, poposcitque ab eis,

vt si

vt si vera in his diuinitio esset, somnium ipsum sibi dicerent: tum demum interpretationi eorum crediturum, si prius enuntiando somnium, artis periculum fecissent. Illi vero tantam molem abnuentes, non esse id humanae opis confitebantur. Rex motus, quod falsa diuinandi professione homines erroribus illuderet, cum astricci praesenti negotio nihil scire se confiterentur: ita edicto regis in eos animaduersum, palamque omnes huius artis interficiebantur. Quod vbi Danieli comperlat: enuntiationem somnij, interpretationemque eius pollicetur. Res ad regem deferatur; Daniel accersitur, iam reuelato sibi per Dominum mysterio. visio regis refertur, solutioque. Sed res postulat, vt regis somnium, & interpretationem prophetarum, & consequentium fidem exponamus. Viderat rex

per

sibi somnium in memoria redigeret primum, deinde verò etiam explanaret. Hoc factum scribitur secundo anno regni Nabucdonosor, qui in quintum annum locum regis incideret. cui operi etiam S. Augustinus astipulatur in libro de Mirabilibus sacrae scripturae.

Cuius interpretationem cum per se non posset euoluere, ascitis ad interpretandum Chaldaeis.] Daniel scribit, somnium fugisse à Nabucdonosore, id est ex eius memoria, vt ferme fit, excidisse, & propterea mandasse, vt conuocarentur arioli, magi, malefici, & Chaldaei, vt indicarent sibi somnia sua, id est, vt narrarent somnium, quod sibi exciderat iuxta prouerbum. Metum mihi narraſti somnium. Itaque allocutus eos dixit. Sermo recessit à me, nisi indicaueritis mihi somnium, & coniecturam eius, peribitis vos.

Poposcitque ab eis, vt si vera in eis diuinitio esset, somnium ipsum sibi dicerent, tum demum interpretationi eorum crediturum, si prius enuntiando somnium artis periculum fecissent.] Quippe dixit. Si somnium indicaueritis mihi, vna est de vobis sententia, quod interpretationem quoque

Q 2 compo

composueritis. Somnium itaque dicite mihi, ut sciam, quod interpretationem eius veram loquamini.

Illi vero rāzani molem abnuentes, non esse id humane opis confitebantur.] Verba, quibus confessi sunt, hæc fuerunt. Non est homo super terram, qui sermonem tuum rex possit implere. Sermo, quem tu queris, grauis est, nec reperitur quisquam, qui iudicet illum in conspectu regis, exceptis dijs, quorum non est cum hominibus conuersatio.

Rex motus, quod falsa diuinandi professione homines erroribus illuderent, cum astricti presenti negotio nihil scire se confiterentur, ita edicto regis in eos animaduersum, palamq; omnes huius artis interficiebantur.] Nisi hoc loco aliquid desideratur, certe subest sententia inconficiens. Sic enim Daniel plannus. Quo audito rex in ira, & ira magna præcepit, ut perirent omnes sapientes Babilonis. Et egressa sententia sapientes interficiebantur.

Quod ubi Danieli comperit, regis proximum appellat. Somnij euinciationem, interpretationemq; pollicetur.] Quem [proximum regis] vocat, is dicitur Arioch princeps militiæ regis, qui à re-

per soporem, imaginem capite aureo, brachijsque argenteis, ventre & femoribus areis, cruribus ferreis, quæ in pedes partim ferreos, partim fictiles desinebat. Sed ferrum atque testum inter confusum coire non poterat. ad extremum, imaginem lapis sine manibus abscissus pertinebat: redactaq; omnia in puluerem, vento ablata. Igitur secundum prophetæ interpretationem imago visa figuram mundi gerit. Caput aureum, Chaldæorum imperium est: siquidem id primum, & opulentissimum fuisse accepimus. Pectus, & brachia argentea, secundum regnum annuntiant. Cyrus enim, victis Chaldæis atq; Medis, imperium ad Persas contulit. In ventre areo, tertium regnum portendi pronuntiat: idq; impletum videmus. Siquidem Alexander ereptum Persis imperium, Macedoniae vindicauit. Crura ferrea, im-

perium

perium quartum: idque Romanum intelligitur, omnibus ante regnis validissimum. Pedes vero partim ferrei, partim fictiles, diuidendum esse Romanum regnum, ita ut nunquam inter se coeat, præfigurant: quod æquè impletum est. Siquidem iam non ab vno imperatore, sed etiam à pluribus semperque inter se armis, aut studijs differentibus res Romana administratur. Denique commisceri testum atque ferrum nunquam inter se coeuntem materiam; commistiones humani generis futuræ à se inuicem dissidentes, significantur. Siquidem Romanum solum ab exteris gentibus aut rebellibus occupatum, aut de dentibus semper pacis specie traditum constat: exercitibusque nostris urbibus, atque prouincijs permittas barbaras nationes, & præcipue Iudæos inter nos degenerare, nec tamen in mores nostros transire videamus. At-

que

ge potestatem acceperat.

Daniel accersitur iam reuelato sibi per Dominum mysterio.] Daniel, accitis socijs suis Anania, Misaele, & Azaria, iisque misericordiam Dei super sacramento isto querere iussus, nocte mysterium per iusionem congnouit.

Fisio regis refertur, solutioq;.] Id est exponitur, eum vidisse statuam, & quid illa visio significaret. Statua verò, qualis fuerit, refertur à Sulpicio, at Daniel ita exprimit. Huius statuæ caput ex auro optimo erat, pedibus autem, & brachia de argento, porro venter, & femora ex ere, tibiæ autem ferreæ, pedum quedam pars erat ferrea, quedam autem fictilis.

Sed ferrum, atque testum inter se confusum coire non poterat.] Hoc non est apud Daniele. testum autem dixit, quod alij testam, rem fictilem.

Ad extremum imaginem lapis sine manibus abscissus pertinebat, redactaq; omnia in puluerem vento ablata.] Li quidiora multò mihi Danielis verba videntur. Videbis ita, donec abscissus est lapis de monte sine manibus, & percussus sit statuam in pedibus eius ferreis, & fictilibus, & commi-

Q 3 nit

mit eos. Tum contrita sunt pa-
viter ferrum, & testa, æs, ar-
gumentum, & aurum, & redac-
ta quasi in favillam æstivæ
aræ, que rapta sunt vento.

Igitur secundum prophete
interpretationem imago visa
figuram mundi gerit.] Sulpi-
cius ex persona sua statuam
interpretatur, non Danie-
lis. ac scriptura, ex Danielis.
ita Sulpicius addit quædam,
ut is, qui, quæ euetura erāt,
iam evenisse vidit.

Caput aureum Chaldeorū
Imperium est.] Daniel. Tu es
ergo caput aureum, & post te
conspicet regnum aliud mi-
nus te, & regnum tertium
æreum, quod imperabit uni-
versa terræ. Et regnum quar-
tum erit, velut ferrum.

Siquidem id primum, &
opulentissimum fuisse accipi-
mus.] Hæc tanquam à Sul-
picio dicta, non tanquam à
Daniele accipere debemus.
Regnum enim Assyriorum,
quod deinde ad Babylonios
translatum est, primum
fuit.

Cyrus enim victis Chal-
dæis, atque Medis regnum ad
Persas contulit.] Hoc factū
à Dario, ex scriptura colli-
gitur. Dariū autem Cy-
rus excepit.

Idq, impletum videmus, siquidem Alexander.] Daniel neque Cyrus,
neque Alexandri meminit, sed Persarum tantum, & Macedo-
num

que hæc esse postrema tem-
pora prophete annuntiant.
In lapide verò sine manibus
abscisso, qui aurum, argen-
tum, & ferrū testumq; com-
minuit, Christi figuram esse.
Is enim non conditione hu-
mana editus (siquidem non
ex volūtate viri, sed ex Deo
natus est) mundum istum, in
quo sunt regna terrarum, in
nihilum redigit, regnumque
aliud incorruptum atq; per-
petuum, id est, futurum sæcu-
lum, quod sanctis paratum
est, cōfirmabit. De quo vno
adhuc quorundam fides in
ambiguo est: Non creden-
dum de futuris, cū de præ-
teritis conuincantur. Igitur
Daniel multis à rege mune-
ribus donatur, præfectus Ba-
byloniæ, atque omni impe-
rio, in summis honoribus ha-
bentur. Eius suffragio Ana-
nias, Azarias, & Misael ad
summam æquè dignitatem
& potestatem prouecti.

num regnum successurum secundo, & tertio loco innuit.

Idq, Romanum intelligitur omnibus ante regnis validissimum.]
Idem dico de Imperio Romanorum, ex interpretatione Sulpicij
proficisci, non Danielis. id tamen voluisse Daniel vulgo putatur,
tette etiam Theodoret. illud autem omnibus validissimum, ve-
reor ne non satis grammaticis probet.

Pedes verò partim ferrei, partim siciles, diuidendum esse Roma-
num regnum, ita ut nunquam inter se coeat, præfigurant.] Obscurius
Daniel nomine Roma iorum suppresso. Et digitos pedum ex par-
te ferreos, & ex parte siciles, ex parte regnum erit solidum, & ex par-
te contritum.

Quod æque impletum est.] Item hoc ex persona Sulpicij di-
ctum, ut cetera quæ sequuntur.

Siquidem iam non ab uno Imperatore, sed à pluribus, semperq, in-
ter se aut armis, aut studijs dissentiētibz res Romana administratur.]
Sulpicius vixit, & scripsit imperante Honorio. quare cognouit
Imperatores Constantinum, & Constantem, Magnentium,
& Constantium, Maximum, & Valentinianum, Eugenium, &
Theodosium armis inter se dissidentes. Constantium verò, &
Constantem, Valentinianum, & Valentem, Gratianum, & Va-
lentinianum minorem studijs religionis sãuiente Arriamino,
inter se discordantes. Nã Arcadius, & Honorius neque armis, ne-
que studijs inter se decertarunt, sed concitatores odiorum non
desuerunt.

Denique commisceri testum, atque ferrum nunquam inter se coeuntem
mixturam commistiones humani generis future à se inuicem dissi-
dentes significantur.] Multò apertius Daniel. Quod autem vidisti
ferrum mixtum teste ex luto, commiscebuntur quidem humano semine,
sed non adhererunt sibi, sicuti ferrum misceri non potest testa.

Siquidem Romanum solum ab exteris gentibus, aut rebellibus occu-
patum, aut dedentibus semper pacis specie traditum constat. Hæc de-
claratio est Sulpicij omnia ad sua tempora referentis. Significat
autem prouincias Imperij Romani occupatas aut à barbaris re-
bellibus, qui Rhenum transuerunt, Vandalis, Sueuis, Francis,
Burgundionibus, qui Galliam, & Hispaniam tenuerunt, aut à
Gothis, qui specie pacis se dediderunt Valenti Imperatori, cum
Danubio tracto arma in eum ceperunt: atque in tugurio com-
bussent. exercituque deleto Illyricum, & Pannoniam, & Græ-
ciam inuaserunt. ac demum se in Italiam, Galliam, & Hispaniam

intulerunt. Res à me latius in libris de occidentali Imperio explicata est. Non est autem dubium, quin apud Sulpicium legatur perperam, [*dedentibus semper pacis species,*] & pro eo reponendum sit, *dedentibus se per pacis speciem.*

Exercitiibusq; nostris, urbibus, atque provincijs permistas barbaras nationes.] Theodosius maior primus Gotthos, aliosque barbaros in vrbes, in legiones, & in partem reip. Romanæ admisit. teste Synæsio in oratione ad Arcadium, qui eam rem reprehêdit, vt reip. Romanæ exitabilem.

Et precipue Iudeos inter nos degere.] Iudæi ex vltima dispersione in omnes provincias diuisi sunt. Quare Claudius Imperator dicitur eos Roma expulisse tumultuantes. D. Ambrosius scribit, se imperante maiore Theodosio, reperisse Bononiæ corpora SS. martyrum Vitalis, & Agricolæ in solo Iudæorum, cum turba astantium Iudæorum circumfunderetur. Procopius addit, Neapoli tam multos fuisse Iudæos, vt vrbs defensionem aduersus Beliarum sibi deponoscerint. In exercitu etiam Honorij contra Gotthos ducem Iudæum fuisse proditum est.

Nec tamen in mores nostros transire videntur.] Gerebant enim barbari inter Romanos habitum patrium, & religionem patriam colebant, & moribus patrijs viuabant. Quod dolet Synæsius in oratione ad Arcadium.

Atque hæc esse postrema tempora prophete annunciant.] Hæc Sulpicij sunt ex carminibus aliorum prophetarum sumpta.

In lapide verò sine manibus abscisso, qui aurum, argentum, ferrum, testumq; comminuit, Christi figuram esse.] De Christo non tam apertè Daniel. dixit enim. *Secundum, quod vidisti, quod de monte abscissus est lapis sine manibus, & comminuit testam, & ferrum, & æs, & argentum, & aurum, Deus magnus ostendit regi, que ventura sunt postea.* Regem autem Sulpicius Christum interpretatur, vt qui omnia, quæ tum futura prædicebantur, prospexerit. Quare Christi figuram inde explicat, inquit.

Is enim non conditione humana editus, siquidem non ex voluntate viri, sed ex Deo natus est.] Sumptum ex primo cap. S. Iohannis.

Mundum ipsum, in quo sunt regna terrarum, in nihilum rediget.] Sic Daniel, vt multo pluribus, sic multo dilucidius. *In diebus autè regnorum illorum suscitabit Deus cali regnum, quod in æternum non dissipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur, comminuet autem, & confinet vniuersa regna hæc, & ipsum stabit in æternum.*

I. Iosb

Idest futurum seculum, quod sanctis paratum est.] Hoc ex locis Euangelij, vbi traditur de die iudicij. Matth. xxiv. Luc. xxii. Marc. xiiii. Item ex sermone Christi in monte apud S. Mattheum. §.

De quo vno adhuc quorundam fides in ambiguo est, Non credendum de futuris, cum de præteritis conuincantur.] Cum multa prædixerit Daniel euentura, omnia iam euenerunt, præter vltimum Christi aduentum, & regnum eius perpetuum. de quo, vno, quia adhuc non euenit, multi ambigunt, an eueniet vnquam, sed sine ratione, cum conuincantur ex eo, quod cetera, quæ prædicta erant, omnia euenerunt.

Igitur Daniel multis à rege muneribus donatur.] Sic Daniel. *Tunc rex Daniælem in sublime exulit, & munera multa, & magna dedit ei, & constituit eum principem super omnes provincias Babylonis, & præfœcit magistratum super omnes sapientes Babylonis.*

Eius suffragio Ananias, Azarias, & Misael ad summam æquè dignitatem, & potestatem prouecti.] Quippe Daniel postulat à rege, & constituit super opera provinciæ Babylonis Sidrac, Misac, & Abdenago.

EZECHIELIS PROPHEZIA.

Eodem ferè tēpore, præ clara Ezechielis prophetia existit, reuelato ei futurorū & resurrectionis mysterio. Exstat liber magni operis, & cum cura legendus.

Eodem ferè tēpore præ clara Ezechielis prophetia existit.] Transit ad narrationem de Ezechiele captiuo in Babylonia cum Daniele. is verò, vt diximus, captus sub Ioachim cum eodem abstractus in Babyloniam fuerat. cui statim successerat Sedecias. Anno verò quinto Sedecia, qui idem erat quintus transmigrationis Ioachim, Ezechiel prophetiam uidit. quam litteris perdidit. Quare quodam in loco dixit. *Et vidi visiones Dei in quinta mensis. ipse est annus quintus transmigrationis Ioachim.*

Reuelato ei futurorum, & resurrectionis mysterio.] Futura intellexit obsidionem, captionem, & euersionem Hierusalēni, & templi incendium. quæ Sedecia anno undecimo euentura erant. Ezechiel

chiel. cap. 111. & v. & deinceps. Resurrectionem autem intellecte npli, & vrbis post septuaginta annos reedificationem, nam corporum resurrectionem in die ultimo Daniel prædixit. cap. x11.

Exstat liber magni operis.] In quæ D. Hieronymus scripsit apud Latinos, & D. Theodoretus apud Græcos.

RELIQVIAE IVDAEORVM
IN IVDAEA DISPERSAE.

At in Iudæa, cui post excidium Hierosolymæ Godoliam præpositum supra diximus, ægrè ferentes Iudæi principem sibi ex stirpe non regia arbitrio victoris datum, Ismael quodam duce, & concitatore nefandæ coniurationis dispositis eū in conuiuio insidiis peremerunt.] Hæc acta sunt mense septimo post abductum Sedeciam, & urbem excisam, anno xx regis Nabucodonosoris. De Godolæ nece sic loquitur Hieremias. *Et factum est in mense septimo uenit Ismael filius Hathanie, & optimates regis ad Godoliam, etiam comederunt ibi paucos simul in Masphat. Surrexit autem Ismael, & decem viri, qui cum eo erant, & percusserunt Godoliam gladio, & interfecerunt eum, quem præfecerat rex Babylonis terre. Idem est lib. 1v Regū, cap. vltimo.*

At ij, qui extra noxiā fuerant

At in Iudæa, cui post excidium Hierosolymæ Godoliam præpositum, supra memorauimus, ægrè ferentes Iudæi, principem sibi ex stirpe non regia, arbitrio victoris datum: Ismael quodam duce & concitatore nefandæ coniurationis, dispositis eum in conuiuio insidiis, peremerunt. At hi qui extra noxiā fuerant, vltum ire facinus cupientes, properè aduersum Ismael arma capiunt. Sed ille quia cognouit exitium sibi imminere, relicto exercitu, quem contraxerat, nō ampliùs quā octo comitatibus, ad Ammonitas confugit. Igitur populū vniuersum metus peruaserrant, ne paucorum scelus omnium

nium exitio rex Babylonius vltum iret, nam præter Godoliam, multos ex Chaldeis cum eo interfecerant. Itaq; consilium ineunt fugiendi in Aegyptum. Sed prius Hieremiam frequentes aduent, sciscitantes diuinum responsum. At ille verbis Dei vniuersos hortari, in solo patrio manerēt: si id fecissent, Dei præsidio tuendos, nulumque à Babyloniis periculum fore, sin Aegyptum peterent, omnes ibi ferro ac fame, diuersoque mortis genere perituros. Sed plebs assueto malo insolens parendi salubribus consiliis, & diuino imperio, profecta est in Aegyptum. Quid de ea postea actum, sacris litteris fletur: nobis nihil comperitum.

enim placatus sum super malo, quod feci vobis. Nolite timere à facie regis Babylonis, quem vos pavidi formidatis. si posueritis faciem vestram, ut ingrediamini Aegyptum, & intraueritis, ut ibi habitetis, gladius, quem vos formidabitis, ibi comprehendet vos in terra Aegypti, & fames, pro qua estis solliciti, adheret vobis in Aegypto, & ibi moriemini.

Sed plebs assueta malo insolens parendi salubribus consiliis, & diuino

ranis vltum ire facinus cupientes properè aduersum Ismael arma capiunt.] Et hoc etiā apud Hieremiam cap. x11. Nomen ducis eius, qui ulciscendum sibi Ismaelem putauit, est Ioannan F. Careæ, ad quē omnes se cōtulerūt, q̄ metu Ismaelis in Iudæos sæuientis diffugerant.

Itaque consilium ineunt fugiendi in Aegyptum.] Sic Hieremias. *Aberunt in Chanaan, quæ est iuxta Bethleem, ut pergerent, & introirent Aegyptum à facie Chaldeorum. timebant enim eos, quia percusserat Ismael Godoliam, quem præposuerat rex Babylonis in terra Iudæa. Sulpicus autem ait, quia interfecerat multos Chaldeorum.*

Sed prius Hieremiam frequentes aduent, sciscitantes diuinum responsum.] Hoc scriptum est apud Hieremiam cap. x11. His verò respondit Hieremias. *Hæc dicit Dominus. Si quiescentes manseritis in terra hæc, ædificabo vos, & non destruam. Iam*

no imperio profecta est in Aegyptum. Hieremias cap. XLIII. Et non audiuit Ioannan filius Carree, & omnes principes bellatorum, & universus populus vocem Domini, ut manerent in terra Iuda, sed tollens Ioannan filius Carree, & universi principes bellatorum universos reliquiarum Iuda, qui reversi fuerant de cunctis gentibus, ad quas fuerant ante dispersi, ut habitarent in terra Iuda, ingressi sunt in terram Aegypti, quia non obedierunt voci Domini.

Quid de ea postea actum, sacris litteris silentur, nobis nihil comperitur.] Atqui Hieremias prodidit, fore, ut Aegyptus à Nabucodonosore subigeretur, & gens ipsa Iudæorum funditus deleteretur. cap. XLIV. & XLVI. & Ezechiel cap. XXIX. Quod verò illi futurum prænunderunt, id pro facto credere debuit Sulpicius. siquidem factis constat, Ezechiele teste cap. XXIX. à Nabucodonosore anno captivitatis Ioachim XXVII, Syriam, & Aegyptum esse subactas. Iosephus autem hæc facta prodit anno XXIII regni sui, quinto post vi bemb euerfiam lib. x. Theodorëtus autem in Daniele m ea in XVIIII annum regni Nabucodonosor coniicit.

STATVA AVREA NABUCDONOSORIS REGIS
A DANIELE NEGLECTA.

Hoc tractu temporū Nabucodonosor elatus rebus fecundis statuam sibi auream immense magnitudinis posuit.] Transiit ad narrationem statuæ, quam sibi posuit Nabucodonosor. Res autem secundas intelligit, Iudæam, Aegyptum, Syriamque sibi armis victoria gloriosa subiectas. Quare supra conditionem humanitatis elatus diuinos honores appetiuit, ac statuam suam auream, & altissimam pro Deo adorari voluit.

Statuam immense magnitudinis.] Nempe altitudine

Hoc tractu temporū Nabucodonosor elatus rebus secundis, statuam sibi auream immense magnitudinis posuit: adorarique eam ut statuam effigiem præcepit. Quod cum certatim ab omnibus deprauatis adulatione omnium animis fieret, Aranas, Azarias, & Misael profano officio abstinerunt, non ignorantes honorem hunc soli Deo debitum. Igitur rei ex edicto regis cō-

tituuntur

stituantur: propositaque eis conditio pœnarum, ardens caminus, ut præsentī metu adorare statuam cogerentur. Verum illi deuorari ignibus, quam piaculum committere, maluerunt. Itaque vinc̄ti pedibus, in medias flammās coniiciuntur. Sed ministros infandi operis, dum promptius dānatos in ignē propellunt, flamma aborbuit: Hebræos (mirum dictu, & incredibile, non visentibus) ignis non attigit, cum aspectantibus deambulantes in camino psalmum Deo dicere cernerentur. Visusque cum his inter ignem quartus specie angeli, quem Nabucodonosor propius intuitus, filium Dei se vidisse confessus est. Tum se haud dubius, diuinam in re præsentī fuisse virtutem, misisset per omne regnum suum edictis, facti miraculum prouulgauit: confessus, soli Deo honorem deferendum.

cubitorum sexaginta, latitudine cubitorum sex. Daniel cap. XXI I.

Adorarique eam, ut statuam effigiem, præcepit.] Verba præcepti fuerunt. Vobis dicitur populis, tribubus, & linguis. In qua die audieritis sonitum instrumentorum muscorum videntes adorare statuam, quam constituit Nabucodonosor rex. Si quis autem non prostratus adorauerit, eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentis. Ibidem.

Ananias, Azarias, & Misael profano officio abstinerunt, non ignorantes honorem hunc soli Deo debitum.] Itaque ad regem accusati sunt, his verbis. Sum viri Iudæi, quos constituit super opera regionis Babylonie Sidrac, Misael, & Abdenago, viri isti contempserunt edictum tuum, deos tuos non colunt, & statuam auream, quam erexit, non adorant. Ecce viros, appellat, quos primum pueros dixerat, ut intelligamus, re hanc sero admodum, illis iam ætate prouectis, contigisse.

Igitur rei ex edicto regis constituntur.] Sic Daniel. Tum Nabucodonosor in furorē, & ira præcepit, ut adducerentur Sidrac, Misael, & Abdenago, qui confessum abducti sunt in conspectu regis.

Arden

Ardens caminus.] Fornax ignis ardentis. Daniel.

Verum illi devorari ignibus, quam piaculum committere, maluerunt.] Sic enim regi instanti responderunt. Notum tibi sit rex, quia deos tuos non colimus, & statuam auream, quam erexisti, non adoramus.

Sed ministros infandi operis, dum promptius damnatos in ignem prope-llunt, flamma absorbit.] Sic Daniel. Porro viros illos, qui miseram Sidrac, Misac, & Abdago, interfecit flamma ignis.

Hebreos ignis non attingit, cum aspectantibus deambulantes in camino psalmum Deo dicere cernerentur.] Sic Daniel. Et ambulabant in medio flammæ, laudantes Deum, & benedicentes Domino. Psalmus autem est. Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum.

Isusq; cum his inter ignem quartus specie angelis, quem Nabucodonosor propius inuirit, filium Dei se vidisse confessus est.] Ut pluribus, sic liquidius Daniel. Tum Nabucodonosor obstupuit, & ait optimatibus suis. Nomen tres viros misimus in medium ignis compeditos, qui respondent regi dixere. Verè Rex. Respondit, & ait. Ecce ego video quattuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis est, & species quarti similis filio Dei.

Tum rex haud dubius, diuinam in re presenti fuisse virtutem, missis per omne regnum suum edictis facti miraculum pronulgauit.] Verba vnus edicti fuerunt. Et omnis populus, tribus, & lingua, quæcumq; locuta fuerit blasphemiam contra Deum Sidrac, Misac, & Abdago, dispareat, & domus eius vastetur, neque enim est alius Deus, qui possit ita saluare. alterius vero. Nabucodonosor rex omnibus populis, gentibus, & linguis, qui habitant in uniuersa terra, pax vobis multiplicetur. Signa & miracula apud me fecit Deus excelsus, placuit ergo mihi prædicare signa eius, quia magna sunt.

NABUCDONOSORIS INSANIA, ET SANITAS.

Nec multò post rex obie-
cto sibi somnio, mox voce
etiam cælo emissâ admoni-
tus.] Narratur inde apud
Danielem cap. 111. ut Na-
bucodonosor non permanes
in agnitione veri Dei infan-
tia

Nec multò post, rex ob-
iecto sibi somnio, mox voce
etiam cælo emissâ admoni-
tus, potestate regia abiecta,
atque ab omni conuersatio-
ne

ne humana remotus, herbis
tantum vitam sustinens, e-
gisse pœnitentiam traditur.
seruatum ei nutu Dei impe-
rium, donec impleto tempo-
re, agnito demum Deo, post
septem annos, & regno, &
statui pristino restitutus est.
Hic post deuictum, vt supra
diximus, Sedechiam, quem
captiuum Babylonem tran-
sfulit, regnasse traditur an-
nos VI, & XX. quamquam
id non in Sacra historia scri-
ptum inuenerim. Sed forte
accidit, vt dum multa euo-
luerem, annotationem hanc
iam interpolato per ætatem
libello, sine auctoris nomi-
ne, reperirem, in quo regum
Babyloniorum tempora cõ-
tinebantur: quã prætereun-
dam non putauî. siquidem
& Chronicis consentirent:
& ita illius nobis ratio qua-
draret, vt per ordinem re-
gum, quorum tempora con-
tinebat, vsque in primum
Cyri regis annum, LXX. an-
nos, (tot enim per Sacram
histo-

nia correptus sit, atq; expul-
sus regno per septem annos
in syluis cum feris habitau-
rit, deinde sanitatem, regnum
que receperit. Hæc autem
mala ei euentura Deus præ-
monuit, somnio, & viua vo-
ce de cælo missâ. Somnium
fuit tale. Videre sibi uisus
est in quiete arborem altissi-
mam foliis, fructibusq; pul-
cherrimis. Sub qua habita-
bant pecudes, & versaban-
tur volucres, & ex ea cibum
capiebant omnes. & ab ea
angelus Domini affuit di-
cens. arborem succide, folia
excute, fructus disperge, & be-
stias, auesq; propelle. attamen
germen eius in terram demit-
te, & ferreo, aneque uinculo
astringe in herbis feris, & ro-
re cæli temet asperge, & cum
feris herbas participas. & se-
ptem tempora super te mitem-
tur. Cum autem interpreta-
tionem huius somni ex
Chaldæis nemo asserre uel-
let, accitus Daniel respon-
dit, ipsum regem esse, qui ab
arbore illa cellisima fingere-
tur. fore autem, ut ipse ab
hominibus eiceretur, & cū
feris habitaret, & tanquam
bos fœnum comederet, &
rore cæli aspergeretur. &
septem tempora super eum
mutarentur, donec cognos-
ceret Deum datæ regnum
cui

cui velit. Postquam autem id cognouisset, semen, id est regnum eius illi mansurum. Vocis autem ratio fuit hæc. *Vox de celo ruit. Tibi dicitur Nabucodonosor rex. Regnum tuum transibit à te. & ab hominibus eiciet te, & cum bestijs feris erit habitatio tua.*

Potestate regia abiecta.] Videtur significare Sulpicius. Nabucodonosorem somnio, & voce exanimatione sponte regno se abdicasse, & in solitudinem recessisse. At Daniel compulsus scribit his uerbis. *Eadem hora sermo expletus est super Nabucodonosor, & ex hominibus abiectus est, & senuit ut bos comedit, & rore cæli corpus eius infectum est, donec capilli in similitudinem aquilarum crescerent, & ungues eius quasi animam. Quæ verba ita Theodoretus interpretatur. Expulsus primum est propter furorē, ne noceret furiosus effectus, deinde propter odium, quod clam gerebant homines in eum, cum ualebat, & deinde egrotante illo effuderunt.*

Egisse penitentiam traditur.] Hæc putat Sulpicius egisse Nabucodonosorem mente ualentem, at Theodoretus scribit, illum furore cæcaturum senum edisse, & cetera, quæ diximus, peregisse.

Donec impleto tempore agnito demum Deo post septem annos, & regno, & statim pristino restitutus est.] Sic loquitur hac de re de se apud Danielem Nabucodonosor. *Igitur post finem dierum ego Nabucodonosor oculos meos ad cælum leuaui. & sensus meus redditus est mihi, & altissimo benedixi. In ipso tempore sensus meus reuersus est ad me, & opimates mei, & magistratus mei requisierunt me, & in regno meo restitutus sum.*

Hic post demeritum, ut diximus, Sedeciam regnasse traditur annos sex, & viginti.] Rectè. nam anno undecimo Sedecia iam nonum decimum regnabat, cui numero si addas xxv, quadraginta quinque efficies, qui illius regno à scriptoribus tribuuntur, ut à Metasthene. Adde quod Euilmerodach filius eius primo anno regni sui liberauit Ioachim post annos xxxv, quàm ab Nabucodonosor abductus fuerat. Si autem undecim annis Sedecia, qui excipit ipsum Ioachim, adificias ipsos xxv annos Nabucodonosoris, erunt xxxv.

Annotationem hanc in interpolato per ætatem libello sine auctoris nomine

historiam à captiuitate vsq; ad Cyrum fuisse referuntur) impleret. Post Nabucodonosor filius eius regnum est adeptus,

nomine reperi.] Significat fuisse, qui in libello, in quo regum Babyloniorum tempora digerebantur, abraferint aliquem uersum, & pro eo reposuerint. *Nabucodonosorem xxxv annos post captum Sedeciam regnasse.* Interpolare enim est, nomen, quod deleris, noua scriptura supplere. *per ætatem* inquit. quia fere euenit, ut qui libri propter uetustatem in manibus multorum uersentur, in ijs multa eiusmodi per multos, prout cuiusque fert ingenium, reponantur.

Siquidē & Chronicis consentirent.] ut Eusebii, & Metasthenis.

Et ita illius nobis ratio quadraret, ut per ordinem regum, quorum tempora continebat, usque in primum Cyri regis annum lxx annos impleret.] Et quidem hoc modo, *Nabucodonosor an. xxvi. Euilmerodac an. xli. Balthasar an. xlii. Darius an. xliiii.* Atque ex hoc quidem loco apparet ipsum tempus captiuitatis sumere à Sedecia, non à Ioachim in seruitutem abstracto.

Tot enim per sacra historiam.] Captiuitatis annorum septuaginta numerus in sacra historia est celeberrimus apud Hieremiã, Ezechielem, Danielem, & Esdras. ut post ostendimus.

EVILMERODAC REX BABYLONIORVM.

quem in Chronicis Euilmerodac fuisse uocatum reperi. Hic duodecimo imperii anno diem functus, fratri minori,

Quē in Chronicis Euilmerodac fuisse uocatum reperi.] Immo uerò etiam multò ante in sacris libris. ut apud Hieremiam cap. lli.

BALTHASAR REX BABYLONIORVM.

Uisum Balthasaris regis ad excidium eius perti-
nens expositum à Daniele.

Qui Balthasar dictus est, locum fecit. Is cum quarto & decimo anno publicum epulum principibus ac prefectis suis daret, sacra uasa, quæ

Qui Balthasar dictus est, locum fecit. Is cum quarto, & decimo anno. Daniel cap. v. uocat Balthasar.

Is cum quatuordecimo anno publicum epulum principibus, R & præ-

Et profectis suis daret sacra vasa, & c. proferri imperavit.] Nunc narrare incipit vasa Balthasar regis filii Nabuchodonosoris, quae Daniel interpretatus est, ut apud eum scriptum est cap. v. Visum fuit tale. Cum obfidente Babylonem Dario Balthasar rex conuiuui daret principibus suis, atque ad id sacra vasa quondam Hierosolymis abspoliata adhiberet, Deus offensus exitium praedixit. nam manus apparuit scribens in pariete tria verba, ex quibus Daniel illum regnum amissurum praenunciavit. atque ita ea nocte capta est Babylon.

Omnis virilis, & muliebris sexus.] Legendum est, ut supra, omnes. Daniel autem scripsit. *Biberum in eis rex, & optimates eius, uxores, & concubinae illius.*

Subito rex in pariete conspicit digitos scribentes, cernebanturq; in uersum ducte litterae.] Sic Daniel. *In eadem hora apparuerunt digiti, quae manus hominis scribens contra candelabrum in superficie parietis aulae regiae, & rex aspicebat articulos manus scribens.* Ex his suspicor legendum apud Sulpicium. *in candelabrum uersum, ut dixit.*

quae per Nabuchodonosor de templo Hierosolymae ablata, ac in regales usus usurpata, sed recondita in thesauris habebantur, proferri imperavit. Cum his per luxum ac licentiam regalis conuiuui promiscue omnis virilis, ac muliebris sexus, uxores, concubinaeque eius uerentur; subito rex in pariete conspicit digitos scribentes: cernebaturq; in uersum ductae litterae. Sed qui posset scripta legere, non reperiebatur. Igitur rex perterritus, magos & Chaldaeos aduocat. Quibus musitanti- bus, nec quidquam respondentibus, regina regem admonet, esse quendam Hebraeum Daniel nomine, qui olim Nabuchodonosor occulti mysterii somnium reuelasset, iam tum ob illustre sapientiam summis honoribus donatum. Itaque accitus Daniel, perlegit, interpretatusque, ob delictum regis, qui sacra Deo vasa te-

me-

merasset, ipsi exitium imminere, regnumque eius Medis, ac Persis datum.

dixit Cicero, in forum uersis.

Igitur rex perterritus.] Quippe facies eius commutata est, & cogitationes eius

conturbabant eum, & compages renum eius soluebantur, & genua ad se inuicem collidebantur.

Magos, & Chaldaeos aduocat.] Exclamauit, ut introducerent magos, Chaldaeos, & aruspices.

Quibus musitanti- bus, nec quidquam respondentibus.] Daniel. Tunc ingressi omnes sapientes regis non potuerunt, nec scripturam legere, nec interpretationem indicare regi.

Regina regem admonet, esse quendam Hebraeum Daniel nomine, qui olim Nabuchodonosor occulti mysterii somnium reuelasset, iam tum ob illustrem sapientiam summis honoribus donatum.] Verba reginae haec fuere. *Est uir in regno tuo, qui spiritum Deorum sanctorum in se habet, & in diebus patris tui scientia, & sapientia inuenta sunt in eo. nam & rex Nabuchodonosor pater tuus principem magorum, incantatorum, Chaldaeorum, aruspicum constituit eum.*

Itaque accitus Daniel perlegit, interpretatusque, ob delictum regis, qui sacra Deo vasa temerasset, ipsi exitium imminere, regnumque eius Medis, & Persis datum.] Verba eius fuere. *Quia eleuatus es more patris tui Nabuchodonosor aduersus dominatorem caeli, & ex uasis eius bibisti tu, & concubinae tuae, iccirco missus est articulus manus, qui haec scripsit, Mane, Thecel, Phares. quorum uerborum interpretatio est. Mane, Numerauit Deus regnum tuum, & completi illud. Thecel, Appensus es in statorem, & inuentus es minus habens. Phares, diuisum est regnum tuum, & datum est Medis, & Persis.*

DARIUS REX MEDORVM, ET BABYLONIORVM.

Quod mox consecutum est. nam eadem nocte Balthasar interijt, regnumque eius Darius natione Medus occupauit. Sic Daniel. *Eadem nocte interfectus est Balthasar rex Chaldaeus, &*

R 2 Da-



Darius Medus successit in regnum annos natus sexaginta duos.

Danielem illustri opinione compertum uniuerso Imperio preposuit.] Deinceps de Dario agit, atque ab illo honoratum Danielem scribit. Sic autem Daniel. Placuit Dario, & constituit super regniu[m] satrapas centum uiginti, ut essent in toto regno suo, & super eos principes tres, ex quibus Daniel unus erat, ut satrapæ illi redderent rationem.

Nam & Nabuchodonosor eum regno prefecerat.] Supra dictum est, post interpretationem primi somni.

Et Balthasar ueste purpurea, & torque aureo donatum tertium regni principem constituerat.] Daniel. *Tunc iubente rege Balthasar indutus est Daniel purpura, & circumdata est torques aurea collo eius, & predicatum est de eo, quod haberet potestatem tertius in regno.*

DANIEL LEONIBVS OBIECTVS

A REGE DARIO.

Igitur ii, qui vnâ cum eorum potentes erant, exagitati inuidia, quod eis alienigena captiua gentis fuisset æquatus.] Nunc narrat, ut propter inuidiam summi honoris collegæ Danielis ipsum Danielem euerterint. quippe impulsore rege, ut ediceret, diuinos sibi honores deferri, cum scirent, Danielem eum cultum detrectatum, rem eò deduxerunt, ut Danielem parere abnuentem rex in lacu leonum finiret.

stri opinione compertum, uniuerso imperio præposuit fecutus superiorum regum iudicium. Nam & Nabuchodonosor eum regno præfecerat, & Balthasar ueste purpurea & torque aureo donatum, tertium regni principem constituerat.

Igitur hi, qui vna cum eorum potentes erant, exagitati inuidia, quod eis alienigena captiua gentis fuisset æquatus, regem deprauatum adulatione compellunt, ut sibi diebus proximis triginta diuini honores darentur: neque cuiquam liceret Dominum, nisi regem precari. Facile id Dario per-

persuasum, stultitia regum omnium, qui sibi diuina vindicant. Igitur Daniel non rudis, neque infcius, Deo preces, non homini deferendas: reus constituitur, edicto regis non paruiffe. Multumque abnuente Dario, cui carus acceptusque semper fuerat, principes peruicere, ut in lacum demitteretur. Sed obiecto bestiis, nullum periculum fuit. Quod cum rex comperisset, accusatores deputari leonibus præcepit: qui non simili exemplo perfuncti sunt. nam continuo deuorati, ferarum famem expleuerunt. Daniel clarus ante, clarior haberi cœpit: rex antiquato edicto suo, nouum proposuit: relictis erroribus ac superstitionibus, Deum Danielis colendum.

ne cibo coniceret. ex quo diuinitus incolumis euasit. Res narratur apud Danielē. cap. vi.

Compellunt, ut sibi diebus proximis triginta diuini honores darentur, neque cuiquam liceret dominis nisi regem precari.] Verba petitionis satraparū clariora sunt apud Danielem. extat edictum. *Pro omnis, qui petierit, aliquam petitionem à quocumque Deo, & homine intra triginta dies, nisi à te rex, mittatur in lacum leonum.*

Daniel reus constituitur, edicto regis non paruiffe.] Ibidē *Inerim Daniel ingressus est domum suam, & fenestris apertis in canaculo suo contra Hierusalem tribus temporibus in diem flexit genua sua, & adorauit, confessusque est Deum, sicut & ante facere consueuerat. Pro iri autem illi curiosi inquirentes inuenerunt Danielem orantem Deum suum. & accedentes ad regem, id ei detulerunt, & ut ex edicto in lacum leonum daretur, instituerunt.*

Multum abnuente Dario.]

Nam pro Daniele posuit cor, ut liberaret eum, & usque ad occasum solis laborauit, ut erueret illum.

Principes peruicere.] Nampe dicentes. *Scito rex, quia lex Medorum, atque Persarum est, ut omni decreto, quod constituerit rex, non liceat immutari. Tunc rex precepit, & adduxerunt Danie-*

lem, & miserant in lacum leonum.

Sed obiecto bestijs nullum periculum fuit. Nam Deus misit angelum suum, & conlisset ora leonum, & non nocerunt ei. euctusque est Daniel de lacu. & nulla lesio inuenta est in eo, quia credidit Deo suo.

Quod cum rex comperisset, accusatores deputari leonibus precepit. Daniel. Inbene rege adducti sunt viri illi, qui accusauerunt Daniele, & in lacum leonum missi sunt ipsi, & filij, & uxores eorum. & non peruenierunt usq; ad pavementum lacu, donec arripere eos leones, & omnia ossa eorum comminuerunt.

Rex antiquato edicto suo, nouum proposuit, relictis erroribus, ac superstitionibus Deum Danielis colendum. Verba edicti noui fuere. A me constitutum est decretum, ut in uniuerso Imperio, & regno meo irremiscant, & pauent Deum Danielis, in se enim est Deus uiuent, & aeternus in secula.

VISIONES DANIELIS DE REGNIS FUTVRIS, CHRISTO, ET ANTICHRISTO.

Extant etiam uisiones eius. Liber Danielis, de quo loquitur, continet, ut supra dixi, somnia, & uisiones regum Nabucodonosoris, Balthasaris, & Darii, quas ille coniecit, & uisiones ipsius Danielis cum interpretatione. cap. v. i, viii, ix, & x. ex his una obiecta est: anno primo Balthasaris de quattuor bestiis, leona alas habente, urso, pardo, & quarta bestia cornua decem habente, altera uero anno tertio Balthasaris de ariete duorum cornuorum, & hircocornu, deinde quattuor, qui deuicit arietem. & primo anno reuelationem de se

Extant etiam uisiones eius, quibus consequentium seculorum ordinem reuelauit: annorum etiam numerum complexus, intra quem Christum, sicut factum est, descensurum ad terras pronuntiavit, venturumque Antichristum manifeste exposuit. Quod si quis studiosior erit, rectius ibi quaesitum reperiet: nobis propositum est, rerum tantum ordinem contextere. Darius duodeuiginti annos regnasse traditur.

Qua

Qua tempestate Astyages septuaginta hebdomadibus Medis imperabat. post quas uenturus erat Christus.

Quibus consequentium seculorum ordinem reuelauit. Hæ sunt primæ duæ uisiones, quibus præuidit seriem regnorum futurorum. nam in prima uisione uidit quattuor hostias, quattuor regna significantes, quæ se inter se exceptura erant, Assyriorum, Persarum, Macedonum, & Romanorum, de quibus sic Daniel. Hæ quattuor bestie magnæ, quattuor sunt regna, quæ consurgunt de terra, suscipient autem regnum sancti Dei altissimi, & obseruabunt regnum usque in seculum, & in seculum seculorum. Bestia quarta regnum quartum erit in terra, quod maius erit omnibus regnis, & deuorabit uniuersam terram, & concutabit, & comminuet eum. Secunda uero uisio fuit, qua se uidisse asseruit arietem, cui ceteræ bestie resistere non poterant. uenisse autem ab occidente hircum, qui habebat cornu insigne inter oculos suos, & percussisse arietem. hircum autem magnum factum esse. inde fractum illi cornu magnum, & orta esse quattuor cornua. de uno autem egressum esse cornu unum, quod iuge sacrificium abstulerit, & locum sanctificationis deiecerit. Interpretantur autem hircum fore Alexandrum Magnum, qui arietem, id est Darium Persarum regem subegit. & moriens quattuor cornua, id est regna reliquit. ex quibus unus Antiochus Epiphanes rex Syriæ religionem Iudæorum mutauit, & templum profanauit, ut postea uidebimus. Hæc uero uix significauit Sulpicius.

Annorum etiam numerum complexus intra quem Christum, sicut factum est, descensurum ad terras pronuntiavit. Tercia hæc est uisio, qua post lxx annorum hebdomades Christum uenturum prænouit. Locus est cap. ix. In anno primo Darij filij Assineri de semine Medorum, qui imperauit super regnum Chaldæorum, ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, de quo factus est sermo Domini ad Hieremiam prophetam, ut completerentur desolationis Hierusalem septuaginta anni. & addit, oranti sibi Deum angelum respondisse. Septuaginta hebdomades abbreviatae sunt super populum tuum, & super urbem sanctam tuam, ut consummetur prauaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & addicatur iustitia sempiterna, & impletur uisio, & propheta, & ungetur sanctus sanctorum. Scito ergo, & animaduerte ab exitu sermonis, ut iterum edificetur Hierusalem, usque ad Christum ducem, hebdomades septem, & hebdoma-

des sexaginta dñe erant, & rursus edificabitur platea, & muri in angustia temporum. Et post hebdomades sexaginta dñas occidetur Christus, & non erit eius populus, qui eum negaturus est. Confirmabit autem pactum multis una hebdomada, & in dimidiis hebdomadis deficiet hostia, & sacrificium, & erit in templo abominatio desolationis, & usque ad consummationem, & finem persecrabis desolatio. Ceterum septuaginta annorum hebdomades annos conficiunt c. d. x. Initium autem hebdomadam ab aliis, ut inquit Theodoretus, in anno primo Cyri regis Persarum collocatur, cum Iudæi domū dimissi sunt, ab aliis in sexto anno Darii, cum templum perfectum est, ab aliis in anno uicesimo Artaxerxis Longimani, cum urbs instaurata est. finis uerò, aut in baptismo Christi, aut in cruce, aut in tēpli euerfione statuitur, nempe sub Hadriano. De qua re tota sic S. Augustinus lib. xvi. c. xxi. de Ciuitate Dei. *Tempus, quod uenerius fuerat Christus, atque passurus, Daniel numero desinit annorum, quod longum est in computando monstrare. Et autem illi septuaginta anni populum captiuitate Iudaica liberarunt, sic hæ septuaginta annorum hebdomades populum in ueram libertatem uindictabunt, nempe aduersus tyrannidem Satanae, quam Christi promissi aduentus, & passio labefactabit.*

Præterea Antichristum manifeste exposuit.] Hæc est alia visio, qua Antichristum prænuñciauit, explicita capite septimo, ubi primam uisionem exponit, de quattuor bestis. Loquens enim de quarta sic inquit angelus. Bestia quarta regnum quartum erit in terra, quod maius erit omnibus regnis, & deuorabit uniuersam terram, & concalcabit, & comminuet eam. Porro cornua decem ipsius regni decem reges erunt, & alius consurget post eos, & ipse potentior erit prioribus, & tres reges humiliabit. Et sermones contra excelsum loquetur, & sanctos altissimi conteret, & putabit quod possit mutare tempora, & leges, & tradentur in manu eius usque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis. Quæ uerba interpretans Theodoretus sic inquit. Decem reges circa finem exurgent, & postremus Antichristus exortus, & regnumque obtinere contendet, ac tres illos euerget, nec contentus uictoria, quam de hominibus retulerit, etiam maledicta contra Deum altissimum conijcet, & sanctos supplicio afficiet, & putabit, se posse pietatem, quæ tunc nibeat, euertere, & rem commutare.

Darius trisdecim annos regnasse traditur. Quæ tempestate Astyages Medis imperabat.] Eodem tempore Astyages regnauit inter Medos, Cyrus nepos eius ex filia inter Persas, & Darius Medus,

us, siue de semine Medorum, Assueri filius, (sic enim inquit Daniel) Balthasarem regem Babyloniorum deleuit, & regnum eorum sibi alciuit. quot autem annos tenuerit, non constat inter scriptores. qui minimum anno vno, qui plurimum octodecim, inter quos est Sulpicius, & fortasse solus. Atq; hæc quidem in captiuitatem, & eius tempora dicta sint.

CYRVS REX PERSARVM, MEDORVM,
ET BABYLONIORVM.

Hanc Cyrus ex filia nepos eius, regno expulit, Persarum vsus armis: unde summa imperii ad Persas translata est. Babylonii quoque in potestatem ditionemque eius concessere. Igitur initio regni, propositis publicè edictis, dat potestatem Iudæis, in solum patrium redeundi: sacra etiam uasa, quæ Nabuchodonosor de templo Hierosolymæ abstulerat, reddidit. Itaque paucitum in Iudæam regressi: ceteris redeundi animus, an facultas defuerit, parum comperimus.

Hunc Cyrus ex filia nepos eius regno expulit.] Narrare deinceps incipit de Cyro rege Persarum successore Darii regis Medorum. Græcorum uerò opinioni assentit, qui Astyagè à Cyro oppressum scribere. Sunt tamen, qui hereditate illud regnum ei obtigisse scribant, non armis. Quod inuere uidetur Daniel, cap. xlii. cum inquit. *Et rex Astyages appositis est ad patres suos, & suscepit Cyrus Perses regnum eius.*

Babylonii quoque in potestatem, ditionemque eius concessere.] Persico regno Cyrus adiunxit Babylonicum, quia mortuo Dario socero regnum illud obtinuit. atque ita tria regna Persarum, Medorum, & Babyloniorum coniunxit.

Restitutio Iudæorum in Patriam. Templi reedificatio inchoata.

Igitur initio regni propositis publicè edictis dat potestatem Iudæis

in solum patrium redeundi.] Explicitis septuaginta captiuitatis annis, deinceps narrare pergit ea tempora, quibus Iudæi per Cyrum regem Persarum in Iudæam dimissi templum, & urbem reedificauerunt. & legem ac temp. restituerunt. fuerunt autem anni ducenti uiginti, ipso supputante Sulpicio, neque enim ei cum ceteris conuenit. Hæc uero tempora illustrant ipsi Persarum reges, Cyrus, qui Iudæos dimisit, Cambyfes, Darius Hydaspis filius, Xerxes, Artaxerxes Longimanus, qui ædificatione impediunt. Darius Ochus, sub quo templum resectum, & Artaxerxes Mnemod, sub quo urbs ab ipso dicitur restituta. Post quem Ochus, Arsès, & Darius fuit, quem Alexander Macedo deleuit. Agamus ergo Sulpicium sequuti de singulis, ita tamen, ut lectorem præmoneamus, rectius sub Dario Hydaspis filio templum restitutum, & sub Artaxerse Longimano urbem reedificatam esse, credi, quod alij prodiderunt. Redeundi uero potestas data est à Cyro rege anno primo regni sui Zorobabeli principi Iudæorum, & Iosue pontifici expletis demum annis septuaginta captiuitatis, cum adesset tempus à deo promissum Iudæis repetendæ patriæ, & templi reficiendi, & urbis instaurandæ. Ex quo Isaias cap. xxvii. *Qui dico Cyro, Pastor meus es, & uoluntatem meam complebis. Qui dico Hierusalem, edificaberis, & templo, simulaberis.* & Hieremias cap. xxv. *Et erit uniuersa terra hæc in solitudinem, & in stuporem, & seruient omnes gentes istæ regi Babylonis septuaginta annis, cumque impleti fuerint septuaginta anni, uisitabo super regem Babylonis, & iniquitatem eorum, & super terram Chaldeorum.* & cap. xxxix. *Cum cæperint impleri Babylone septuaginta anni, uisitabo uos, & reducam uos ad locum istum.* Inde ab Hieremia reliqui sumpserunt. ut scriptor Paralipomenon. cap. xxxvi. *Si quis euaserat gladium datus in Babylone, seruiuit regi, & filiis eius, donec imperaret rex Persarum, ut compleretur sermo Domini ex ore Hieremie, & celebraret terra sabbata sua. cunctis enim diebus desolationis egit sabbatum usque dum complerentur septuaginta anni. anno autem primo Cyri regis Persarum suscitauit Dominus spiritum Cyri, qui iussit predicari in uniuerso regno suo. Deus præcepit mihi, ut ædificarem ei domum in Hierusalem. Hinc etiam Eldra cap. i. scriptum reliquit. Anno primo Cyri regis Persarum, ut compleretur uerbum Domini ex ore Hieremie, suscitauit Dominus spiritum Cyri regis Persarum, ut ædificaret ei templum in Hierusalem. & locutus ad populum Iudæ, horatus est, ut irent in Hierusalem, & ædificarent templum. & cap. v. ac vi. Anno primo*

Cyri

Cyri regis Babylonis Cyrus rex proposuit edictum, ut domus Dei ædificaretur.

Sacra etiam uasa, quæ Nabucodonosor de templo Hierosolymæ abstulerat, restituit.] Esdras cap. i. Rex Cyrus protulit uasa templi Domini, quæ tulerat Nabucodonosor de Hierusalem, & posuerat ea in templo Dei sui. inde numerat ea.

Itaque pauci tum in Iudæam regressi.] Omnis multitudo, inquit Esdras, quadraginta duo millia trecenti sexaginta septem.

IDOLVM BELI DELETVM A DANIELE BABYLONE.

Erat ea tempestate apud Babylonios Beli antiquissimi regis, cuius etiam Virgilius meminit, ex ære simulacrum, quod superstitione hominum consecratum, Cyrus quoque adorare erat solitus, antistitum eius dolo illius, qui uesci effigiem illam atque potare affirmabant: cum diurnam pensitationem, quæ idolo inferebatur, clam ipsi absumeret. Igitur Cyrus cum Daniele familiariter ueretur, quærit ab eo, cur simulacrum non adoraret, cum manifestum uiuentis Dei esset indicium, absummentis ea quæ inferebantur? Daniel ridens hominis errorem, negare

id

Erat ea tempestate apud Babylonios Beli antiquissimi regis, cuius etiam Virgilius meminit, ex ære simulacrum.] Interferit historiam ad reditum Iudæorum non pertinentem, nempe, ut Babylone Daniel uirtutem suam coram Cyro rege ostenderit, sacerdotibus Beli falsi conuictis, cum Beli simulacrum uesci cibis, qui apponebantur, affererent. Hoc est autem apud Danielem. cap. xiv. *Erat idolum apud Babylonios nomine Bel.* De quo sic S. Ambrosius, quem secutus est Sulpicius, in episto. ad Romanos. *Primi Babylonij deo uocauerunt figmentum cuiusdam Beli quondam hominis mortui, qui principatum in eis dicitur egisse. Et quidem ante Ninnum dicitur regnasse Belus, uerum puto idolum illud fuisse potius dei Baal, quam Bel.*

Beli regis. Ceterum non uidetur Virgilius eundem Belum Babylonium intelligere. cum de Tyriis loquens dixit. *Genitor tum Belus optimam washabat Cyprum.* Quae se vereor, ut haec verba afficta sint ab alio aliquo parum hilloriarum perito. [*causam etiam Virgilius meminit.*] & temere deinde ex margine in textum irrepserint.

Cyrus quoque adorare eam solitus.] Daniel. Rex quoque colebat eum. & ibat per singulos dies adorare eum.

Qui vesci effugiam illam, atque potare affirmabatur.] Nam impēdebatur in eo per dies singulos simile artabe, & oves quadraginta, & vini amphore sex. Ibidem.

Cyrus cum Daniele familiariter uisitaretur, querit ab eo, cur simulacrum non adoraret, cum manifestum uidentis Dei esset iudicium abstinentis ea, quae inferebantur.] Verba Cyri fuerunt. *Quare non adoras Bel? cui respondit Daniel. Quia non colo idola manufacta, sed uiuentē Deū. Cui rex. Non uidetur tibi esse Bel uiuentis Deus? an non uides, quantum comedat, & bibat quotidie?*

Daniel ridens hominis errorem negare id posse fieri.]

Re-

id posse fieri, ut res illud, id est, bruta materies, cibo uteretur, aut potu. Accersi ergo rex sacerdotes iubet: nam ferè ad septuaginta erant. adhibitoque eos terrore increpitat, quis impensa consumeret? cum Daniel, vir prudentia insignis, minime id ab insensibili simulacro posse fieri contendere. Tum illi confisi paratodolo, inferre, & obsignari à rege templum deposcunt, uti, nisi omnia postero die absumpta deprehenderentur, morte poenas persoluerent: dum eadem conditio Danieli maneret. Itaque signo regis templum obsignatur, cum prius Daniel, sacerdotibus insciis, pavementum cinere aspersisset, ut introeuntium occultos aditus uestigia proderent. Igitur postero die rex templum ingressus, animaduertit absumpta, quae idolo apponi iusserat. Tum Daniel occultam fraudem uestigiiis pro-

prodentibus referat: sacerdotes cum uxoribus, & filiis, subfosso foramine ingressos, ea quae idolo apposta fuerant, deuorasse. Ita omnes iussu regis interfecti, templum ac simulacrum Maniæ in potestatem datum, atque arbitrio eius dirutum.

dubitantem addidisse, [*Terme ad septuaginta.*]

Adhibitoque eos terrore increpitat, quis impensa consumeret?] Verba increpationis fuerunt. *Nisi dixeritis mihi, quis est, qui comedat impensas has, moriemini.*

Dum illi confisi paratodolo, inferre, & obsignari à rege templum deposcunt.] Sic enim dixerunt. *Ecce nos egrediemur foras, & tu rex pone escas, & uinum misce, & claude ostium, & signa annulo tuo, & cum ingressus fueris mane, nisi inueneris omnia comesta à Bel, morte moriemur, uel Daniel, qui mentitus est aduersus nos. Dolus autem sic exponitur. Contemnebant autem, quia fecerant sub mensa absconditum introitum, & per illum ingrediebantur semper, & deuorabant ea.*

Cum prius Daniel sacerdotibus insciis pavementum cinere conspersisset. [rectè. praecepit enim pueris suis, ut afferrent cinerem, & cribrant per totum templum coram rege.]

Animaduertit absumpta, quae idolo apponi iusserat.] Nam sacerdotes ingressi nocte iuxta consuetudinem, & uxores, & filij eorum comederunt omnia, & biberunt.

Tum Daniel occultam fraudem uestigiiis prodentibus referat.] Dixit enim. *Ecce pavementum. animaduerte, cuius uestigia sunt haec.*

Sacerdotes cum uxoribus, & filiis subfosso foramine ingressos ea, quae idolo apposta fuerant, deuorasse.] Ibidem. *Tunc apprehendit sacerdotes, & uxores, & filios eorum, & ostenderunt ei absconditum ostiola, per quae ingrediebantur, & consumebant, quae erant super mensam.*

Itaque

Itaque omnes iussu regis interfecti. Templum, & simulacrum Danieli in potestate datum, atque arbitrio eius dirutum.] Ibidem. occidit ergo illos rex, & tradidit Bel in potestatem Danielis, qui subvertit eum, & templum eius.

REÆDIFICATIO TEMPLI IMPEDITA.

Interea Iudæi, quos ex permisso Cyri in patriam regressos supra memorauimus, urbem, ac templum restituere aggressi.] Redit ad historiam Iudæorum, qui in Iudæam reuerterunt, eosque primum templo excitando operam impendisse scribit. sed per centum annos propter paucitatem, & inopiã parum profecisse. qui numerus conuenit ætati Artaxerxis primi cognomento Longimani, sub quo impeditam ipse censet ædificationem.

Donec centesimo ferè anno Artaxerxe rege Persis imperitante per eos, qui locis præerant, ab ædificando deterriti sunt.] Per centum, inquit, annos nihil in ædificando templo profecerunt, anno centesimo propter imperiũ Artaxerxis regis omnino ab opere recesserunt. Inde regnante, ut addet, Dario templum est restitutum. Cum autem duo sint Darii, & duo Artaxerxes, ipse ædificationem impeditam ab Artaxerxe primo, qui Longi-

ma-

Interea Iudæi, quos ex permisso Cyri in patriam regressos supra memorauimus, urbem ac templum restituere aggressi, ut pauci atque inopes, parum proficiebant: donec centesimo ferè anno, Artaxerxe rege Persis imperitante, per eos qui locis præerant, ab ædificando sunt deterriti. Etenim tum Syria, atque omnis Iudæa sub Persarum imperio per magistratus ac præfides regebatur. Igitur his consilium fuit, regi Artaxerxi scribere, non oportere Iudæis restituendæ urbis suæ copiam dari, ne pro contumaci ingenio, resumptis uiribus, aliis gentibus imperare soliti, non paterentur sub alieno imperio degere. Ita comprobato à re-

ge

ge præfidum consilio, prohibita urbis ædificatio, usque in secundum Darii regis annũ dilata est.

manus est dictus, putauit. Templum restitutum sub Dario secundo, qui Ochus est nominatus, urbem repositam sub Artaxerxe secundo, quem Mnemona appellauere. Esdras autem impe-

ditos quidem esse per Artaxersem Iudæos scribit, uerum neutrum horum esse, conuincitur. Verè autem hoc opus inchoatum est, ut diximus ducibus Zorobabele principe, & Iosue pontifice, qui sub Cyro altare tantum construxerunt, & templi fundamenta reccerunt, Samaritarum uicinorum populorum inuidia, quo minus ultra tum pergerent, impediti, qui rem ad præfectos regionis detulerunt. perfectum autem sub Dario primo, non secundum, quod præter ceteros Iudæi indicauerunt, qui loquentes cum Christo negarunt eum posse resuscitare triduo templum illud, quod quadraginta sex annis esset perfectum. tot enim sunt à primo anno Cyri ad sextum Darii primi.

Itaque his consilium fuit, regi Artaxerxi scribere, non oportere Iudæis restituendæ urbis suæ copiam dari, ne pro contumaci ingenio resumptis uiribus alijs gentibus imperare soliti non paterentur sub alieno imperio degere.] Hæc præfides regionis ex suggestione Samaritarum fecerunt. qui epistolam his uerbis ad regem Artaxersem composuerunt. *Notum sit regi, quia Iudæi, qui ascenderunt à te ad nos, uenerunt in Hierusalem ciuitatem rebellem, & pessimam, quam ædificat extruunt muros eius, & parietes componentes. nunc autem notum sit regi, quia si ciuitas illa ædificata fuerit, & muri eius instaurati, tributum, & uelut al annuis redditus non dabunt, & usque ad reges hæc noxa perueniet.* Esdras cap. v. lib. i.

Ita comprobato à rege præfidum consilio prohibita urbis ædificatio, usque in secundum Darii regis annum dilata est.] Verba regis prohibentis ad Samaritas accusatores, apud Esdras hæc fuerunt. *Prohibeatis uiros illos, ut urbs illa non ædificetur, donec si forte à me iussu fuerit. Lecto edicto regis illi abierunt festini in Hierusalem ad Iudæos, & prohibuerunt in brachio, & robore. Tum inuermisum est opus domus Domini in Hierusalem, & non fiebat usque ad annum secundum regni Darii regis Persarum. Ecce ut non nomen Darii secundum.*

Sed

Sed hoc tractu temporum, qui reges Persis imperauerint, inferemus.] Hoc loco iterum interumpit narrationem pollicens, se à Cyro ad Darium reges Persarum explicaturum, & annos eorum appositurum. vt ratio temporum extet. nam cum Iudæi obedirent Persis, abijs, vt à dominis sum m̄a temporū subducere oportuit. sunt aut Cyrus, aut Cambyfes, Magi, Darius. Hytaspis filius. Xerxes, Artaxerxes Longimanus, Xerxes secundus, Sogdianus, Darius ochus, Artaxerxes Matmon, Ochus, Artes, Darius vltimus.

Post Darium medum Cynus vno, & triginta annis.] Reges Persarum explicuere Diodorus, Iustinus, Eusebius, & Metasthenes. Cyro ab omnibus anni triginta tribuuntur.

Scythis bellum inferens in praelio cecidit.] Iustinus. *Thamyris regina Scytharum compositis in montibus insidijs ducta millia Persarum cum ipso rege trucidauit.*

Secundo anno, postquam Tarquinius superbus Romæ regnare cœperat.] Apud Eusebium secundus annus Tarquinij superbi incidit in quintum decimum Cyri.

Verum

Sed hoc tractu temporum qui reges Persis imperauerint, inferemus, quo facilius annorum series in ordinem contexta prodatur. Post Darium Medum, quem duodeuiginti annos regnasse significauimus, Cyrus vno & triginta annis rerum potitus est. Scythis bellum inferens, in praelio cecidit: secundo anno postquam Tarquinius Superbus Romæ regnare cœperat. Cyro Cambyfes filius eius successit, regnavitque annos nouem. Hic cum Aegyptum atque Aethiopiam bello premeret & subegisset, victorq; in Persas reuerteretur, casu seipsum vulnerauit, ex eoq; ictu petijt. Post huius mortem magi duo fratres, natione Medi, menses septem Persarum regnum obtinuerunt. Ad hos interficiendos septem nobilissimi Persæ cõiurauerunt: quorum princeps fuit Darius Hytaspis filius, natus ex fratre patre

le

le Cyri, omniumque confensu regnum ei delatū: regnavit annos sex & triginta. Hic ante quadrienniū quam decederet, apud Marathonem pugnauit, celeberrimo Græcis Romanisque historijs praelio. Id gestum post Romam conditam anno fere ducentesimo & sexagesimo, Macherino & Augurino consulibus, abhinc annos, si tamen inuestigatio Romanorum consulum nõ fefellit, D CCC LXXX & VIII. Omne enim tempus in Stiliconem cõsulem direxi. Post Darium Xerxes fuit, isque vno & viginti annis regnasse traditur: quamquam in plerisque exemplaribus viginti & quinque annos imperij eius fuisse reperi. Huic successit Artaxerxes, cuius supra mentionem fecimus, Hic cum inhiberi ædificationem vrbs Iudæa, tẽpliq; iussisset, suspensum opus vsq; in secundum Darij regis annum pependit. Sed vt vsque

ad

Verum quocunque modo, Cyri mors regnante Superbo Romæ accidit. Vnde S. Augustinus libro xviii, cap. xxxvi. de Ciuitate Dei scripsit. *Sub Dario Persarum rege, expletiū septuaginta annis quos Hieremias propheta predixerat, reddita est iudeis soluta captiuitate libertas, regnante Romanorum seipmo rege Tarquinio.* Darium autem hic primum, non secundum intellexit, qui & ipse regnante Romæ Superbo regnavit.

CAMBYSES REX
PERSARVM.

Cyro Cambyfes filius eius successit, regnavitq; annos nouem.] Sic ceteri omnes, illo vno excepto, quod Cambyfi septem, aut paullo amplius annos adscribunt. De nece eius Lactanius. Sub hoc templi reædificationem impeditam plerique ex Esdra colligunt contra Sulpicium. *Magi fratres menses septem.]* Item ceteri.

DARIVS HYDASPIS
F. REX PERSARVM.

Ad hos interficiendos septem nobilissimi Perse cõiurauerunt, quorum princeps
S Darius

Darius Hydaspis filius, natus ex fratre patriæle Cyri, omniumq; consensu regum ei de Latum. regnavit annos sex, & triginta.] Hic est Darius primus. de quo sic Iustinus. Tanta moderatio ceteris fuit, ut audio auspicio confestim equis desilierint, & Darium regem salutarint, populus quoque universus sequutus iudicium principum eundem constituit regem. Item in ceteris ceteri.

Hic ante quadriennium, quàm decederet, apud Marathonem pugna cecit.] Et quidem duce apud Græcos Athenienfî Miltiade. Auctor Diodorus, Iustinus, Probus. nihil hæc historia notius.

Id gestum post Romam conditam anno fore ducentesimo, & sexagesimo, Macerino, & Augurino coss.] T. Geganius Macerinus, & P. Minucius Augurinus consules fuerunt anno Urbis cclix, teste Licio, quem hic sequutus est.

Abhinc annos dccclxxx & viii.] Rectè. Nam Stilico cõsul, quo hæc scripta sunt, incidit in annum Urbis conditæ mclii, & quo numero si demas cclix, fient dccclxxxviii. Hoc igitur regnante templum absolutum tradunt omnes ferme præter Sulpicium. apud quem legendum dccclxxxviii.

XERSES REX PERSARVM.

Post Darium Xerxes fuit, isq; xxxi annis regnasse traditur.] Ceteri xxx produunt.

ARTAXERSES LONGIMANVS REX PERSARVM.

Huic successit Artaxerxes, cuius supra mentionem fecimus.] Nempe cum dixit, per eum prohibitam Templi ædificationem fuisse. quod nunc quoque repetit. Hic est autem Artaxerxes cognominæ Longimanus.

Usque in secundum Darij regis annum.] Darij inquam secundi, qui Ochus, & Nothus est appellatus. hoc enim à nobis sepe repetendum est. ad eius igitur vsque annum secundum suspensam templi ædificationem fuisse, inquit.

Sed

Sed ut vsque ad eum.] Et quoniam eò tendimus, ut ad templi reædificationem accedamus, annos etiam regum, qui medij inter Xersem, & Darium fuerunt, inseremus.

Artaxerxes regnavit annos unum, & quadraginta.] Omisit successorem Xerxis Artabanum, qui dies tantum septem regnavit, quòd nihil ad summam hanc afferat. Artaxerxes autem Longimanus, qui Artabanum excepit, annos xl regnasse apud alios proditur.

DARIVS OCHVS REX PERSARVM. RESTITVTIO TEMPLI ABSOLVTA.

Darius deinde, sub quo templum est restitutum, regnū adeptus est, cui Ochus tum nomen erat. Hic cum ex Hebræis tres adolescentes spectatæ fidei, corporis custodes haberet, vnusque ex his prudentiæ documento admirationem regis in se conuerteret, delata sibi optione petendi si quid animo concepisset, ingemiscens patriæ ruinis, copiam restituendæ urbis poposcit. meruitq; à rege, ut sub regulis ac præfidibus imperaret, ut ædificationem sacræ ædis præbitis impendijs maturarent. Ita templum quadriennio consummatum, sexto post anno, quàm Darius regna-

Darius deinde, sub quo Templum est restitutum, regnatum adeptus est, cui Ochus tum nomen erat.] Sic quoque ceteri. Nothus etiam, ut dixi, appellatur.

Hic cum ex Hebræis tres adolescentes spectatæ fidei corporis custodes haberet, vnusque ex his prudentiæ documento admirationem regis in se conuerteret, delata sibi optione petendi, si quid animo concepisset, ingemiscens patriæ ruinis, copiam restituendæ urbis poposcit.] Hoc scriptum est apud Efdram lib. iiii. cap. iiii. Facarum ab ædificatione Templi in Hierusalè usq; ad secundum annum regni Darij regis Persarum. Darij inquit, verum nō secundi Darij. Narrat inde ex libro tertio Efdra de tribus adolescentibus custodibus corporis, qui oblectandi regis causa quæstionem potuerunt.

S 2 runt.

runt, quæ nam res maiores vires haberet. cum vnus dixisset vinum, alter regem, Zorobabel tertius intulit, mulierem, sed supra omnia veritatem. cuius sapiētiam cum rex probasset, iussit, vt peteret quod vellet, ille dixit. *Memor esto voti tui, quod vouisti edificare Hierusalem, in die, qua regum accepisti, & omnia vasa, quæ accepta sunt ex Hierusalem, remittere ea ibi. & in vouisti edificare templum, quod incenderunt Idumæi, quando exterminata est Iudæa à Chaldeis. Et nunc hoc est, quod postulo domine.* Videndum est autem Sulpicio, num rectè Zorobabel dici adolecens, regnante Dario secundo, possit, qui centum amplius annos ipso supputante haberet. Verum præterquam quod historia libri tertij Esdræ improbata est, neque ex ea elicitur, Zorobabilem cum Dario secundo egisse potius, quàm cum primo.

Meruitq; à reges, ut subregulis, ac præsidibus imperaret, ut edificationem sacræ adis præbitis impendijs maturarent.] Esdras. Tunc rex scripsit epistolâs ad omnes dispensatores, & præfectos, & purpuratos, ut deducerent eum, & eos, qui cum illo erant, omnes ascendentes edificare Hierusalem, &c.

Ita Templum quadriennio consummatum sexto post anno, quàm Darius regnare cæperat.] Res ab Esdra sic narratur. *Aggeus, & Zacharia verbum Dei in Iudæa pandentibus Zorobabel, & Iosue cæperunt anno secundo Darij edificare Templum. Illis molientibus opus Ibatamai dux regionis, quæ fuit, cuius auctoritate edificarent. cui responderunt, se edicto Cyri edificare placuit autem, ut res referrentur ad Darium. itaque epistola missa res tota exposita est. Darius queri edictum Cyri insiit, idq; inuentum impleri voluit. Quare dux ille, & Iudæi amittentes Templi edificationi acriter incubuerunt. & quarto post anno, qui fuit sextus Darij, perfecerunt, ac dedicarunt. & pascha magna lætitia celebrarunt. Libro primo, cap. v, & v. lib. i. i. cap. 11, 111, & v. quæ verba ad Darium primum referenda sunt, non ad secundum ob ea, quæ diximus.*

Et quia magnæ molis erat, urbem restituere.] Tum tantummodo templum repositum est, quia maioris operis erat, urbem instaurare.

instaurare. Quare Iudæi omiſſa ædificatione vr̄bis templo se per multos inde annos continuerunt. id est vsque ad vicēſimum annum Artaxerſis primi, id est Longimani, non Mnemonis, vt inquit Sulpicius.

ARTAXERSES MNEMON REX PERSARVM.
RESTITVTIO LEGIS.

Per idem tempus Esdras scriba legis post viginti ferè annos quàm templum fuerat consummatum, defuncto iam Dario, qui vnum de viginti annos rerum fuerat potitus, permissu Artaxerxis secundi, non illius, qui inter duos Xerxes fuit, sed huius, qui Dario Ocho successerat, Babylonia profectus, multiq; eum secuti, Hierosolymam peruenere. Vasa quoq; diuerſi operis, & dona, quæ rex tēplo Dei miserat, cum duodecim Leuitis. Vix enim hic numerus ex illa tribu repertus traditur. Is cum deprehendisset Iudæos gentilium conubijs permittos, multis increpitos, renunciare istiusmodi matrimonijs, ac filios ex his susceptos extrudi iubet.

om-

Per idem tempus Esdras scriba legis post viginti ferme annos, quàm templum fuerat consummatum.] Tria fuerunt à Iudæis reparanda, templum, disciplina, vr̄bis. templum à Zorobabele sexto anno Darij secundi perfectum est. disciplina ab Esdra septimo anno Artaxerſis Memnonis formata. Vr̄bs à vicēſimo anno eiusdem Artaxerſis vsq; ad tricēſimū secundum per Necemiam restituta est, teste Sulpicio. Nunc vbi de templo egit, de disciplina per Esdram restituta disserit. vt ab Esdra scriptum est cap. vi. i. Ceterùm scribas legis Iudæi vocabant, iurisperitos, & theologos. Extat in hanc sententiam titulus epistolæ Artaxerſis regis ad Esdram talis. *Artaxerſes rex regum Esdræ sacerdoti scribæ legis Dei cali doctissimo.* de his exactius nos in libris de re. Hebræorum.

Post viginti ferme annos, quàm templum fuerat consum-

S 3 matina

matum.] Rectè. nam anno sexto Darij templū est consummatum. inde Darius su peruxit annos XIII, quibus si addantur septem Artaxerxis, cum Esdras in Hierusalem venit, efficiuntur viginti.

Qui vndeviginti annis re- rum fuerat potius.] Eundem numerum regni Dario secundo ceteri ascribunt.

Permissis Artaxerxis secundi, non illius, qui inter duos Xerxes fuit.] Quia nouam opinionem affert, propterea eam, quoad potest, illustrat. nam ceteri de Artaxerse primo, idest, Longimano intellexerunt. qui inter duos Xerxes regnavit. quod ipse ad secundum, idest ad Mnemonem transtulit. Verba autem Artaxerxis permittentis hæc fuerunt. *A me decretum est, ut cuiuscunque placuerit in regno meo de populo Israel, & de sacerdotibus eius, & de leuitis ire in Hierusalem, tecum vadat.*

Vasa quoque diuersi operis.] Ibidem. *Et omne argentum, & aurum quodcumque inueneris in vniuersa provincia Babyloniæ, & populus offerre volueris, & de sacerdotibus, qui sponte obtulerint domui Dei tui, quæ est in Hierusalem, liberè accipe. Vasa quoque, quæ dantur tibi in ministerium Dei tui, trade in conspectu Dei in Hierusalem.*

Cum duodecim leuitis, vix enim hic numerus ex illa tribu repertus est.] Cap. VIII. *Quæsiuq; in populo, & in sacerdotibus de filiis Leui, & non inueni ibi.*

Is cum deprehendisset Iudæos gentilitium connubijs permittos.] Hoc vnum caput est disciplinæ Iudaicæ per Esdram emendatæ, quod vxores gentiles dimitti tanquam nefarias iussit. Verba fuerunt. *Vos transgressi estis, & duxistis uxores alienigenas, ut adderetur super delictum Israel. Et nunc date confessionem Domino Deo patrum vestrorum, & facite placitum eius, & separamini à populis terræ, & ab vxoribus alienigenis. Et respondit vniuersa multitudo, dixitq; voce magna. Iuxta verbum tuum ad nos, sic fiat. Lex, quæ cauebat, ut Hebræi ducerent vxores alienigenas, est Exodi cap. xxx. iv.*

RESTI-

RESTITVTIO HIERVSALEM.

Erat ea tempestate apud Babyloniæ Neemias, minister regius, gente Iudæus, Artaxerxi merito obsequiorum carissimus. Is Iudæos percontatus, quis paternæ vrbis status esset, ubi comperit, in iisdem ruinis iacere patriam, totis sensibus conturbatus, cum gemitu multisque lacrymis orasse ad Deum traditur, delicta gentis suæ reputans, misericordiamque diuinam efflagitans. Igitur cum eum rex inter epulas mæstum extra solitum animaduertisset, poposcit ab eo, causam dolorum vt exponeret. Tum ille aduersa gentis suæ, & ruinâ ciuitatis deslere, quæ iâ per annos ferè ducentos & quinquaginta solo strata, malorum testimonium, spectaculum inimicis præberet: daret sibi eundi, & restituentis eius potestatem. Paruit rex pijs precibus: statimque

Erat ea tempestate apud Babyloniæ Neemias minister regius, gente Iudæus, Artaxerxi merito obsequiorum carissimus.] Nunc narrat de vrbe per Neemiam restituta sub eodem, vt putat, Artaxerse Mnemone. Hanc historiam litteris prodidit ipse Neemias, vt Esdras superiora. Sed tamen sub titulo secundi Esdræ edita est. Ceterum hoc ordine hæc peracta fuere. Anno vicefimo eiusdem regis Artaxerxis Neemias Iudæus pincerna regis, cum esset Susis, rogauit Hanani de statu Iudæorum, qui remanserunt in Babylonia de captiuitate Hierusalem, qui respondit, eos in afflictione magna esse, & opprobrio. & mania Hierusalem disturbata, & portas vrbis combustas iacere.

Totis sensibus conturbatus cum gemitu, multisq; lacrymis orasse ad Deum traditur.] Sic enim ipse subsequitur narando. *Cumque audissem verba huiusmodi, sedi, & fleti, & luxi diebus multis, & ieiunabam, & orabam ante faciem Dei cæli. & dixi. Quæso Domine, &c.*

Igitur cum eum rex inter epulas mæstum extra solitum

eum

S 4 an.

animadvertisset.] Quippe dixit rex, Quare vultus tuus tristis est, cum te egrotum non videam? non est hoc frustra, sed malum nescio quod in corde tuo est.

Tum ille aduersa geris suae, & ruinae civitatis deslere.] Verba, quibus patriam deploravit, hæc fuere. Quare non mereat vultus meus, quia civitas domus septuorun patri mei deserta est, & porte eius combusta sunt igni?

Quæ iam per annos fere ducentos, & quinquaginta solostrata.] Ad summam Sulpicij sunt anni ducenti quinquaginta octo. quare rectius diceretur, annos fere ducentos sexaginta. atque ita post loquutus est.

Daret sibi eundi, & restituende eius potestati.] Postulati huius hæc verba fuerunt. Si placet seruis tuis ante faciem tuam, ut mittas me in Iudeam ad civitatem sepulchri patris mei, & ædificabo eam. dixitq; ei rex, & regina, quæ sedebat iuxta eum, usque ad quod tempus erit iter tuum, & quando revertaris? Et placuit ante vultum regis, & misit me, & constitui ei tempus.

Cum præsidio equitum.] Misit enim cum eo principes militum, & equites.

Datis ad prætores epistolis.] Nempe epistolam ad Asaph custodem salus regis, ut daret ligna.

Cæpta explicuit.] Cum media pars inuenim faceret opus, & media parata esset ad bellum, & una manu sua faceret opus, altera tenebat gladium.

Com

eum cum præsidio equitum, quo tutius iter ageret, dimisit: datis ad prætores epistolis, ut necessaria præberent. Is cum Hierosolymã peruenisset, viritum populo opus urbis distribuit, & certatim iussa omnes curabãt; iamq; ad medium machinæ processerant, cum flagrante inuidia gentium vicinæ vrbes conspirant opera interrumpere, Iudæos ab ædificando deterere. Sed Neemias dispositis aduersum incurfantem præsidij, nihil terrius, cæpta explicuit: consummatoque, & valuis portarum perfectis, per familias construendis interius domibus urbem dimensus est.

Consummatoq; & valuis portarum perfectis.] Crediderim, desiderari, miro. ut sit consummatoq; miro. Sic enim Neemias. Postquam ædificatus est murus, & posuit valvas.

Censuitque, populum minime urbi parem. Neque enim amplius quam ad quinquaginta millia promiscui sexus atque ordinis reperta. Tantum ex illo quondã immani numero frequentibus bellis absumptum, aut captiuitate detentum. Nam olim hæ duæ tribus, quarum hoc residuum fuit, cum ab his decem tribus separatæ sunt, ccc. & xx. millia virorum armauerant. Adeo ob peccatum internecioni & captiuitati datæ, ad hanc usque paucitatem deuenerant. Sed hæc, ut dixi, plebs duarum tribuum fuit: decem verò prius ductæ, per Parthos, Medos, Indos, atq; Aethiops dispersæ, nunquam in solum patrium sunt regressæ: hodieque barbararum gentium imperijs continentur.

regressæ.] Contra censet Theodorus in Ezechielem inquitens.

Nemo

Censuitq; populum minime urbi parem.] Vrbe restituta Neemias populi numerum, quantum esset, recensuit. sic enim Neemias loquitur cap. VII. Deus autem dedit in corde meo, & congregaui optimates, et magistratus, & vulgus, ut recenserem eos, & inueni librum census eorum. qui ascenderunt primum. & inuentum est in eo omnis multitudo quasi vir unus quadraginta duo millia sexcenti sexaginta absque seruis, & ancillis eorum, qui erant septem millia trecenti triginta septem, & inter eos cantores, & cantrices ducenti quadraginta quinque. atque ita recte dixit ad quinquaginta millia promiscui sexus, atque ordinis reperta.

Nam olim hæ duæ tribus cccxx millia virorum armauerant.] Lege, cl. xxx millia. sic enim supra scriptum est ex libro Regum. error ex notis natus cccxx, & clxxx.

Decem verò prius ductæ per Parthos, Medos, Indos, atq; Aethiops dispersæ nunquam in solum patrium sunt

Nemo dicat, adificationem Hierusalem ad Israel non pertinuisse, cum iam pridem à tribu Iuda diuisus esset. namque post reditum haud mansit illa diuisio. verum concordēs, & unanimes omnes, qui reditum consequuti fuerunt, debebant, Hierusalem metropolim incolentes. Huic verò, nescio, an sit assensus præbendus.

Supputat tempora.

Sed consummatio restitutæ urbis xxxii Imperij Artaxerxis anno referitur.] Insuper supputatione temporum, qua nihil vtilius, si rectè concepta sit. Hoc itè ex Neemia libro exprellum. qui inquit cap. v. A die illa, quam præceperat rex mihi, ut essem dux in terra Iuda ab anno viceesimo usque ad annum tricesimum secundum Artaxerxis regis per annos duodecim ego Neemias, & fratres mei annonas, quæ ducibus debebantur, non comedimus. verum de Artaxerse primo intelligendum, non secundo, ut Sulpicius.

A quo die usque ad Christi crucem, id est Iussum Geminum, & Rubellium consules anni cccxcviii.] C. Fusius Geminus, & C. Rubellius Geminus consulatura gesserunt anno urbis conditæ dcccxxxii. At verò tricesimus secundus Artaxerxis secundi incidit in annum urbis ferme cccclxxviii. itaque tot ferme anni intermedij sunt, nisi si quid propter diuersas supputationes variet.

Ceterum à restitutione templi usque in euerisionem, quæ sub Vespasiano consule Augusto per Tium Cæsarem consummata est, anni
CDLX-

Sed consummatio restitutæ urbis xxx. & i. imperij Artaxerxis anno referitur. A quo tempore usque ad Christi crucem, id est, Fusium Geminum & Rubellium consules, anni cccxc. & viii. Ceterum, à restitutione templi usque in euerisionem, quæ sub Vespasiano consule Augusto, per Tium Cæsarem consummata est, anni cccclxxx. & iii. Prædictum id olim à Daniele, qui ab instauracione templi usque in euerisionem lx. & ix. hebdomadas futuras pronuntiauerat. A die autem captiuitatis Iudeorum, usque in tempus restitutæ ciuitatis, fuerunt anni cclx.

CDLXXXIII, prædictum id olim est à Daniele, qui ab instauracione Templi usque in euerisionem sexaginta nouem hebdomades futuras pronuntiauerat.] Hic neque à liberatione Iudeorum sub Cyro, neque à restitutione urbis sub Artaxerse, sed à restitutione templi sub Dario incipit hebdomades Danielis, easque neque ad baptismum, neque ad mortem Christi, sed ad euerisionem templi perducit. Euerisio autem, cuius meminit, sub Vespasiano facta est anno urbis dcccxxxiii. si autem regredieris, quousque expleas annos CDLXXXIII, peruenies ad annum urbis cccxxxiii. tum verò ex Eusebij auctoritate Darius Ochus regnum obtinuit, quo regnante templum restitutum Sulpicius censuit anno eius sexto. In eadem prope sententia fuit Eusebius, qui scribit. Si quis ab anno xxxii Artaxerxis Longimani hebdomadas à Daniele scriptas numeret, quæ faciunt annos CDXC, reperiet eas in regno Neronis expletas, sub quo obsideri Hierusalem cæpta, secundo postea Vespasiani anno capitur.

A die autem captiuitatis Iudeorum usque in tempus restitutæ ciuitatis fuerunt anni cclx.] Omnino tot sunt ab vndecimo anno Sedecæ regis, si septuaginta ab illo usque ad Cyrum annos efficias, atque inde usque ad viceimum annum Artaxerxis secundi progrediatis.

HISTORIA HESTER IVDEAE MVLIERIS

IN PERSIDE.

Hoc temporum tractu Hester, atque Iudith fuisse arbitramur.] Hoc loco Interterxit duas historias, nihil ad id, quo de agitur, pertinentes, Hester, & Iudith. Extant quippe inter sacros libros libri duo, vnus, qui historiam Hester, alter, qui Iudith continet. Quæ ambæ Hebrææ fuerunt, egregiæ indolis, atque ingentis animi femina. Hester vxor regis Artaxerxis Mardochei

patru-

Hoc temporum tractu, Hester, atque Iudith fuisse arbitramur. Quarum quidem actus, quibus potiusimum regibus connectam, non facile perspexerim. Nā cum Hester sub Artaxerxe rege referatur, (porrò duos huius nominis Persarum reges fuisse reperi) multa cun-

ctatio

patrualem, & Iudæos omnes in ditione regis sitos periculo mortis illis ab Hamā principe regis paratæ exemit, atque Haman ei cruci suffigendum curauit, quam ille Iudæorum populo destinarat. Iudith vidua in castra hostium profecta blanditijs gratiam Olofernis ducis adepta illum per noctē obruncauit, & ad suos incolumis reuerfa auctor rei bene gerendæ illis fuit. Diu verò disputatum est, quorumnam regum tempore utrumque acciderit. neque enim ipsæ historiæ satis disertè se explicant. Sulpicius Hester Artaxerxi secundo annectit, Iudith verò Dario Ocho, qui illum excepit, & propterea in hanc partem eas coniecit.

Quarum quidem actus, quibus potissimū regibus coniectam, non facile perspexerim. Nam cum Hester sub Artaxerxe rege referatur, porro duos huius nominis Persarum reges fuisse reperit.] Quærit primū quoniam rege imperante Hester floruerit, & quoniam dicitur fuisse vxor regis Artaxerxis, duo verò iuerunt, ut sepius diximus, Longimanus, & Mnemon, vtri in matrimonio collocata hæc

ctatio est, cuius hæc temporibus applicetur. Mihi tamen visum est, huic Artaxerxi, sub quo Hierosolyma est restituta, Hester historiam connectere, quæ ante fuit verisimilis: ut si sub priore Artaxerxe fuisset, cuius tempora complexus est, nullam tam illustri femine mentionem retulisset, maximè cum ab illo Artaxerxe inhibitam templi ædificationem, sicut supra memorauimus, constet: neque Hester passura fuerit tum, si in illius matrimonio tum fuisset. Nunc gesta edisserā. Erat ea tempestate regi in matrimonio Vastis quædā, miræ femina pulchritudinis. Cuius cum formam omnibus prædicaret, die quodam cum publicum conuiuium dabat, adesse reginam demonstrandæ pulchritudinis gratia iubet. Illa verò stulto rege consultior, pudens virorum oculis spectaculum corporis præbere, ius

sa

sa abnuit. Qua contumelia barbarus animus permotus, vxorem matrimonio ac regia depellit. Igitur cum in locum eius puella regis coniugio quæreret, reperta est Hester ceteras specie vince re. Hæc Iudæa, ex tribu Benjamin, utroque parente orba, à Mardocheo patruelle fratre educta, cum ad regales nuptias duceretur, mandante educatore, genus ac patriam occultauit: admonita, ne paternarum traditionum immemor, et si in matrimoniū alienigenæ captiua succederet, gentilium cibis participaret. Igitur iuncta regi, breui (ut fit) vi pulchritudinis totum eius animum facile cepit: adeo ut eam æquatam imperio, insigni regio, veste purpurea donaret. Qua tempestate Mardocheus inter proximos regis erat, pro virili portione negotiorum familiarium curator. Is compositas à duobus spadonibus re-

gin-

hæc tanta parauit.

Mihi tamen visum est, huic Artaxerxi, sub quo Hierosolyma est restituta, Hester historiam connectere, quæ ante fuit verisimilis: ut si sub priore Artaxerxe fuisset, qui eius tempora complexus est, nullam tam illustri femine mentionem retulisset, maximè cum ab illo Artaxerxe inhibitam templi ædificationem, sicut supra memorauimus, constet.] Sententiam suam interponit, sed verba, atque sententiam laceratā sumpsit ab Eusebio in Chronicis, qui ita scribit. *Ea, quæ de Hester, & Mardocheo scripta sunt, quidam affirmant sub Artaxerxe Longimano rege gesta, quod ego non puto. nunquam enim Esdras de Hester filius, qui scribit, hoc tempore Esdras, & Neemiam reuersos ex Babilone, & ea deinceps consecuta, quæ ab his gestæ feruntur. Hoc idem ergo dixit Sulpicius, sed librorum iniuria deprauatus est. Quare ego ita legendum censeo. Mihi visum est huic Artaxerxi, sub quo Hierosolyma est restituta, Hester historiam connectere, quæ haud fuit verisimile, si sub priore Artaxerxe fuisset, qui eius tempora complexus est, nullam tam illustri femine mentionem retulisset. Iosephus tamen*

tamen

tamen hanc historiam Artaxerxi primo. idest Longimano annectit. Neutrum tamen verum esse videtur. Nam S. Athanasius in Synopsi hæc in captiuitate acta fuisse ait, quæ fuit sub Sedecia.

Maximè cum ab illo Artaxerxe inhibitam templi adificationem, sicut supra memorauimus, consideret.] In hoc error maximus infidet, quòd adificationem ab Artaxerxe Longimano inhibitam putat, cum à Cambyse fuerit, quem Astuerum, & Artaxersem Esdras appellauit. Consentit ergo cum Eusebio, qui & ipse censet sub Artaxerxe Mnemone hæc administrata esse. Nam ita post addidit. *Sub Artaxerxe Mnemone mihi videtur historia, quæ in Hester libro continetur, expleta. ipse quippe est, qui ab Hebræis Astuerus, & a septuaginta interpretibus Artaxerxes vocatur.*

Erat ea tempestate regi in matrimonio Vastis quedam.] Narrat primum, vt rex Astuerus offensus moribus reginæ Vastis eam dimiserit, inde vt Hester Hebræa puellam forma præcellentem sibi copularit.

Adesse reginam demonstrande pulchritudinis causse inber.]

gi infidias prodiderat: atq; ex eo carior, summisque honoribus donatus. Erat ea tempestate regi Haman quidam perfamiliaris: quem æquatam sibi, adorari more regum præceperat. Id Mardocheus vnus ex omnibus facere fastidians, odia Persæ in se grauer accenderat. Igitur Haman ad perniciem Hebræi animum intendens, regem adiit: affirmatque, esse in regno eius hominum genus, prauis superstitionibus Deo, hominibusque inuisum, externis legibus viuens, dignum exitio. Rectum esse, omnes huius gentis internecioni dare: exque eorum bonis immensas opes pollicetur. Facile id barbaro persuasum. Edictum emittitur, Iudæos necandos. Missique continuo, qui per omne regnum ab India vsque Aethiopiam edictum promulgarent. Id vbi Mardocheo compertum, conscisis vestibus sacco ob-

uoluit-

uoluitur: conspersusque cinere pergit ad reginam, ibique eiulatu multo, cuncta questibus replet: Facinus indignum, immeritam gentem perire, neque ullam pereundi causam dari. Hester lamentatis voce excita, rem, vt erat, cognoscit. Tum vero anceps consilij, quia adeundi regem potestas non erat (etenim more Persarum, reginæ introire ad regem, nisi accersitæ, non licet: nec tamen, cum fuerit regi libitum, sed statim tempore admittitur) & fortè tum ita euenerat, vt diebus triginta proximis separata à conspectu regis Hester haberetur: igitur audendum aliquid pro ciuibus rata, etsi certa pestis adesset, pulcro in negotio occumbere parat: inuocato prius Domino, aulam regis ingreditur. At barbarus re insolita perculsus, paulatim blandimento muliebri delinitus: postremò ad cenam reginæ per-

ber.] Nempe præcepit eunuchis septem, vt introcerent reginam Vastam coram rege posito supercaput diademate, vt ostenderet cunctis populis, & principibus pulchritudinem illius. erat enim pulchra valde. cap. 1.

Virorum oculis spectaculum præbere inissa abmisit.] Remittit, & ad regis imperium venire contempsit. Ibidem.

Vxorem matrimonio, ac regia depellit.] Quippe ex consilio sapientis Mamuchan iussit, vt nequaquam ultra Persis regrediatur ad regem, sed regnum illius altera, quæ melior sit illa, accipiat. Ibi dem.

Reperita est Hester ceteras specie vincere. Hæc Iudæa ex tribu Benjamin, utroque parente orba, à Mardocheo patre le fratre educta.] Res ita narratur in libro Hester. Mardocheus fuit Iudæus in Susa ciuitate, filius Lair, filij Semei, filij Cis, de stirpe Lemmi, qui translatus fuerat de Hierusalem eo tempore, quo Ieconiam regem Iudæ Nabucodonosor rex Babylonis transfulerat, qui fuit nutricius filie fratris sue Edisse, quæ altero nomine vocabatur Hester, & vxorem que parentem amiserat, pulchra nitens, & decore facie mortuisque patre eius, ac matre

Mar-

Mardocheus eam sibi adopta-
uit in filiam. cumq; iuxta re-
gis mandatum multæ pulchræ
virgines adducerentur Susan,
& Egæo traderentur eim-
cho, Hester quoque inter cete-
ras puellas ei tradita est, ut
seruaretur in numero femina-
rum, quæ placuit ei, & inue-
nit gratiam in cõspectu illius.
cap. 11. Sulpicius inquit,
Mardocheum puellæ fra-
trem patriuelem fuisse, cum
dicat scriptura patrum ex-
titisse.

Mandante educatore ge-
nus, ac patriam occultavit.]
Ibidem. Nec dum prodide-
rat Hester patriam suam, ac
populum suum iuxta manda-
tum eius.

Ne gentiliùm cibus partici-
paret.] Hinc ipsa dixit cap.
xvi ad Deum. *Tis scis,*
quod non comederim in mensa
Haman, nec mihi placuerit
conuiuium regis, & non biberim
vinum libaminum.

Is compositas à duobus spa-
donibus insidias prodiderat.]
cap. 11: Bagathan, & Tha-
res eumchi duo voluerunt in-
surgere in regem, & occidere
eum. Quod Mardocheum non
latuit, statimq; indicauit re-
gine Hester.

Erat es tempestate regi Ha-
man quidam pers familiaris.]
cap. 111. Posthæc Assuerus
exal-

perducitur: vnaque cum illo
Haman ille regi carus, & Iu-
dæa gentia infestus. Igitur
cum iam post epulas multis
poculis conuiuium calere
cõpisset, Hester genibus re-
gis aduoluit, gentis suæ
perniciem deprecatur. Rex
verò nihil se petenti, si quid
ultra peteret, negaturum
pollicetur. Tum Hester ar-
repto tempore, Hamanis
mortem flagitat, in vltionẽ
gentis, quam perditam cup-
ierat. Sed rex amici me-
mor, paullisper cunctatur:
deliberandique gratia mo-
dicum secessit. Deinde re-
gressus, vidit Haman regi-
næ genua complexum: suc-
census ira, & appetitam re-
ginam clamitans, morte eũ
affici iubet. Et tũ regi com-
pertum erat, pœnam crucis
per Haman Mardocheo pa-
ratam. Ita Haman eidem
cruci affigitur. Omniaque
bona eius Mardocheo da-
ta, Iudæique sunt absoluti.
Artaxerxes regnavit annos
duos

duos & sexaginta, eidemq; exaltavit Haman filium Ada-
nathi, & posuit solium eius sic
Ochus successit. per omnes principes, quos ha-
bebat. cunctiq; serui eius, qui

in foribus palatii versabantur, steterant genua, & adorabant Ha-
man. Sic enim preceperat eis Imperator.

Id Mardocheus vnus ex omnibus facere fastidens.] Solus Mardo-
cheus non steterat genua, neque adorabat eum.] ibidem.

Odia Persæ in se grauiter accenderat.] Ibidem. Iratus est valde
Haman, & pro nihilo duxit in vnum Mardocheum mittere manus
suas.

Regem adit, affirmatq; esse in regno eius hominum genus prauis su-
perstitionibus Deo, hominibusq; iniustum.] Verba eius fuerunt. Est popu-
lus per omnes prouincias regni tui dispersus, & à se mutuo separatus
nohis vrens legibus, & cõrimonijs, super regis scina contemns.
Hæc verba tẽpus captiuitatis indicant, ut censuit S. Athanasius. ac
fieri potest, ut non omnes domum reuerterint, sed multi in Ba-
bylonia, & Media remanserint. quibus postea Alexander Magnus
libertatem indulgit.

Rectum esse omnes huius gentis interneconi dare, exque eorum bo-
nis immensas opes pollicetur.] Addit. Si tibi placet, decerne, ut pe-
reat, & decem millia talentorum appendam ararij gazæ tue.

Facile id barbaro persuasum.] Dixit enim: Argentum, quod tu
polliceris, tuum sit. de populo age quod tibi placet.

Edictum mittitur, Iudeos necandos.] Scriptum est ex nomine regis
Assueri, & literæ signatæ ipsius amulo missæ sunt ad vniuersas pro-
uincias, ut occiderent, atque delerent omnes Iudeos à puero vsque ad
senem, & parulos, & mulieres.

Id ubi Mardocheo compertum, conscisis vestibus sacco obnoli-
tior, conspersusq; cinere pergit ad reginam.] cap. 1 v. Quæ cum audif-
set Mardocheus, scidit vestimenta sua, & indutus est sacco spargens
cinerem capiti, & in platea mediæ ciuitatis voce magna clamabat,
ostendens amaritudinem animi sui, & cum cõlatis vsque ad fores pa-
latij gradens.

Hester lamentantis voce excita.] Nam audiens consternata est,
& vestem misit, ut ablato sacco indueret eam, quam accipere noluit,
deinde cõmissam questus per Achath eumchum ad eum missam co-
gnouit.

Anceps consilij.] Sic enim loquuta est. Ego quomodo ad regem
intrare

in r. are potero, que triginta iam diebus non sum vocata ad eum.

Et enim more Persarum reginae introire ad regem nisi accessit non licet.] Immo omnes serui regis, & cuncte, que sub ditione eius sunt, non vint provincie, quod siue vir, siue mulier non vocatus interius atrium regis intraverit absq; ulla cunctatione, statim interficiatur. Ibidem.

Invocato prius Domino.] Ibidem. Inducto omnibus Iudæis in triduum ieiunio.

Aslan regis ingreditur.] Ibi. Stetit in atrio domus regie, & intro vocata est a rege.

Paulatim blandimento muliebri delinimus.] Ibi. Nam placuit oculis eius, id est regis.

Postremo ad canam regine perducitur.] Ibi. Hester inuitavit regem ad exanandū secum. Venit autem rex, & Haman ad conuiuium, quod eis regina parauerat.

Igitur cum iam post epulas multis poculis conuiuium calere cepisset.] cap. VII. Intravit itaque rex, & Haman, ut biberent cum regina. dicitq; ei rex secunda die, postquam vino incaluerat. Quæ est petitio tua Hester, ut deur tibi? Esti dimidiam partem regni mei petita es, imperabis.

Hester genibus regis aduoluitur.] Hoc est Sulpicij.

Genis sue perniciem deprecatur.] De precatio his verbis concepta fuit. Traditi sumus ego, & populus meus, ut conteramur, iugulemur, & pereamus. Hostis, & inimicus noster pessimus iste Haman.

Mollicum secessit.] Ibi. De loco conuiuij intravit in hortum arberibus confectum.

Vidit Haman regine genua complexum.] Aliquanto suspiciosius rem actam prodit scriptura. Haman quoque, inquit, surrexit, ut rogaret Hester reginam pro anima sua. Rex cum reuersus esset de hortu nemoribus confecto, & intrasset conuiuij locum, reperit Haman super lectulum corruisse, in quo iacebat Hester, & ait, etiam reginam visite opprimere me presente in domo mea? & dixit, Appendite eum in ligno, quod parauerat Mardocheo. Opprimere enim est violare apud scripturam, ut capite xlii secundū Regum. Nisi frater mi opprimere me, neque mi frater est hoc apud Sulpicium legendum. Et vidit.

Ita Haman eidem cruci affigitur.] Ibidem. Suspensus est itaque Haman in patibulo, quod parauerat Mardocheo. & regis iraque quietuit.

Omnisq; bona eius Mardocheo data.] Cap. VIII. Die illa dedit rex Assuerus Hester reginae domum Haman aduersarij Iudæo-

rum

rum. talisq; rex annulum, quem ab Haman recipi iusserat, & tradidit Mardocheo. Bona ergo eius data sunt Regine, non Mardocheo.

OCHVS REX PERSARVM.

Artaxerxes regnavit annos LXX. eidemq; Ochus successit.] Legendū est XLII. Probant verba, quæ aliquot post versibus sequuntur. Hæc Ocho regnare, ut opinamur, gesta sunt, anno Imperij eius duodecimo. A tēpore Hierosolymæ restituta usque in id bellum fuerunt anni duo, & viginti. Sume enim decem annos Artaxerxis, qui post xxxi i relinquuntur, ut regnet annos XLII, his adijce duodecim Ochi, conficies viginti duos.

HISTORIA IVDITH MULIERIS]

I V D A E A E I N I V D A E A .

Huic rerum ordini rectè Iudith actus conferam. traditur enim post captiuitatem fuisse. sed quis eo tempore Persis regnauerit, historia diuina non edidit. regem tamen, sub quo illa gesta sint, Nabuchodonosor nuncupat, non utique eum qui Hierosolymam ceperit. Sed nullū hoc nomine post captiuitatem apud Persas regnasse reperio, nisi si ob impatientiam & pariles conatus quicum ille rex Nabuchodonosor à Iudæis vocitatus est. Plerique tamen

Cam-

Huic rerum ordini rectè Iudith actus cōferam.] Nunc aggreditur narrare historiam Iudith, de qua supra dictum est. Summa huius historię fuit. Holoferne duce Nabuchodonosor regis Assyriorum vrbein obsidente, & seruitutem cuncto populo intentante, Iudith vidua studio libertatis accensa in castra eius exiit, atque ipso interfecto vrbein imminenti periculo liberauit.

Traditur enim post ea, tui tatem fuisse.] Primum disceute tempus, quo Iudith vixerit. ac multis idoneis rationibus docet, sub Ocho rege floruisse. post captiuitatem autem hoc factū esse, colligitur ex eplogo vitæ Hebræorū, qui sequitur, in

T 2 quo

quo hæc verba sunt. *Nuper autem reuerſi ad Dominum Deum ſuum ex diſperſione, qua diſperſi fuerant, adunati ſunt. & aſcenderunt montana hæc omnia, & iterum poſſident Hieruſalem.*

Sed quis eo tempore Perſis regnauerit, hiſtoria diuina non edidit.] Poſt captiuitatem Perſæ imperarunt Iudeis. nota regum eorum nomina ſunt. at neminem eorum ſcriptura prodit. quæ res difficultatem affert ad tempus huius hiſtoriz diſcernendum.

Regem tamen, ſub quo illa geſta ſint, Nabucodonſor nun capat, non vique eum, qui Hieroſolymam cepit.] Auger difficultatem, quod eadem ſcriptura nominat regem, ſub quo hæc geſta ſint, Nabucodonſor, & quidem alium ab eo, qui Hieroſolyma cepit, de quo in monumentis litterarum nihil ferum inuenitur.

Sed nullus hoc nomine poſt captiuitatem apud Perſas regeſſe reperio, niſi ſi ob impotentiam, & pariles conatus, quicum ille rex Nabucodonſor à Iudeis vocitatus eſt.] Poſt captiuitatem Iudæorum neminem prodidere hiſtoriz Perſarum regem nomine Nabucodonſor, niſi for-

Cambyſen, Cyri regis filium, putant eſſe: quod victor Aegyptum atque Aethiopiam penetrauerit. Sed huic opinioni eadem Sacra hiſtoria repugnat. nam duodecimo regis illius anno Iudith fuiſſe ſignatur. Porrò Cambyſes non vltra nouem annos rerum potitus eſt. Vnde, ſi in hiſtoria opinari licet, ſub Ocho rege, qui poſt Artaxerxem ſecundum fuit, hæc geſta crediderim: idque vel ex hoc conijcio, quod idem Ochus (vt in ſæcularibus quibusdam ſcriptis legi) natura immitis, cupidusque bellorum traditur. Nam & arma finimitis intulit, & Aegyptum, quæ ante multos annos deſciuerat, bello recuperauit. Quo tempore etiam ſacra eorum, & Apim in Deum receptum, irriſiſſe traditur: quod poſtea Baguas, ſpado eius, natione Aegyptius, indignatus, contumeliam gētis morte regis vltus eſt. Meminit autem

autem huius Baguæ hiſtoria diuina. nam cum Holofernes, iuſſu regis aduerſus Iudæos duxerat exercitum, Baguam in iſſdem caſtris fuiſſe memorauit. Vnde nõ immeritò in argumentum noſtræ opinionis adduxerim, vt rex ille Nabuchodonofor nuncupatus, Ochus fuerit, ſub quo Baguam fuiſſe mundiales hiſtorici proderunt. Ceterum illud nemini mirum eſſe oportebit, quod ſcriptores ſæcularium litterarum, nihil ex his, quæ ſacris voluminibus ſcripta ſunt, attigerunt: Dei Spiritu præualente, vt intaminata ab ore corrupto, & falſis vera miſcente; intra ſua tantum myſteria contineretur hiſtoria, quæ ſeparata à mundi negotijs, & ſacris tantum vocibus proferenda, permilceri cum alijs velut æquali ſorte non debuit. Etenim erat indigniſſimū, vt alia agentibus, aut alia quærentibus, hæc quoque

foraſſe, inquit, Iudæi aliquem ex regibus Perſarum, vt Ochum ob ſimilitudinem morum, & actionum eonamine appellarint. quemadmodum ſi quem coniuarato rem exempli gratia Catilinam vocaremus. Legèdum autem puto. *Niſi ſi ob impotentiam. Item quicumque ille, vt ſit. Niſi ſi ob impotentiam animi, & pares in crudelitate conatus, quicumque ille rex fuerit, à Iudeis Nabucodonſor appellatus ſit.*

Plerique tamè Cambyſen, Cyri regis filium putant eſſe.] Recitat aliorum opinionem, à qua eſt reſellendus. inter eos eſt Euſebius in Chronico, & S. Auguſtinus libro xviii. cap. xvi. de Ciuitate Dei. Nam loquens de Cyro ait. *Per idem tempus etiam illa ſunt geſta, quæ conſcripta ſunt in libro Iudith, quem ſane in canone ſcripturarum Iudæi non recepiſſe dicuntur.* Atque hæc eſt cauſa, cur Ioſephus Iudith non meminerit.

Vnde ſi in hiſtoria opinari licet, ſub Ocho rege, qui poſt Artaxerſem ſecundum fuit, hæc geſta crediderim, idque vel ex hoc conijcio, quod idem Ochus, (vt in ſæcularibus quibusdam ſcriptis legi.) natura immitis, cupidusque bellorum

traditur.] Afferit coniecturam suam, inquiens, si opinari in historia licet, is fuisse Ochus videtur propter similitudinem morum, & actionum. *Scripta verò secularia intelligere potest, Iustinum, Aelianum, & Plutarchum in Artaxerfe, quorum scriptis nimia Ochi crudelitas celebratur. Iustinus. Heredias regni Ocho tradita, qui timens parem coniurationē regiam cognatorum caede, & strage principum replet, nulla non sanguinis, non sexus, non aetatis misericordiae permotus.*

Nam & arma finitimis intulit, & Aegyptum, quae ante multos annos desciverat, bello recuperavit.] Hoc ab Eusebio sumptum. qui ita scribit. *Ochus anno quatuordecimo Aegyptum tenuit, Nektanebo in Aethiopiā pulso, in quo Aegyptiorum regnum destructum est, & anno septimo decimo Sidonem subuertit, atque Aegyptum suo iunxit imperio.* Recuperasse autem dicit Sulpicius, quia à Nabucodonosore subacta Aegyptus ad Cyrum peruenerat, inde defectione in ta regem proprium ascuerat.

Quo tempore etiam sacra eorum, & Apim in Deum receptū irritū traditur.] De Api culto ab Aegyptijs sic Diodorus libro primo. *Taurus sacros, hunc quendam Apim, alterum Memphim nominatos, sacrificant Osiridi, quos etiam veluti deos Aegyptij omnes colunt. Hoc enim animali iritici inventores multum adiutos se afferunt, & ad ferendum, & ad communem agrorum culturam.* De irrisione Ochi sic Aelianus libro IV. variae historiae. *Cum Aegyptij Ochum regem non Ochum, sed Onon vocarent, id est asinum, ille Apim vireptum asino immolauit.*

Quod postea Baguas, spado eius, natione Aegyptius, indignatus contumeliam gentis morte regis vltus est.] Baguam Aegyptium interfecit, regem Ochum ob irrisum Apim, & contemptam Aegyptiorum religionem, apud eundem Aelianum est scriptum libro sexto.

Meminit huius Baguae historia dinina.] Meminit infra cap. XIII. nominans eum *Bagao*. Quare si Baguas minister fuit Ochi, & Nabucodonosor, idem fuit vterque eorum.

Ceterum illud nemini mirum esse oportebit.] occurrit eis, qui negant haec vera esse, quia in historijs gentium non inueniuntur, idque diuino consilio factum ait, ne res dininae polluerentur,

cum reliquis miscerentur. Sed pergam ad cetera, ac per Iudith gesta, vt potero, paucis absoluam.

rentur. Iosephus aliquot ex gentilibus diuina tangere conatos scribit à Deo perculsos fuisse. Ptolemæus de Demetrio Phalereo quaerens, cur nemo historicus, aut poeta sacrae scripturae, cuius tanta dignitas esset, mentionem fecisset, respondit, neminem fuisse ausum attingere, quia Theopompus id aggressus mente captus fuisset, & in somnis monitus fuisset id factum, quod curiosè res sacras inquirere voluisset. Georgius Cedrenus.

Ac per Iudith gesta, vt potero, paucis absoluam.] Illud, per, videtur vacare, nisi malis scribere pro *Ac per*, *Atque*. vt quia per fuerit versum.

Igitur reuersis, vt supra memorauimus, in solum patrium Iudæis, necdum composito rerum aut vrbs statū, Rex Persarum Medis bellum infert, atque aduersus regem eorum Arphaxat nomine, acie configit, secundo euentu, perempto rege, gentem imperio adiungit. Idem reliquis nationibus facit, praemisso Holoferne, quem principem militiae delegerat, cum militibus peditum centum & viginti, equitum duodecim. Is Cilicia & Arabia bello vastatis; multas vrbes aut vi capit, aut metu in ditionem compellit. Iamque Damascum ad motus exerci-

tus,

Igitur reuersis, vt supra memorauimus, in solum patrium Iudæis, necdum composito rerum, aut vrbs statū.] Descripto tempore, confert se ad narrandam historiam Iudith. Quod vero inquit de statu rerū nondum composito, afferit ex coniectura, vt qui vrbes restitutam sub Artaxerse secundo putauit.

Rex Persarum Medis bellum infert, atque aduersus regem eorum Arphaxat nomine acie conflixit.] Ex primo cap. Iudith. in quo est ita. *Anno XII regni sui Nabucodonosor rex Assyriorum, qui regnabat in Urbe ciuitate magna, pugnavit contra Arphaxat, & obicit eum in campo magno.* Non possum dissimulare, haec verba non conuenire nec in reges Persarum, neque in reges Babiloniae. nam reges Persarum non habuerunt sedem in Niue

T 4 niue

niue, nec dicti sunt reges Allyriorum, & ijdem etiã fuere reges Mediæ, ita vt Medorum regi bellum facere non potuerint. Babylonie verò reges sedem habuerunt Babylone, & semper à scriptura reges Babyloniorum, & Chaldaorum dicuntur, non Allyriorum. Quod si rem ad Allyrios reges transferas, qui ante Merodach regem fuerunt, omnia cõueniat, sed res erit ante captiuitatẽ acta, nõ post captiuitatem, vt apparet. hæc & eiusmodi alia fortassè mouerunt Iudæos, vt hunchbrum à canone reijcerent.

Idem reliquis nationibus facit.] Nempe ijs, qui habitabant in Cilicia, Damasco, Libano, Carmelo, Cedar, Galilee, Samaria, & trans Iordanem vsque Hierusalem, & omnem terram Iesse, quousque perueniatur ad terminos Æthiopiæ. cap. primo.

Premisso Holoferne, quẽ principem militiæ delegerat.] cap. II. Vocauit Nabucodonosor rex Holofernem principem militiæ suæ, & dixit ei. Egredere aduersum omne regnum occidentis, & contra eos præcipue, qui conueniunt in imperium meum.

Cum nullibus peditem

tus, magno Iudæos terrore perculerat: Sed impares ad resistendum, neque ad deditiõnem acquiescentibus animis, expertis quippe vsque ante captiuitatis mala, ad templum frequentes concurrunt. Ibi communi gemitu, permissoque vlulatu, diuinum auxilium implorant: fati se Domino ob peccata vel crimina dedisse seruitio nuper exẽptis, parceret. Interea Holofernes Moabit in deditiõnem acceptis, atque aduersum Iudæos in societatem belli assumptis cum ab eorũ principibus inquireret, quibusnã viribus freti Hebræi, deditiõni animos non dedissent: Accitor quidam comperta edisserit, Iudæos Dei cultores, pio à patrib. ritu institutos, olim in Aegypto pependisse seruitium: inde diuino munere eductos, ac ficcatũ mare pedibus ementos: postremo, omnibus gentibus

deui-

deuictis, habitatas maioribus terras recepisse. Exin, vario rerum statu floruisse, aut concidisse, atque iterum malis emeruisse: secundum merita, iratum aut placatũ Deum vicissitudine expertos, dum peccantes incursionibus hostium aut captiuitatibus coercentur, propitio numine semper inuicti. Ceterum, si præfenti tempore absque peccato sint, nullo modo eos posse superari: fin aliter se habeant, facillè vincendos. Ad hæc Holofernes ferox multis victorijs, nihil sibi inuictum ratas, ira accensus, cur ex peccato potissimum Iudæorum pendere illius victoria putaretur, propelli Accitor in castra Hebræorum iubet, vt cum his periret, quos vinci non posse affirmauerat. Actum Iudæi montes petiuerant. Ita quibus id negotij datũ, ima montium successere, ibique victum Accitor reliquerunt. Quod vbi Iudæi

ani-

centum viginti, equitum duodecim.] Idem numerus affertur paulò post.

Cilicia, & Arabia bello vastatis.] Scriptura pro Arabia Mesopotamiã edit.

Tanquẽ Damascum ad motus exercitus magno Iudæos terrore perculerat.] Ibidem. Et post hæc ascendit in campos Damasci. Expugnatio Damasci exterruit Iudæos, qui Hierusalem tenebant.

Expertis quippe vsque ante captiuitatis mala.] Hoc dicit iuxta verba, quæ dixit Achior. Nuper reuersi ad Dominum ex dispersione, qua dispersi fuerant, adunati sunt.

Ad templum frequentes concurrunt; ibi communi gemitu, permissoque vlulatu diuinum auxilium implorant.] Sic cap. iv. Et clamauit omnis populus ad Dominum instantia magna, & humiliauerunt animas suas in ieiunijs, & orationibus ipsi, et mulieres eorum. Et induerunt se sacerdotes cilicis, & infantes prostrauerunt contra faciẽ templi Domini, & aliare Domini operuerunt cilicio, & clamauerunt. Deum Dominũ Israel unanimitè adorauerunt in prædant infantes eorum.

late-

Interea Holofernes Moabitibus in deditionem acceptis.] Non videtur sententiam scripturæ expressisse Sulpicius, cum Moabitibus in deditionem ab Holoferne acceptos ait. nam scriptura inquit, *Holofernem, postquā audiit, Hebræos se montibus communisse, Moabitibus, Ammonitisq; vocasse, simulq; rogasse, quæ gens illa esset, quæ montes insedisset, & se ad resistendum sibi pararet.*

Accitor quidā.] Achior nominatur cap. v. & fuit dux Ammonitarum, qui rogatus, quinam essent Iudei, historiam eorum à principio exposuit, quæ consideranda narratio est.

Iudæos Dei cultores.] Sic exorsus est de Hebræis dicere Achior. *Populus iste ex progenie Chaldeorum est. hic primum in Mesopotamia habitavit, quoniam noluerunt sequi deos patrum suorum, qui erant in terra Chaldeorum. Deserentes itaque cave-monas patrum suorum, quæ in multitudine Deorum erant, unum Deum celi coluerunt. atque inde epilogum afferit historia Hebræorum. Genesi cōtinuat, & Exo. do.*

Exiā variis rerum statu floruisse, aut concidisse, atque iterum emeruisse, secundum

animaduernerunt, exemptū vinculis in collē perducunt. Causas rei quærentibus, gesta exponit, receptusq; partem exitum opperiebatur. Is post victoriam circumcisus, Iudæus factus est. Igitur Holofernes difficultate locorum cōperta, quia adiri præcella non poterant, montes militibus circumdat, & sūma cura Hebræos aquationibus phibet: eoq; maturius obsidionem fenferre. Itaq; victi pænuria aque, ad Oziam principem concurrunt, prout omnes ad deditionē. Ille verò opperendum paullisper, & diuinum auxilium expectandum, respondēs: quintodecimo die deditionis tempus constituit. Quod vbi Iudith compertum, quæ viro vidua, prædiues opibus, insignis specie, sed moribus quàm vulgariuuior, tum in castris erat, arctis suorum reb. etiā certo sibi exitio audendum aliquid & tentandum rata, caput

caput comit, vultu expolitum, comite ancilla castra hostium ingreditur. Statimq; ad Holofernem deducta, perditas res suorum memorat, se transfugio vitæ consequuisse. Deinde à duce poscitur liberum extra castra nocturno tempore egressum, orandi gratia. mādatum id vigilibus, portarumque custodiis. Sed vbi per triduum egrediendi ac redeundi consuetudinem sibi, barbaris fidem fecit, Holofernem cupiditate incesit, dedititiæ corpore abuti. Etenim forma excellēti, Persam facile permouerat. Ita ad ducis tentorium per Baguam eunuchū deducunt, initioq; conuiuij barbarus multo se vino obruit. Tū remotis ministris, priusquàm vim mulieri inferret, somno captus est. Iudith tempore arrepto, caput hostis defecat, secumq; aufert. Et cum secundum consuetudinem castris egredi crederetur, incolumis ad suos

dum merita iratum, aut placatum Deum vicissitudine expertos.] Intellegit variū statum, quem passi sunt sub Iudicibus Hebræi, modò à Palæstinis, alijsq; finitimis populis oppressi, modò in libertatem virtute suorum vindicati. item statum sub regibus, cū ab regibus Aegyptijs, Syris, Assyrijs, & Babylonijs, afflictari, ac demum in seruitutem redacti, postremo autē etiā libertate, patriæque sua donati sūnt. vnde illa inferet, de quibus diximus: *Nuper autē reuersi ad Dominū Deum suum, ex dispersione, qua dispersi fuerant, adunati sunt, & ascenderunt montana hæc omnia, et iterum possident Hierusalem.*

Ceterum si presentī tempore absque peccato sint, nullo modo eos posse superari.] Verba, quibus hanc expressit sententiā Achior, hæc fuerunt. *Nunc ergo mi Domine perquire, si est aliqua iniquitas eorum in conspectu Deorum, & nos ascendamus ad illos, quoniam tradens traderet illos Deus eorum sibi. Si verò non est offensio populi huius coram Deo suo, non poterimus resistere illis, quoniam Deus eorum defendet illos.*

Ad hæc Holofernes fecit

10x

rox multis victorijs nihil sibi inuictum ratus, ira accensus, cur ex peccato potius finum Iudæorum pendere illius victoria putaretur,] Quippe vehementer indignatus dixit ad Achior.

Quoniam prophetaſti nobis dicens, quod gens Iſrael defendatur à Deo ſuo, ut offendam tibi, quoniam non eſt Deus, niſi Nabucodonſor, cum percufferimus eos omnes, ſicut hominè unum, tunc & ipſe cum illis Aſſyriorum gladio peribit.

Propelli Accitor in caſtra Hebræorum iubet.] Præcepit ſervis ſuis, ut comprehenderent Achior, & perducerent eum in Bethuliam, et traderent eum in manus filiorum Iſrael.

Ac tum Iudæi montana petiuerunt. Ita quibus id negotij datum, ima montium ſucceſſere, ibique vincitum Accitor reliquerunt.] Ibidem. Et accipientes eum ſervi Holofernis profecti ſunt per campeſtria, ſed cum appropinquafſet ad montana, exierunt contra eos ſimilibularij, illi autem diuerſentes à latere montis ligauerunt Achior ad arborem manibus, & pedibus. & ſic vincitum de reſtibus dimiſerunt eum.

Quod vbi Iudæi animaduertent, exemptum vinculis in collem perducunt.] Nempe ſoluentes duxerunt ad Bethuliam.

Cauſas rei querentibus geſta exponit.] Nam percunctatis, quid eſſet, quod illum vincitum Aſſyrij reliquiſſent, in conſpectu omnium dixit omnia, quæ locutus ipſe de Iudæis, & eorum Deo ſeruatore ſuo fuerat, ab Holoferne rogatus.

Receptusque parem exitum oppetebatur.] Idem expectabat, ſe ab Aſſyrij pariter cum Iudæis oppreſſum iri.

Is poſt victoriam circumciſus Iudæus factus.] cap. XIII. Tum Achior videns virtutem, quam fecit Deus Iſrael, relicto gentilitatis

ſuos regreſſa eſt. Poſtero die Hebræi, caput Holofernis de ſuperioribus oſtentantes, eruptione facta, ad caſtra hoſtium pergunt. Tū verò barbari ſignum pugne poſcetes, tabernaculum du cis frequentes aſiſtunt. Vbi truncum corpus repertum, fœda formidine in fugam verſi, terga hoſtibus præbuerunt. Iudæi fugientes perſecuti, cæſiſque multis millibus, caſtris ac præda potiti: Iudith ſummis laudibus celebrata, centum & quinque annos vixiſſe traditur.

ſiſtis vinu credidit Deo, & circumcidit carnem præputij ſui, & appoſitus eſt ad populum Iſrael. Hos homines, qui Iudæorum ſacra ſuſciperent, profelytos appellabant, vt nos, qui Chriſtianorum, nœophytos.

Montes militibus circumdat.] Credo exprimere voluiſſe illa. *Pererunt per crepidinam montis uſque ad apicem.* Sed fecit parum feliciter. Montes autem intelligit vbi erat Bethulia, cui obſidio admouebatur.

Aquationibus prohibet.] Incidi præcepit aquæ ductum illorum. & poſuit centenarios cuſtodes fontium, ne haurirent aquam ex eis.

Itaque viſti penuria aquæ ad Oziam principem concurrunt.] Ibidem. *Defecerunt cifterne, & collectiones aquarum omnibus habitantibus Bethuliam. Tunc ad Oziam congregati omnes viri ſemineſ, iuuenes, & paruuli, petentes, vt congregarentur omnes, qui in ciuitate eſſent, vt ſponte traderent ſe Holoferni.*

Ille verò operiendum paullisper, & diuinum auxilium expectandum reſpondens quindodecimo die deditioſis tempus conſtituit.] Legendam arbitror, *Quinto die, aut quinto demum die.* Sic enim ille dixit. *Aequo animo eſtote fratres. & hos quinque dies expectemus à Domino miſericordiam.*

Quod vbi Iudith compertum, quæ viro vidua.] Hæc eſt mulier, quæ per nouum fortitudinis genus meruit huic hiſtoriae nomen dare, vt illi alteri Helther dedit. *Erat autem vidua relicta Manafſe iam annis tribus, & menſibus ſex eleganti aſpectu nimis, cui vir ſuus reliquerat diuitias multas, at hæc erat in omnibus ſanctiſſima, quoniam timebat Dominum, valde. nec erat, qui loqueretur de illa verbum malum.* Ibidem.

Caput comit, vultu expolitur.] *Exiit ſe veſtimentis viduitatis ſuæ, & lauit corpus ſuum, & unxit ſe myrto optimo, & diſcriminavit crimem capitis ſui, & impoſuit mirram ſuper caput ſuum, & induit ſe veſtimentis iuſtitiæ ſuæ.*

Comite ancilla.] *Abram vocat ſcriptura.*

Statimque ad Holofernem deducta.] *Speculatores deduxerunt illam ad tabernaculum Holofernis.*

Perditas res ſuorum memorat, ſe tranſugio vite conſuluſſe.] Verba eius hæc fuerunt. *Fames inuaſit Hebræos, & ab ariditate aquæ iam inter mortuos computantur. denique hoc ordinant, vt interficiant pecora ſua, & bibant ſanguinem eorum. ergo quoniam hæc faciunt,*

cimur, certum est, quod in perditionem dabitur. Quod ego ancilla tua cognoscens fugi ab illis.

Deinde à duce poscit liberum extra castra nocturno tempore egressum, orandi gratia.] *Ibidem. Et petiit, dum introiret, ut daretur ei copia nocte, & ante lucem egrediendi foras, & deprecandi Dominum, & præcepit cubicularijs suis, ut, sicut placeret illi, exiret, & introiret ad orandum Deum suum per irriduum.*

Holofernem cupido incestit dedititæ corpore abuti.] *Dixit enim ad Vagao eunuchum suum, Vade, & suade Hebream illam, ut sponte consentiat habitare tecum. Tunc introiit Vagao ad Iudith, & post. Cor autem Holofernis concussum est. erat enim ardens in concupiscentia eius. Hic est autem Vagao, quem Sulpicius appellat Baguam.*

Inipioque conuiuij barbarus multo se vino.] *Ibi. Bibit Holofernes vinum multum nimis, quantum nunquam biberat in vita sua.*

Somno captus est.] *Porro Holofernes iacebat in lecto nimia ebriitate sopitus.*

Iudith tempore arrepto caput hostis desecat, secumque auferit.] *Quippe accessit ad columnam, quæ erat ad caput lectuli eius, & pugionem eius, qui in ea ligatus pendebat, exoluit, cumque euaginasset illum, apprehendit comam capitis eius, & percussit bis in ceruicem eius, & abscidit caput eius.*

Et cum secundum consuetudinem castris egredi crederetur, incolumis ad suos regressa est.] *Ibi. Et exierunt duæ secundum consuetudinem suam quasi ad orationem, & transuerunt castra, & gyrantes uallem uenerunt ad portas ciuitatis.*

Postero die Hebræi caput Holofernis de superioribus ostentantes eruptione tacta castra hostium pergunt.] *Item ibi. Mox autem, ut ortus est dies, suspenderunt super muros caput Holofernis, acceperuntque unusquisque uir arma sua, & egressi sunt cum grandi strepitu, & ululatu.*

Tum verò barbari signum pugnae poscentes.] *Quod uidentes exploratores ad tabernaculum Holofernis cucurrerunt.*

Vbi truncum corpus repertum, terribili formidine in fugam versi terga hostibus præbuerunt.] *Cumque omnis exercitus decollatum Holofernem audisset, fugit mens, & consilium ab eis, & solo tremore, & metu agitati sine præsilium sumunt, ita ut nullus loqueretur cum proximo suo, sed inclinato capite relictis omnibus euadere festinabatur Hebræos, quos armatos super se venire audierant, fugientes*

tes

tes per vias camporum, & semitas collium.

Iudei fugientes persecuti, caesisque multis millibus, castris, ac præda potiti.] Videntes itaque filij Israel fugientes sequuti sunt illos. Filij Israel uno agmine persequentes debilitabant omnes, quos inuenire potuissent, reliqui autem, qui erant in Bethulia, ingressi sunt castra Assyriorum, & prædam, quam fugientes Assyrij reliquerant, abstulerunt, & onustati sunt valde.

Iudith feminis laudibus celebrata.] Quippe benedixerunt eam omnes una voce dicentes. Tu gloria Hierusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri, quia fecisti uiriliter.

Centum, & quinque annos uixisse traditur.] Ibidem. Mansit in domo uiri sui annos centum quinque.

Hæc, Ocho rege, ut opinamur, gesta sunt, anno imperij eius duodecimo. A tempore Hierosolymæ restitutæ, usque in id bellum, fuerunt anni duo & viginti. Ceterum Ochus viginti & tres annos regnauit. Fuit autem ultra omnes cruentus, & plusquam barbaro animo. Hinc Bagua spado ægro tantem uenenis sustulit. Post eum Arxes, filius eius, triennio imperium tenuit. Darius annos quatuor.

Plutarchus in extremo uitæ Artaxerxis ait, ipsum superasse omnes crudelitate.

Hinc Bagua spado ægotantem ueniens sustulit.] *Supra ostensum est.*

Hæc Ocho regnante, ut opinamur, gesta sunt anno imperij eius duodecimo.] *Rursus redit ad suppuratione manorum, hoc uerò ex cap. primo Iudith sumptum. ubi scribitur, acta hæc esse anno duodecimo regis Nabucodonosor.*

A tempore Hierosolymæ restitutæ usque in id bellum fuerunt anni duo & viginti.] Hic est locus, qui probat, supra legendum esse, Artaxersem regnasse annos XLII, non LXII.

Ceterum Ochus viginti tres annos regnauit.] Sic ceteri quoque.

Fuit ultra omnes cruentus.

ARSES, ET DARIUS III.
REGES PERSARVM.

Post eum Arses filius eius triennio imperium tenuit.] Idem etiam Arsanes dicitur. Sic ceteri.

Darius amicus quattuor.] Eundem numerum ascribunt quoque ceteri.

IVDAEI SVB REGIBVS MACEDONIAE.
ALEXANDER MAGNVS REX MACEDONIAE,
ET PERSARVM.

Aduersus hunc Alexander Macedo.] Ut Persis regibus Macedones succedere, sic Iudæi pro Persico Macedonicum Imperium subiere. Is fuit Alexander rex, Philippi filius cognomento Magnus, qui digere Diodoro, anno regni sui quarto vicit Darium regem Persarum ad Issum in Cilicia, quinto Tyrum, & Aegyptum subegit, sexto Dariū in Arbellis debellauit, septimo Persicum regnum euerit, Dario ipso à Bello præfecto suo interfecto. Cui Curtius, Arrianus, & Iustinus consentiunt. Ceterum quæ deinceps de Iudæis dicuntur, ea fermè nobis libri duo Machabæorum græcè scripti suppeditabunt. Ex his primus res narrat ab Ant. ocho Epiphane rege Syriae vsque ad Antiochum Sideteni, quo regnante Ioannes

Aduersum hunc Alexander Macedo acie confixit. Eo victo, Persis imperium ademptum: quod ab initio Cyri iterat annos ducentos & quinquaginta. Alexander victor ferè omnium gentium, adijisse Hierosolymæ templum dicitur, ac dona intulisse: edixitque per omne imperium, quod sui iuris effecerat, ut Iudæis ibidem degentibus liberum esset in patriam reuerti. Exacto duodecimo imperij anno, septimo postea quam Darium deuicerat, apud Babyloniam defunctus est. Regnum amici eius, qui simul cum illo maxima illa bella gesserant, partiti sunt.

nes Hyrcanus principatum Iudæorum administravit, secundus verò à Seleuco Epiphane patre vsq; ad Demetrium regem, quo rerum potente Iudas Machabæus Mathatæ Assimonæ filius principatum sibi parauit. Quare secundus, ut deberet, non excipit primum, cum aut eadem repetat, aut citra eius se fines contineat. nam Iudas longè Ioannem antecedit. Ex quo intelligi potest, ab eodem ambobus non esse scriptos. quod etiam diuina annorum dægerendorum ab utroque usurpata ratio comprobatur. Quod autem inquit Sulpicius, *regnum Persarum stetit annos ccl.* sciendum est, si Artaxerxi secundo dederis annos *LXII*, fore summam annorum *ccl.* si *XLII*, fore annorum *ccxxx.* Quod vero addit, *Alexandrum victorem adijisse Hierosolymæ templum, & dona intulisse*, sumpta à Iosepho, apud quem libro *XI* hæc pluribus verbis relata inueniuntur. *Anno quinto regni sui, quo Tyrum expugnauit, Alexander Hierosolyma progressus receptus est à Iudæis obuiam proderuntibus cum sacerdotibus in vestibus solemnibus. & ille adorauit pontificem testans, Deum sibi eo habitum in somnis apparuisse, & se, ut ultra pergeret, impulisse, nam Darium deuicturum. & ingressus urbem in Templo ex præscripto pontificis Deo sacrificauit, & honorem Iaddo pontifici habuit. cum autem ostensus esset ei Danielis liber, in quo scriptum erat, regem quandam delecurum regem Persarum, se illum arbitratus, præ lætitia popululum dimisit. ac postridie conuocata concione iussit, ut peterent, quod liberer. pontifice petente leges proprias, & vacationem tributi septimi anni, intulisse. nempe ut Iudæi Babyloniæ, & Media suis legibus uiuerent.* Resp. verò penes Pontifices mansit, ut supra ex Iosepho ostendimus. Tertiodécimo verò regni anno, & septimo post protligatum in Arbellis Darium Alexander Babylone veneno inuidijs tuorum dato extinctus est. Diodorus, Curtius, & alij.

Regnum amici eius, qui simul cum eo maxima illa bella gesserant, partiti sunt.] Iustinus porro, & Diodorus scribunt, duces eius regnum, id est prouincias eius, & veteres & nouas inter se esse partitos, ut eas tanquam præfecturas administrarent. Inde Iustinus subiicit. Hæc diuisio cum velut fatale munus singulis conuigisset, ita magna incrementorum materia plurimis fuit. Siquidem non magno post tempore, quasi regna, non præfecturas diuisissent, sic reges ex præfectis facti magnas opes non sibi tantum parauerunt, verum & posteris reliquerunt.

ARRIDÆVS REX MACEDONIAE.

Inde aliquanto tempore sine usurpatione regali susceptas partes procurarunt, Arridæo quodam Philippo Alexandri fratre regnante, cui per imbecillo verbo datum Imperium videbatur.] Post mortem Alexandri Arridæus hic perimbecillus septem per annos, teste Eusebio, tenuit Macedoniae imperium verbo, cum administratio esset penes Antipatrum, qui postea heredem reliquit Cassandrum, qui regnum illud inuasit, & tenuit, item penes alios, qui sibi exercitum, & prouincias distribuerant, ut Ptolemæum, & Seleucum, qui Aegyptum, & Syriam sibi ascuerant.

IVDAEI SVB PTOLEMAEIS AEGYPTI
REGIBVS, DEINDE SVB
REGIBVS SYRIAE.

Primus in Syria post Alexandrum Seleucus rex fuit.] Quia Sulpicius vidit librum Machabæorum, qui subsequenter nobis suppedabit historiam, regum Syriae meminisse, initio ducto ab Antiocho Magno, & Antiocho Epiphane, atque inde xxxv annos imperij eorum litteris consecrare; (nam orsus in anno Græcorum

Inde aliquanto tempore sine usurpatione regali susceptas partes procurarunt, Arridæo quodam Philippo Alexandri fratre regnante, cui perimbecillo verbo datum impetium videbatur: res autem penes eos erat, qui sibi exercitum & prouincias distribuerant. Nec verò hic rerum status diu mansit, omnesque se res appellari maluerunt.

& Seleucum, qui Aegyptum, & Syriam

Primus in Syria post Alexandrum Seleucus rex fuit, subiecta eidem Perfide ac Babylone. Qua tempestate Iudæi annuum stipendium trecenta argenti talenta regi dabant: nec tamen per ternos magistratus, sed per sacerdotes suos regebantur,

pa-

patrioque ritu viuebant. rum, id est Macedonum imperij cXLIII definit in anno cLXXVII) propterea ipse omnes etiam ante Antiochum Magnum Syriae reges sibi recensendos existimauit, ac propterea à Seleuco Nicanore regni conditore exorsus reliquos inde, sed paulo post, persequitur.

Qua tempestate Iudæi annuum stipendium regi trecenta argenti talenta dabant.] Videtur significare, Iudæam post Alexandrum tributum pependisse regi Syriae Seleuco, cui Babylon, & Persis paruerit. Quod si credidit, vehementer errauit. nam Iudæa primum paruit Ptolemæo Lagi filio Aegypti regi, qui illam armis occupauit, teste Iosepho, & Eusebio. inde Ptolemæo Philadelpho, qui biblia conuertenda per septuaginta Iudæos interpretes procurauit. de quorum interpretatione mirabili, ac diuina Iustinus, Tertullianus, Epiphanius, & Augustinus de Ciuitate Dei libro xviii, cap. xlii. Tum Ptolemæo Euergeti, ad extremum Ptolemæo Eupatori filio eius. quo tempore vnus post alterum regnarunt in Syria, Seleucus Nicanor, Antiochus Soter, Antiochus Theus, Seleucus Callinicus, Seleucus Callinici filius, & Antiochus frater eius, cognomento Magnus. Hic verò demum Ptolemæo Eupatori Syriam eripuit. Quod Ptolemæus Epiphanes successor Eupatoris ferre non potuit. Itaque missò Scopas duce Antiocho illam extorsit. Sed Antiochus superato Scopas rursus recepit. Inde collocata Ptol. Epiphani in matris moniū filia Cleopatra partem tributorum Iudææ nominae dotis illi attribuit, ac partem sibi retinuit. Iudæa tamen in potestate regum Syriae mansit. Iosepho teste.

Nec cum per ternos magistratus, sed per sacerdotes suos regebantur.] Significat Iudæam, ac Hierosolymam tributariam tum fuisse, verum liberam; tributariam, quia regibus Aegypti primum, deinde Syriae stipendium pensitauit, liberam, quia leges, ac magistratus suos habuit, non externos. Pontifices autem vnà cum Iosepho censer curam & sacrorum, & reip. tum habuisse. Puto verò illud, Ternos, mendosè esse, pro, externos. ut significet non paruisse praefectis regum, sed pontificibus suis. Hunc autem statum reipublicæ, atque hoc ocium ciuitatis expressit liber i M Machabæorum cap. i i. his verbis. *Igitur cum sancta ciuitas habitaretur in omni pace, leges etiam adhuc optime custodirentur, propter quia pontificis dispositionem, subas ut et ipsi reges, et principes locum*

summo honore dignum ducerent, & templum maximis numeribus illustrarent, ita ut Seleucus Asiæ rex de redditibus suis prestaret omnes sumptus ad ministerium sacrificiorum pertinentes. Seleucus autem, de quo loquitur, est Antiochi Magni Syriæ regis filius, cognomento Philopater.

SELEVCVS PHILOPATER REX SYRIÆ.

SEDITIONO IVDÆORVM.

Donec plerique eorū longa pace rursū corrupti.] Hinc prauæ Iudæorum seditiones initia ducunt. Longam autem pacem intelligit, quam agitarunt sub Alexandro Magno, qui libertatē restituit, & deinceps sub quattuor Ptolemæis per annos amplius centum. Cupidas autem Pontificatus, id est summi tū Imperij, eos ad seditiones conuulsas adduxit. Seditiones externa regum Imperia inuexerunt, quæ temp. ac religionem funditus euertunt, ut apparebit.

Neque primum sub rege Seleuco Antiochi Magni filio Oniam sacerdotem virum sanctum, atque integrum Simon quidam falsis criminibus insimulati exquirere nequiverat.] Simon auctor turbarū fuit regnante Seleuco Philopatre Syriæ rege. Res multis verbis narratur cap. 111, libro 11 Machabæorū, hoc modo. Simon de tribu Beniamin

Donec plerique eorum longa rursū pace corrupti, miscere omnia seditionibus, & turbare cœperunt, affectantes summum sacerdotium libidine, auaritia, & dominandi cupidine. Namque primū sub rege Seleuco, Antiochi Magni filio, Oniam sacerdotem, virum sanctum atque integrum, Simon quidam falsis apud regem criminibus insimulatum, exquirere nequiverat. Interiecto deinde tempore, Iason frater Oniæ, Antiochum regem, qui Seleuco fratri successerat, adiit, augmentum stipendij pollicēs, si sibi summum sacerdotiū traderetur. Et quamquam insolitum, neq; ante permissum cuiquam erat, perpe-

tuo

tuo sacerdotio perfungi: sollicitus tamen regis animus, atque ager auaritia, facile superatus est. Ita depulso Onia, Iasoni sacerdotium est mandatum. Is cœdē admodum ciues, patriamq; lacerauit. Dein cum per Menelaum quendam, Simonis illius fratrem, promissam regi pecuniam misisset, patefacta semel ambitioni via, iisdem artibus quibus Iason prius, Menelaus quoque sacerdotium obtinuerat. Nec multo post, cum is promissum argenti modum nō reddidisset, loco pellitur: Lyfimachus substituitur. Inde inter Iasonem & Menelaū cœda fuere certamina, donec Iason profugus patria excessit.

ANTIOCHVS EPIPHANES REX SYRIÆ.

Interiecto deinde tempore Iason frater Oniæ Antiochum regem, qui Seleuco fratri successerat, adiit.] Ut hæc pontificia Iudæorum contentio clarius elucescat, pontifices à tempore Alexandri vsque ad hæc tempora, auctore Iosepho, enumerabo. Primus fuit Iadus, inde Onias F. inde Simon Iustus nepos, tum Simonis frater

V 3

Elea-

min prepositus templi, studēs non aliquid in ciuitate moliri, ubi fortem nactus est aduersarium Oniam pontificem, virum integrum, per Apolloniō ducem Syriæ nunciavit regi, esse Hierosolymis multas pecunias, quæ ad rationem sacrorum nō pertinerent, quare motus Seleucus rex misit Heliodorum ad eas auferendas, qui Deo resistente, abspoliare non potuit, nam ministris prodigijs celestibus terris ipse exanguis cecidit, nec nisi precibus Oniæ pontificis salutem recepit. Simon autem cepit Oniæ criminibus incescere, & insidijs tanquam horum malorum auctorem appetere. crimiq; multe cædes factæ fuissent, Onias periculum contentionis intus ad regem se contulit, ut opem eius ciuitati consuleret. Quod autem apud Sulpiciū legitur, exquirere nequiverat, videtur reponendum, extinguere. Nam Simon Oniæ insidias ad mortē, sed frustra, parauit, multaq; cædes cōsequutæ sunt.

Eleazarus, deinde patruus eius Manassés, tum Onias Simonis Iusti filius, inde Simon filius, inde Onias filius, is, de quo modò dicebamus. quo cum primum Simon Beniamites, deinde Iafon frater ipsius Oniæ contendit de possessione pontificatus sub Antiocho Epiphane Syriæ rege, qui Seleuco fratri successerat.

Augmentum stipendij pollicens, si sibi summum sacerdotium traderecur.] Quippe Simon egit apud Seleucum regem, pecunijs abditis indicatis, Iafon verò apud successiorem Antiochum Epiphane grandiore stipendio ostentato. Hæc autem res sic prodicur libro II Machabæorum, cap. IIII. *Post Seleuci vitæ excessum, cum suscepisset regnum Antiochus Epiphanes, ambiebat Iafon frater Oniæ pontificatum adito rege promittens ei argenti trecenta sexaginta, & ex redditibus alijs talenta octoginta.*

Et quanquam insolitum, neque ante permissum cuiquam erat perpetuo sacerdotio fungi.] Significat Sulpicius, si ita legas, Iafonem voluisse efficere, ut pontificatus, qui erat temporarius, fieret perpetuus contra instituta Iudæorum, at contrarium petijt, ut pontificatus ad tempus daretur. satis enim constat, pontificatum ab initio fuisse perpetuum, atque ad hæc vsque tempora ita servatum. Quare ita legendum. *Et quanquam insolitum, neque ante permissum cuiquam erat, non perpetuo sacerdotio fungi, tamen rex avaritia prævalente Oniam depulit, & Iafoni pontificatum concessit.*

Solicitus tamen, ejus animus facile superatus est. Ita depulso Onia, Iafoni sacerdotium est mandatum.] Iniuria Iafonis fuit multiplex, quòd pecunia ambiuit, non virtute, & à rege, non à populo postulavit. quòd fratrem depulit, nec mortem eius expectavit, & pontificatum perpetuum temporarium fecit. Apud Machabæos ita. *Quod cum rex annuisset, & obtinisset principatum.* Ex quo apparet pontifices tum principatum in vrbe gessisse.

Is sedè admodum cinis, pariamq; laceravit.] Ibidem: *Assisus est sub ipsa arce gymnasium, constituit, & optimos quosque ephæborum à lupanariis ponere.*

Dein cum per Menelaum quendam Simonis illius fratrem promissam regi pecuniam misisset, patefacta semel ambitioni via, ipsam artibus, quibus Iafon prius, Menelaus quoque sacerdotium obtinuit.] Hic est alter Pontifex, qui pecunia honorem ab Antiocho Epiphane emit, morte prioris non expectata. ipsi enim artibus intelligit incremento stipendij. nam apud Machabæos sic pergitur. *Et post triennij tempus misit Iafon Menelaum supradicti Simonis fratrem*

fratrem portantem pecunias regi. At ille commendatus regi, cum magnificasset faciem potestatis eius, in semetipsum retorsit pontificatum suæ proponens Iafoni talenta argenti trecenta. Iosephus autem Menelaum Iafonis fratrem appellat. si verò Machabæorum historiam sequamur, Iafon ultimus erit pontifex ex posteris Eleazarum.

Nec multò post cum is promissum argenti modum non reddidisset, loci pellitur, Lysimachus substituitur.] Ibidem. *Menelaus autem principatum quidem obtinuit, de pecunijs verò regi promissis nihil agebat, cum ex actionem faceret Sostratus, qui arci erat præpositus, quam ob causam viri que ad regem sunt evocati. Et Menelaus amotus est à sacerdotio, succedente Lysimacho fratre suo.*

Inde inter Iafonem, & Menelaum facta fuere certamina, donec Iafon profugus patria excessit.] Hanc rem multò vberius deinceps prodit capit v Machabæorum, his verbis. *Falso rumore de morte regis Antiochi dissipato, Iafon assumptis non minus mille viris, repente aggressus est civitatem, & civibus ad numerum consulantibus, ad ultimum capta civitate Menelaus fugit in arcem, Iafon verò non parcebat in cæde civibus suis, & principatum quidem non obtinuit, finem verò insidiarum suarum confusionem accepit, & profugus iterum abijt in Ammonitem, & de civitate in civitatem fugiens in Aegyptum extrusus est.*

SERVITVS IVDÆORVM SVB ANTIOCHO EPIPHANE REGE SYRIÆ.

His initijs corruptis moribus, eo vsque processum, ut plerique popularium ab Antiocho poscerent, permitti sibi more gentilium viere. Quod cum rex petentibus annuisset, certatim pessimum quisque delubra destruere, idolis supplicare, legem profanare occeperat.

Inte-

His initijs corruptis moribus eo vsque processum, ut plerique popularium ab Antiocho poscerent, permitti sibi viere more gentilium.] Hactenus de seditione dixit. mox quæ mala illa intulerit, subijcit. Est autem memoria repetendû, Hebræos tres clades propter peccata sua perpeffos esse, servitutem in Aegypto, qua misericordia Dei post cccc annos liberati sunt,

V 4 capti-

captiuitatem in Babylonia, ex qua post annos LXX in patriam redacti exempti sunt. tertiam verò esse hanc, qua per Antiochum Epiphane[m] Syriae regem religione, patria, ac simul libertate multati sunt. atque hæc omnia Deus illis per prophetas euentura ostendit. Nunc verò quomodo in tertiam calamitatem, de qua Daniel, vt supra dixi, vaticinatus fuerat, lapsi sint, docetur in primo Machabæorum cap. 1. immo primi libri historia hinc orditur. *In diebus illis exierunt ex Israel filij iniqui, & suaserunt multis, dicens. Eamus, & disponamus testamētum in gentibus, quæ circa nos sunt, quia ex quo recessimus ab eis, inuenerunt nos multa mala. Et desinuerunt aliqui de populo, & abierunt ad regem, & dedit illis potestatem, vt facerent iustitiam gentium, & edificauerūt gymnasium in Hierosolymis secundum leges nationum, & fecerunt sibi presidia, & recesserunt a testamento sancto, & inuicti sunt gentibus. Iosephus autem auctore[m] expressit inquitens. Menelaus cum filijs Tobie Antiochiam ad Antiochum Epiphane[m] regem adijt, sperans se patrias leges relicturnum, & ritus Græcorum suscepturum. Interim Antiochus ab Alexandria.] Ecce vt calamitas calamitatem*

Interea Antiochus rediens ab Alexandria (namque tū bello regi Aegyptio intulerat, quod iussu senatus & populi Romani deposuit, Paulo & Crasso consulib.) Hierosolymam adijt. Cū discordantem superstitionibus susceptis populum reperisset, legē Dei destruens, & his fauens, qui impia sequebantur, omnia templi ornamenta detraxit, ac multa cæde vastauit. Id gestum ab excessu Alexandri anno centesimo vno & quinquagesimo, Paulo, vt diximus, Crassoque consulibus, post quinquenniū ferè quā Antiochus regnare cœperat. Sed vt temporum ordo confertus sit, ac liqueat euidentius, quis hic fuerit Antiochus, regum qui post Alexandrum in Syria fuerunt, & nomina & tempora enumerabimus.

tatem infert. Seditio corrumpit veterem disciplinam, deprauatio disciplinæ accersit vastationem, & deprædationem ciuitatis, & Templi. Quippe L. Aemilio Paulo, C. Licinio Crasso cōsant no vrbs DLXXXV, Antiochus Epiphane[m] inferens Prolemæo Philometori Aegypti regi specie reducendi Ptolemæi Physconis maioris natu fratris, deterritus est à Romanis, misit C. Popillio legato, qui mandatis senatus editis, cum ille in præsens respondere abnueret, illum virgula circumscriptis, & antequam eo circulo excederet, respondere iussit. Antiochus se paritum dixit, atque ex Aegypto exercitum abduxit. Lulius libro XLV, & Iustinus libro XXXIV, atque inde [Hierosolymam adijt] vt addit liber primus, & secundus Machabæorum inquitens. *Et conuertit Antiochus, postquam percussit Aegyptum in centesimo quadragesimo tertio anno, & ascendit ad Israel, & ascendit Hierosolymam in multitudine graui.*

Cum discordantem superstitionibus susceptis populum reperisset, legem Dei destruens, & ijs fauens, qui impia sequebantur, omnia Templi ornamenta detraxit, ac multa cæde vastauit.] Inuenit quippe Antiochus partes duas populi, vnā in vetere disciplina, & religione manentem, alteram superstitionibus gentiliū deprauatam, atque ita fauens ei, quā ipse colebat, & Dei legem euertens templum expilauit. Etenim intravit in sanctificationem cum superbia, & accepit altare aureum, quod in facie templi erat, & commisit omnia. & accepit argentum, & aurum, & vasa concupiscibilia, & accepit thesauros occultos, quos inuenit, & sibi blatis omnibus abiit in terram suam. & libro II. cap. V. Igitur Antiochus mille, & octingentis ablatis de templo talentis velociter Antiochiam regressus est. Hæc verò sic prædixit Daniel cap. VII. Cornu, quod exiit ex vno quattuor cornuum hirci vsque ad principem fortitudinis magnificatum est, & ab eo tulit iuge sacrificium, & deiecit locum sanctificationis eius. vobis autem datum est contra iuge sacrificium propter peccata. Quod autem inquit Sulpicius. Ac multa cæde vastauit, libro III. cap. V. Machabæorum est. Profectus ex Aegypto esseratis animis, ciuitatem quidem armis cepit, iussit autem militibus interficere, nec parce re occurrentibus, stabant ergo cædes inuenit, ac seniorum, mulierum, ac natorum exterminia, virginumq; & parvulorum neces. erant autem toto iriduo octoginta millia interfecti, quadraginta millia uincti, non minus autem venundati. Ex quibus legendum putarem apud Sulpicium. Ac multa cæde urbem vastauit.

ENVMERAT OMNES REGES SYRIÆ
VSQVE AD EPIPHANEM.

Defuncto, vt supra rettulimus, rege Alexandro, ab amicis eius regnum diuisum, ac regio nomine aliquandiu administratum est.] Ab initio reges Syriæ repetit. Mortuo Alexandro præfecti eius regni totius prouincias inter se distribuerunt, easq; nomine regis Arridæi administrarunt, vt ante dictum est. Inde ipsi se reges appellarunt.

Seleucus post nouem annos in Syria rex appellatus est.] Eusebius non nouem affert, sed duodecim. Ab hoc Seleuco liber Machabæorum incipit annos regni Græcorum, teste quoque Eusebio. Numerus annorum Seleuci idem est apud ceteros. nempe xxxi. nominatus est Seleucus Nicanor.

Post eum Antiochus filius annos undeviginti.] Item ceteri. appellatus est Antiochus Soter.

Inde Antiochus Antiochi filius, qui & Theus cognominatus est annos quindecim.] Item ceteri.

Post hunc Seleucus filius cognomine Callinicus annos xxi.] Item ceteri.

Item Seleucus filius Callinici

Defuncto, vt supra rettulimus, rege Alexandro, ab amicis eius regnum omne diuisum, ac regio nomine aliquandiu administratum est. Seleucus post nouem annos in Syria rex est appellatus, regnauitq; annos duos & triginta. Post eum Antiochus filius eius, annos vnum de viginti. Inde Antiochus, Antiochi filius, qui & Theus cognominatus est, annos quindecim. post hunc Seleucus filius, cognomine Callinicus, annos unum & viginti. Item Seleucus filius Callinici, annos tres. Hoc defuncto, Antiochus frater Callinici Asiam & Syriam tenuit, annos septem & triginta. Hic est Antiochus, aduersus quem Scipio Africani frater bellauit: quo bello victus, & imperij parte multatus est. Hic duos filios ha-

buit,

buit, Seleucum & Antiochum, quem obsidem Romanis dederat. Ita Antiocho Magno mortuo, Seleucus eius filius nati minor regnum adeptus est: sub quo Oniam sacerdotem à Simone infimulatum diximus. Tum Antiochus à Romanis dimissus, datusque in locum eius obses Demetrius Seleuci regis, qui eo tempore regnabat, filius. Seleuco mortuo, anno imperij duodecimo regnum frater Antiochus, qui Romæ obses fuerat, occupauit.

cem cum Romanis fecit, ex duobus filijs vnum maiorem natu obsidem eis dedit, nomine Antiochum. alter verò minor nomine Seleucus post mortem eius regnum cepit.

Ita Antiocho Magno mortuo, Seleucus eius filius nati minor regnum adeptus est.] Non testamento, aut iure, sed occasione absentiae fratris Antiochi, quem pater Romam obsidem miserat. Hic est autem Seleucus Philopater, sub quo primum resp. Iudæorum seditionibus agitari cœpta est per Simonem, qui Oniam pontificem accusauit. vt supra dictum est.

Tum Antiochus à Romanis dimissus, datusq; in locum eius obses Demetrius Seleuci regis, qui eo tempore regnabat, filius.] Si obses datur à rege ad fidem fœderis confirmandam, ergo à Seleuco rege obses erat repetendus. Quare Romani dimisso Antiocho, qui post Epiphanes dictus est, Demetrium regis Seleuci filium obsidem receperunt.

Seleuco mortuo anno Imperij xxi regnum frater Antiochus, qui Ro-

nici annos tres.] Eodem modo ceteri: Huic Cerauno cognomen fuit. teste Eusebio in Chronicis.

Hoc defuncto, Antiochus frater Callinici Asiam, & Syriam tenuit annos xxxvii.] Et hoc quoque alij.

Hic est Antiochus, aduersus quem Scipio Africani frater bellauit.] L. Scipio consul P. Scipionem victorem Africæ fratrem legatum habens bellum gessit contra Antiochum, cognomento Magnum, & parte regni ultra Taurum multauit, vnde Asiatici cognomen inuenit. Liuius, & ceteri.

Hic duos filios habuit Seleucum, & Antiochum, quem obsidem Romanis dederat.] Antiochus Magnus, cum pa-

ma obfes fuerat, occupauit.] Hic est inquam Antiochus Epiphaneſ, de quo ſupra dici cœptum erat.

REDIT AD SERVITVTVM IVDÆORVM
SVB ANTIOCHO EPIPHANE.

Is poſt quinquennium, quàm regnare.] Nuncre- dit eò, vnde diuertit, vt dicat de Antiocho Epiphane, qui Hieroſolymam, & templum diripuit. repetit autem verba ſuperiora. *Id geſtum poſt quinquennium fe- re, quàm Antiochus regnare cœperat.*

Etenim graue Romanis ſtipendium penſans.] Stipendium intelligit impoſitum à Romanis, Antiocho Magno deuicto.

Poſt biennium deinde pari rurfum clade affectis Iudæis, ne fortè frequentibus malis compulſi bellum ſumerent, præſidium arci impoſuit.] Audiit, vt ciuitatè Dauid in arcem manuerit, & præſidio firmarit. Libro 1. cap. 1. Machabæorum. *Et poſt duos annos miſit rex principem tributorum in ciuitates Iudæ, & venit in Hieruſalem cum turba magna, & irruit ſuper ciuitatem repente, & percuffit eam plaga magna, & perdidit populum multum ex Iſrael. & deſtruxit domos eius, & muros eius*
in

Is poſt quinquennium, quàm regnare cœperat, vt ſupra docuimus, Hieroſolymam depopulatus eſt. Etenim graue Romanis ſtipendium penſans, ipſe immenſis ſumptib. pane neceſſariò cogebatur pecunias raptò quarere, neque vllam prædandi occaſionem omittere. Poſt biennium deinde, pari rurfum clade affectis Iudæis, ne fortè frequentibus malis compulſi bellum ſumerent, præſidium arci impoſuit. Inde ſacram legè euertere aggreſſus, mittit edictum, vt omnes relictis maiorum ſuorum traditionibus gentilium ritu viuerent. Nec deſuere, qui profano imperio volentes parerent. Tum verò fœdum ſpectaculum, per vniuerſam urbè palam in plateis

dijs

dijs litabatur: ſacra etiam & prophetarum volumina igni cremata.

in circuitu. & edificauerunt ciuitatè Dauid muro magno, & firmo, & turribus firmis, & facta eſt illis in arcès, & poſuerunt illic gentem peccatricè viros iniquos, & conuulserunt in ea. Ceterùm tres fuere colles in vrbe, inquit Iosephus lib. v. de bello. vnus in quo erat vrbs, quam Dauid contruxerat, & ciuitatem Dauid vocabant. alter, in quo erat arx, qui vndique declius erat, & ſubiectam urbem inferiorem habebat. tertius humilior, in quo erat templum. Ergo Syri urbem Dauidis occupatam in arcis formam redegerunt, ac præſidio tenuerunt.

Inde ſacram legem euertere aggreſſus mittit edictum, vt omnes relictis maiorum ſuorum traditionibus gentilium ritu viuerent.] Adijcit, vt diſciplinam veterem labefactarit Epiphaneſ. Ibidem. Et ſcripſit rex Antiochus omni regno ſuo, vt eſſet omnis populus vnus, & relinqueret vnusquisque legem ſuam, & conſenſerunt omnes ſecundum verbum regis Antiochi. & multi ex Iſrael conſenſerunt ſeruituti eius, & ſacrificauerunt idolis, & conquinauerunt ſabbatum. & miſit rex libros per manus minorum in Hieruſalem, vt ſequerentur leges gentium terræ, & prohiberent holocauſta, & ſacrificia, & celebrari ſabbatum.

Tum vero fœdum ſpectaculum, per vniuerſam urbem palam in plateis dijs litabatur, ſacra etiam legis, & prophetarum volumina igni cremata.] Concludit miſerabilem ſpeciem Hieroſolymæ, quæ ad gèrilicatem redacta erat. ſic. n. in primo Machabæorū vberius. Quinto, & quadraageſimo, & centeſimo anno, (ideſt regni Græcorū) edificauit rex Antiochus abominandum idolum deſolationis ſuper altare Dei, & per vniuerſas ciuitates Iudæ in circuitu edificauerunt aras, & ante ianuas domorum, & in plateis incendebant thura, & ſacrificabant. & libros legis Dei combuſſerunt igni ſcindentes eos. & quicumque obſeruat legem Domini, ſecundum edictum regis uindictabant eum. Idolum autem fuit Iouis Olympi.

R E S T I T V T I O I V D Æ O R V M.

A S S A M O N A E O R V M P R I N C I P A T V S.

Mathatias Aſſamonaus Princeps Iudæorum.

Ea tempeſtate Mathatias,

Ea tempeſtate Mathatias,

tias, Iohannis filius, sacerdos erat.] Hactenus clades Iudæorum exposita, qua gēs deleta, vrbs vastata, templū direptum, & religio immutata per Antiochum tuerat. Hinc restituendæ libertatis, reparandæ vrbs, & reformandæ religionis ducitur initium. qui status post Iudæorum remp. tenuit, quo usque noua fratrum regum seditione res turbari sunt cœptæ, & Iudæi in ditionē Romanorum redacti. Auctor tam præclari, ac memorandi operis fuit Mathathias Assamoneus vnā cum Iuda Machabæo, Ionatha, Simone, & Ioanne filijs, qui omnes deinceps post eum principatum Iudæorum aduersus Syriæ reges impotentius se gerentes ceperunt. & eximiam in vindicanda, & conseruanda libertate operam, ac fortitudinem præstiterunt. lib. 1 Machab. c. 2. Quare ex hoc loco exordium capit celeberrimus Assamoneorum principatus. qui vsq; ad Herodem regem Hierosolymis, primum nomine principis, deinde regis rerum potiti sunt. ac cum regno etiam pontificiam dignitatem cōiunxerunt, quousque Christus accessit, qui Iudæorum rex simul, & pontifex in æternum erat constitutus.

Hic cum à regijs cogereur edicto parere egregia constantia profana contemnens, Hebræum publice profanantem in ore omnium iugulauit.] Primum exponit ardens Mathathie studium in religione tuenda, deinde in libertate vindicanda. Studij fuit erga religionem documentum illud insigne dedit, quod Hebræum profanantem, id est idolis sacrificantem, ferre non potuit, atque in conspectu omnium interemit. Quam rem liber Machabæorum sic expressit. *Dixere*

regij

tias, Iohannis filius sacerdos erat. hic cum à regijs cogereur edicto parere, egregia constantia profana contemnens, Hebræum publice profanantem in ore omnium iugulauit. Tum de mum reperto duce facta secessio est. Mathathias opido egressus, multis ad eum confluentibus speciem iusti exercitus effecerat: queis omnibus destinatum erat, aduersus profanum imperium se armis tueri, & in bello potius occumbere, quam impias cærinonias exercere.

regij ad Mathatiam. Accede prior, & fac iussim regis, sicut fecerunt omnes gentes, & viri Iuda, & qui remanserunt in Hierusalem. Quibus ille respondit. Est omnes regi Antiocho obediunt, ut discerāt vnus quisque à seruitute legis patrum suorum, et consentiant mandatis eius, ego, & filij mei, & fratres mei obediemus legi patrum nostrorum. Accesit tum quidam Iudæus in omnium oculis sacrificare idolis super arā in ciuitate Modin secundum iussim regis. & vidit Mathathias, & doluit, & contremuerunt renes eius, & accensus est furor eius secundum iudicium legis, & insilens trucidauit eum super aram.

Tum demum reperto duce facta secessio est.] Deinceps narrat studium recuperandæ libertatis, qui se ducem prætulit. Siquidem, vt ibi scriptum est, *Et fugit Mathathias, & filij eius in montes, & reliquerunt quascunque habebant in ciuitate. tunc descenderunt multi querentes iudicium, atque iustitiam in deserto. Itaque speciem iusti exercitus, vt inquit Sulpicius, Mathathias effecit. Cum ei go iustitiam, & iudicium ab eo poscerent, apparet, vt scribit Iosephus, eum principem constitutum.*

Interea Antiochus per Græcas quoque vrbes, quæ in illius imperio erant, repertos Iudæos sacrificare cogebat, inauditisque cruciatibus reluctantes afflicebat. Qua tempestate illustri illa passio septem fratrum, matrisque fuit: qui omnes, cum legem Dei & instituta maiorum violare supplicijs cogereur, mori maluerunt. Ad extremum pœnas mortesque eorum comitata mater est.

Interea Antiochus per Græcas quoque vrbes, quæ in illius imperio erant, repertos Iudæos sacrificare cogebat.] Non contentus Antiochus profanasse Iudæam, etiam Græciam ipsam inuadit. *Itemque decretum exiit in proximis gentiliū ciuitates, fugerentibus Ptolemeis, vt & pari modo & ipsi aduersus Iudæos agerent, & sacrificarent, eos autem, qui nolent transire ad instituta gentium, interficerent. erat ergo videre miseria.* cap. vi.

Qua tempestate illustris illa passio septem fratrum, matrisque fuit.] Hi septem fratres Machabæi dicuntur, qui, ne carnibus suillis Iudæorum lege veritis, velferentur, sartagine

gines accensas, aliâq; tormenta seuisima, ac mortem denique acerbissimam pertulerunt, ac summa cōstantia regi p̄paratam damnationem denunciarunt. mater autem filios ad supplicia patiēda hortata, eodem cum illis supplicio est affecta. cap. vii. l. libri ii. Machabeorum. Horum p̄sionem Ecclesia Kal. Augusti celebrat, vt in veteribus Martyrologijs scriptum est. Quare in eum diem multę quoque sanctorum scriptę extant homilie. Horum etiam martyria expressit S. Cyprianus in libro de exhortatione martyrum.

IVDAS MACHABAEVS PRINCEPS

I V D A E O R V M .

Interea Mathathias moritur, vicariū exercitui, quem parauerat, ducem Iudam filium substituit.] Iam ad res gestas Iudę, cognomento Machabęi, Mathathie filij transit, qui patris ducatum excipiens libertatem Iudęo rū restituit. de quibus cap. i i sic agitur. *Et defunctus est anno centesimo quadragesimo sexto, & sepultus est de aethariis a filiis suis in sepulchris patrum suorum in Modin, & planxerunt eum omnis Israel planctu magno.* Inde cap. i i i. *Et surrexit Iudas, qui vocabatur Machabeus filius eius pro eo, & adiunxerunt eum omnes fratres eius, & uniuersi, qui se coniunxerunt patri eius.*

Huius ductus aduersus regios frequentibus p̄lijs prosperę pugnam.] Res à Iuda prosperę gestę multę narrantur. quarum summam hauc proponit, partes sigillarim subinde persecuturus.

Nam primum Apollonium ducem hostium, qui magnis copijs in conspectum descenderat, cum omni exercitus deleuit.] Primum cum Apollonio duce Iudas contulit, eumq; extinxit. Ibidem. *Et congregauit Apollonius gentes, & à Samaria virtutem multam, & magnam ad bellandum contra Israel. Et cognouit Iudas, & exiit obviam illi,*

Interea Mathathias moritur : vicarium exercitui, quem parauerat, ducem, Iudam filium substituit. Huius ductu, aduersus regios, frequentibus p̄lijs prosperę pugnatu. Nam primum Apollonium ducem hostiu, qui magnis copijs in conspectum descenderat, cum omni exercitu deleuit.

illi, & percussit, & occidit illum, & ceciderunt vulnervti multii, & reliqui fugerunt, & accepit spolia eorum.

Quod cum Seron quidam, qui tum Syrię p̄erat, comperisset, multiplicatis legionibus Iudam aggressus, ferrox, quia numero p̄estabat, vbi in certamen descendit, fufus ac fugatus, octingentis ferme amissis, in Syriam regressus est.

Et exiit Iudas obviam illi cum paucis. ut autem viderunt exercitum venientem sibi obviam, confirmatis animis insiliuit in eos subito, & contritus est Seron, et exercitus eius in conspectu ipsius. & persecutus est eum in descensu Bechoron usque in campum, & ceciderunt ex eis octingenti viri, reliqui autem fugerunt in terram Philistym.

Id vbi compertū est Antiocho, ira & dolore succensus (quippe angebatur duces suos cum magnis exercitibus deuictos) auxilium per omne regnum contrahit, donatium militib. exhaustis penitus thesauris largitur. Etenim tum p̄cipuē grauiter pecunię inopia affectus erat. Nam deficientibus Iudæis ab eo, qui ei ultra trecenta argenti talenta annua

Quod cū Seron quidam, qui tum Syrię p̄erat, comperisset multiplicatis legionibus Iudam aggressus, ferrox, quia numero p̄estabat, vbi in certamen descendit, fufus ac fugatus, octingentis ferme amissis, in Syriam regressus est. *Et audiuit Seron princeps exercitus Syrię, & p̄parauit se, & ascendit cum eo castra impiorum fortes auxiliarij, ut faceret vindictam in filios Israel, & appropinquauerunt usque ad Bechoron. Et exiit Iudas obviam illi cum paucis. ut autem viderunt exercitum venientem sibi obviam, confirmatis animis insiliuit in eos subito, & contritus est Seron, et exercitus eius in conspectu ipsius. & persecutus est eum in descensu Bechoron usque in campum, & ceciderunt ex eis octingenti viri, reliqui autem fugerunt in terram Philistym.* Id vbi cōpertum est Antiocho, ira, & dolore succensus auxilium per omne regnum contrahit.] Iam tertiam expeditionē Iudę exposturus est, quam prosperę obiuit aduersus Lyfiam Antiochi ducem. Antevrō apparatus militum, & pecuniarum exponit, quas Antiochus in auxilia colligenda impendit. Qua de re sic in eodem loco. *Et audiuit Antiochus sermones istos, iratus est animo, & congregauit exercitum uniuersi regni sui castra fortia,*

fortia valde, & aperuit ararium suum, & dedit stipendia exercitui, et mandavit illis, ut essent parati ad omnia.

Donatium militibus, exhaustis penitus thesauris, largitur. Etenim tunc precipue graviter pecunie inopia affectus erat. Antiochus, ut milites ad fortiter pugnandum donis accenderet, thesauros ipsos, largiendi causa, exhaust. Quare in magna pecunie inopiam incidit. Hoc sic in Machabæis. Et videtur, quod defecit pecunia de thesauris suis.

Nam deficientibus Iudæis ab eo, qui ei ultra trecenta argenti talenta annua pensitauerant, præterea Græcis urbibus, multisq; regionibus persecutionis malo turbatis, (ne gentilibus quidem pepercerat, quos deserere inueteratas superstitiones, & ad vnum ritum deducere tetauerat. Illis quidem, ubi nihil sancti erat, facile relinquentibus, sed tamen omnibus metu, ac clade affectis, vectigalia cessauerunt.) Hæc ipsa ante adeo obscuræ erant, ut non intelligerentur, nunc reposita parenthesi, quæ sensum omnem verborum non expressa turbabat, planè elucescunt. Grauium, inquit, rex pecunie inopia laborabat, nam vectigalia

annua pensitauerant, præterea Græcis urbibus multisque regionibus persecutionis malo turbatis (ne gentilibus quidem pepercerat: quos deserere inueteratas superstitiones, & ad vnum ritum deducere tetauerat.) illis quidem, ubi nihil sancti erat, facile relinquentibus: sed tamè omnibus metu ac clade affectis, vectigalia cessauerant. Quibus rebus æstuans (etenim ipse olim omnibus regibus opulentior, suomet scelere inopiam perferat) copias cum Lyfia partitur, eique Syriam, & bellum aduersus Iudæos committit, ipse in Persas ad cogenda vectigalia profectus. Igitur Lyfias duces belli delegit, Ptolemæum, Gorgiam, Doronem, & Nicanorem: his XL millia peditum, septem equitum data. Ac primo impetu magnum Iudæis terrorem intulerunt. Tum Iudas cunctis desperantibus suos adhortatus, forti ani-

mo

mo descenderent in prælium: Deo fretis, nihil inuictum fore: sæpe antea à paucioribus aduersum plures bene pugnatum. Ieiunio indicto, celebratoque sacrificio, in aciem descensum, fusæ hostium copiarum: Iudas castris potitus, multumque ibi auri & Tyriarum opum reperit. Namque ex Syria negotiatores nihil de victoria dubitantes, regium exercitum secuti, spe captiuos mercandi, prædæ fuere.

galia cessauerant, Iudæis ab eo deficientibus, qui ei ultra trecenta argenti talenta annua pensitauerat, & Græcis persecutionis malo turbatis, Iudæis quidem facile eum relinquentibus, apud quem nihil sancti erat, gentilibus verò omnibus metu, ac clade affectis. nam Antiochus rex ne gentilibus quidem pepercerat, cum cogeret eos, veteribus relictis superstitionibus, ad vnum ritum adducere. Expressit autem, aut potius adumbravit illa, quæ etiam propter orationis angustias apud Machabæorum historiam sunt obscura. Et tributa regionis modica propter diffusionem, & plagam, quam fecit in terra, ut tolleret, & simul, ne non haberet ut semel, & bis in sumptus, & donaria, quæ dederat ante larga manu.

Quibus rebus æstuans (etenim ipse olim omnibus regibus opulentior, suomet scelere inopiam perferat) copias cum Lyfia partitur. eique Syriam, & bellum aduersus Iudæos committit, ipse in Persas ad cogenda vectigalia profectus. Quod inquit, Antiochum omnibus regibus opulentior fuisse, expressit de Machabæorum libro, in quo est. Et abundauerat super reges, qui ante fuerant. Reliqua verò de bello Lyfiam mandato ex eis: Et reliquit Lyfiam super negotia regis à flumine Euphrate usque ad flumen Aegypti, & ut nutriret Antiochum filium suum, donec rediret. & cogitavit ire in Persidem, & accipere tributa regionum, & congregare argentum multum.

Igitur Lyfias duces belli delegit Ptolemæum, Doronem, Gorgiam, & Nicanorem. Lyfias non ipse ad bellum prodijt, sed duces alios misit, Ptolemæum Doryminis filium, Gorgiam, & Nicanorem. sic enim legendum apparet ex Machabæis. Elegit Lyfias Pro-

X 2

lemæum

lameum filium Dorymini, & Nicanorem, & Gorgiam. Sic etiam legit Iosephus. XI. autem millia peditum, & VII. equitum data, etiam scriptura testatur.

Tum Iudas cunctis desperantibus suos adhortatus.] Duo conquisit subsidia Iudas, unum militum, quos verbis ad virtutem nauandam accendit, alterum Dei, quem ieiunio, & precatione proptulauit. Ibidem. Et vidit Iudas, & fratres eius, quia multiplicata sunt mala, & dixerunt unusquisque ad proximum suum. Exigamus de iectorem populi nostri, & pugnemus pro populo nostro, & sanctis nostris, & congregatus est conuenus, ut essent parati ad praelium.

Ieiunio indicto, celebratoque sacrificio in aciem descensum.] Deinceps. Et ieiunauerunt illa die, & induerunt se cilicys, & cinerem imposuerunt capiti suo, & discederunt vestimenta sua, & expanderunt libros legis.

Fusse hostium copie.] Ibidem. Et exierunt de castris in praelium, & tuba cecinerunt ijs, qui erant cum Iuda, & congressi sunt, & contrite sunt gentes, & fugerunt in capivum.

Iudas castris potius. multumque, ibi auris, & Tyriarum opum repperit.] Ibidem. Et Iudas reuersus est ad spolia castrorum, & accepit aurum multum, & argentum, & hyacinthum, & purpuram marinam, & opes magnas. Purpuram marinam vertit Sulpicius Tyrias opes.

Namque ex Syria mercatores nihil de victoria dubitantes regium exercitum sequuti spe captiuos mercandi praece fuere.] Hoc autem scriptum fuerat cap. III. Et auclierunt mercatores regionum iordanis, & acceperunt argentum, & aurum multum valde, & pueros, & uenerunt in castra, ut acciperent filios Israel in seruos. Syros autem mercatores dixit Sulpicius, quia ea gens maximè illi quaesitua dedita fuit.

Hac ubi Lysiae ex maceijs comperta, maiore cura copias parat, amonq; post immuni exercitum Iudaeos aggreditur. victus denuò Antiochiam se recepit.] Quarta haec est clades, quam Iudas Lysiae Antiochi duci attulit. de qua sic in Machabæis. Quibus auditis Lysias consternatus animo defecit.

Hac ubi Lysiae ex nuntijs comperta, maiore cura copias parat: annoque post immuni exercitu Iudaeos aggreditur. victus denuò Antiochiam se recepit.

defecit.

fecit. & sequenti anno congregauit virorum electorum sexaginta millia, & equitum quinque millia, ut debellaret eos. & occurrit illis Iudas cum decem millibus viris, & commiserunt praelium, & ceciderunt de exercitu Lysiae quinque millia virorum. Videns autem Lysias fugam suorum, & Iudaeorum audaciam, & quod parati essent aut visere, aut mori fortiter, abiit Antiochiam.

Iudas pulsus hostibus Hierosolymam regressus, purgare templum, & restituere, animum intēdit: quod euersum ab Antiocho, profanatumque à gentibus, foedam sui speciem præbebat. Sed Syris arcem tenentibus, quæ continua templo, & loci natura superior, atque inexpugnabilis erat, adiri subiecta non poterant, crebris eruptionibus prohibentibus. Aduersum hos Iudas validissimam suorum aciem obiecit. Ita opus sacrae ædis curatum, templumque muro circumdatum, constitutione qui perpetuum præsidium armati agerent.

Iudas pulsus hostibus Hierosolymam regressus purgare Templum, & restituere animum intendit.] Ex hoc loco incipit reformatio religionis, quam Antiochus deleuerat tribus annis & sex mensibus, postquam aboletam ab Antiocho fuerat, quod etiā prædictū est à Daniele volunt. cap. VII. & XII. cū dixit, fore, ut post dies mille trecentos mundaretur Sanctuarium. hoc verò opera Iudae perfectum. Dixit enim ille, & fratres eius. Ecce contriti sunt inimici nostri. ascendamus nunc mundare sanctam, & renouare. & congregatus est omnis exercitus, & ascenderunt in montem Sion, & uiderunt sanctificationem desertam, & altare profanatum, & portas exustas.

Sed Syris arcem tenentibus, quæ continua templo, & loci natura superior, atque inexpugnabilis erat, adiri subiecta non poterant, crebris eruptionibus prohibentibus. aduersus hoc Iudas validissimam suorum aciem obiecit.] In eodem loco sic pergitur. Tunc ordinauit Iudas viros, ut pugnarent aduersus eos, qui erant in arce, donec emundaret Sanctam. & elegit sacerdotes sine macula volumina habentes in lege Dei, & mundauerunt sanctas,

sanctæ, & tulerunt lapides contaminationis in locum immundum. Iosephus autem lib. xii. Antiq. cap. vii. itemque cap. xiiii. inquit arcem supradictis templo.

Ita opus sacræ ædis curatum, Templumque muro circumdatum. Constitutique qui perpetuum præsidium armati agitarēt.] Altare holocausti restructum, templum munitum, præsidioque firmatum est. Ibidem. *Et cogitavi de altari holocaustorum, quod profanatum erat, quid de eo faceret. & incidit illis consilium bonum, ut destrueret illud, ne forte illis esset in opprobrium, quia contaminaverat illud gentes. & demoliti sunt illud. & reposuerunt lapides in monte domus in loco apto, quoad usque veniret propheta, & responderet de eis. & acceperunt lapides integros secundum legem, & edificaverunt altare novum secundum illud, quod prius fuit, & edificaverunt sancta, & que vera domus erant intrinsecus, & ad eam et atria sanctificaverunt. & hæc acta sunt anno ceteresimo quadagesimo octavo. Et edificaverunt montem Sion, & per circuitum muros altos, & turres firmas, ne quando venirent gentes, & conculerent eum, sicut antea fecerant, & collonerant illum exercitum, ut serarent eum. Hinc in evangelio, & in Actis nominatur dux templi. ex turribus una fuit primum Baris, deinde Antonia nominata. Iosephus.*

At Lyfias multiplicato exercitu in Iudæam regressus rursus vincitur magna clade exercitus, & auxiliorum, quæ ei à civitatibus missa in bellum conspirauerant.] Lyfias, postquam semel victus recessit Antiochiam, elegit quidem milites, ut multiplicatis eis rursus veniret in Iudæam. verum venisse non dicitur neque ab autore libri Machabæorum, neque à Iosepho, sed multa prolixa secunda cum finitimis gentibus fecisset, quæ deinceps quinto capite explicantur.

In-

At Lyfias multiplicato exercitu in Iudæam regressus, rursus vincitur, magna clade exercitus & auxiliorum, quæ ei à civitatibus missa in bellum conspirauerant. Interea Antiochus, quem in Persidem profectum supra memoravimus, opidum Elymum, regionis illius opulentissimum, fanumque ibi situm multo auro refertum, diripere conatus, confluen-

te

te undique ad defensionem loci multitudine, fugatus: in super nuntium accepit, res vel à Lyfia, vel à Lyfimacho improsperè gestas. Ita ex marore animi, corporis morbo incubuit. Sed cum internis doloribus angere-tur, reminiscens malorum, quibus populum Dei vexaverat, meritò sibi illa accidisse confitebatur. Deinde post paucos dies moritur, cum regnasset annos undecim. Antiocho filio regnum reliquit, cui Eupator nomen fuit.

Interea Antiochus, quem in Persidem profectum supra memoravimus, opidum Elymum regionis illius opulentissimum, fanumque ibi situm multo auro refertum diripere conatus, &c. insuper nuntium accepit, res vel à Lyfia, vel à Lyfimacho improsperè gestas.] Nunc mortè Antiochi Epiphaniis narraturus est, quam accepto de rebus infelicitè à Lyfia gestis nuncio, obiit. Hæc verò sic expressa sunt apud Machabæos. cap. vi. Rex Antiochus audivit esse civitatem Elymaidem in Perside nobilissimam, & copiosam in auro, et argento, templumque in ea locuples valde. & venit, & quarebat capere eam, & depopulari, & non potuit, quoniam innotuit sermo istus,

qui erant in civitate, & insurrexerunt in prælium, & fugit inde. & abiit cum magna tristitia, & reuersus est in Babyloniam. & venit, qui nuntiaret ei in Perside, quia fugata erant castra, quæ erant in terra Iudæa, & quia abiit Lyfias, & fugatus est à facie Iudeorum. Intelligit autem fugam, qua victus Lyfias Antiochi abiit. Est porro apud Sulpicium legendum, à Lyfia, nam reliqua alicuius sunt inepti glossatoris. nempe, Vel à Lyfimacho.

Ita ex marore animi corporis morbo incubuit.] Ibidem. Et factum est, ut audivit rex sermones istos, exavit, & commotus est valde, & decidit in lectum, & incidit in languorem præ tristitia.

Sed cum internis doloribus angere-tur, reminiscens malorum, quibus populum Dei vexaverat, meritò sibi illa accidisse confitebatur.] Verba confessionis eius hæc fuerunt. Nunc verò reminiscor malorum, quæ feci in Hierusalè, unde et abstuli omnia spolia aurea, et argentea, quæ erant in ea, et misi auferre habitante. Iudæa sine caussa. Cognovi ergo, quia propterea invenerunt me mala ista, et ecce perego tristitia magna in terra aliena.

X 4

AN-

ANTIOCHVS EVPATOR
REX SYRIÆ.

Deinde post paucos dies moritur, cum regnasset annos XXI Antiocho filio regnum reliquit, cui Eupator nomen fuit.] Ibidem. Et mortuus est Antiochus rex anno centesimo quadragesimo nono. & cognouit id Lyfias. & constituit regnare Antiochum filium eius, quem nutritiuit adolefcentem, & vocauit nomen eius Eupatorem.

Ea tempestate Iudas Syros in arce positos obsidebat.] Recepta vrbe Hierosolymitana, Iudas inde urbem Dauidis, quam pro arce tenebat Syri, recuperare aggressus est, atque ita occasionem aperuit bello cum rege Eupatore gerendo, quod prospere, vt cetera, gelsit. Ibidem. Et cogitauit Iudas disperdere eos, qui erant in arce, & conuocauit uniuersum populum, vt obsideret eos, & conuenissent simul, & obsederunt eos anno centesimo quinquagesimo.

Qui cum fame, atque inopia afficerentur, missis ad regem nuncijs præsidiū implorauerunt.] Obsessi Syri petunt auxiliū ab rege Eupatore. Quippe exierunt quidam ex eis, qui obsidebantur, & abierunt ad regem, & dixerunt. Quousque non facis iudicium, & vindicas fratres nostros?

Ita Eupator cum centum millibus, & equitum viginti millibus subsidio venit, præeuntibus aciem cū ingenti terrore elephantis.] Eupator rex periculo suorum, qui in arce obsidebantur, comperto, succurrit. Etenim iratus est, vt hoc audiuit, & conuocauit omnes amicos suos. & erat numerus eius centum millia peditum, & viginti millia equi-

Ea tempestate Iudas Syros in arce positos obsidebat, Qui cum fame atque inopia afficerentur, missis ad regem nūtijs, præsidiū implorāt. Ita Eupator cum centum millibus, & equitū viginti millibus, suis subsidio venit: præeuntibus acie cum ingenti terrore elephantis. Tum Iudas laxata obsidione, regi obuiam tendit, primoque prælio Syros fundit. Rex petit pacē: quia infido ingenio malè vsus, perfidiam consecuta ultio.

equitum, et elephantum triginta duo. Ex hoc apparet, legendum apud Sulpicium, Cum peditum centum millibus.

Tum Iudas laxata obsidione regi obuiam tendit, primoque prælio Syros fundit.] Hoc est prælium quintam prospere à Iuda commissum cum regibus Syris, ex quo liquet, numine diuino rebus eius fauente, hæc omnia administrata fuisse. Sic autem hæc apud Machabæos narrantur. Et recessit Iudas ab arce, & mouit castra contra castra regis. Refertur inde prælium, in quo tum fusi Syri non dicuntur, sed tamen non sine detrimento pugnatum, vsque adeo, vt rex de pace cogitarit.

Rex petit pacem.] His tot, & tam continentibus victorijs illud Iudas est assequutus, vt rex pacem ab eo petierit, Lyfia ipso auctore. Etenim is ad regem, & duces exercitus sic dixit. Desicimus quotidie, & esca nobis modica est, & locus, quem obsidemus, est munitus. & incumbit nobis ordinare de regno, nunc itaque demus dexteras hominibus, & faciamus cum illis pacem, & cum omni gente eorū, & constituamus illis, vt ambulent in legitimis suis, sicut prius. propter legitima enim ipsorum, que despeximus, irati sunt, & fecerunt omnia hæc. Et placuit sermo in conspectu regis. & misit ad Iudæos pacem facere. & receperunt illam. & irauit illis rex, & exierunt de munitione. cap. vi.

Quia infido ingenio malè vsus, perfidiam consequuta ultio.] Procerium est ad ea, quæ sequuntur, ex ingenio Sulpicij promptum, non ex scriptura. Perfidiam verò regis sic expressit scriptura. Et irauit rex montem Sion, & vidit munitiōem loci, & rupit citius iramēntam, quod irauit, & mandauit destruere murum in gyros, & reuersus est Antiochiam. inde diuinam ultionem consequutam exponit.

DEMETRIVS SOTER REX SYRIÆ.

Nam Demetrius Seleuci filius, quem Romanis obsidem datum supra memorauimus, vt audiuit Antiochū decessisse, petiuit, vt se in regnum remitterent. Quod cum

Nam Demetrius Seleuci filius, quem Romanis obsidem datū supra memorauimus, vt audiuit, Antiochū decessisse, petiuit, vt se in regnum remitterent. Quod cum ei negatum fuisset, clā Roma profugit. in Syriam venit,

venit, regnumque occupavit, Antiocho filio, qui annum unum, & sex menses regnaverat, interfecto.] Deus autem vltus est Antiochi Eupatoris adhuc pueri perfidiam erga Iudæos. nã à Demetrio patruo suo Roma in regnum regresso necatus est. Sulpicius autem hæc obscurius, nos aliquanto dilucidius exponemus. Antiochũ Eupatorem perfidiam in pace cum Iudæis composita exercentem breui vltio consecuta est. Nam paulo post mortuus est, parvulo relicto filio Antiocho rege. Demetrius autem Seleuci filius, & Eupatoris patruus Romæ obses, vt audiuit Antiochum Epiphaneum fratrem suum decessisse, inuitis Romanis Roma profugit, atque in Syriam profectus Antiocho Eupatore Epiphanis filio interfecto regnum inuasit. Hoc autem sic liber Machabæorum prodidit. Anno centesimo quinquagesimo primo Demetrius Seleuci filius exiit ab urbe Roma, & ascendit cum paucis viris in civitatem maritimam. et regnavit illic cum paucis viris. vt autem ingressus est domum regni patrum suorum, comprehendit exercitus Antiochum, & Lysiam, vt adduceret eos ad eum, & res ei innotuit, & ait. Nolite mihi ostendere faciem vestram, & occidit eos exercitus, & sedit Demetrius super sedem regni sui. Eadem Iustinus, & quidem planius. Reserfus in regnum

Antio-

cum ei negatũ fuisset, clam Roma profugit: in Syriam venit, regnumque occupavit: Antiocho filio, qui annum unum & menses sex regnaverat, interfecto. Hoc regnante, primum Iudæi à populo Romano amicitiam fœdusque petiere: benigneque excepta legatio. decreto Senatus socij atque amici appellati. Interim Demetrius aduersus Iudam per duces suos bellum gerebat. Ac primum per Bacchidem quendam & Alcimum Iudæum ductus exercitus: post Nicanor bello præpositus, in prælio occubuit. Tum Bacchides & Alcimus resumptis viribus, auctisque copijs, aduersum Iudam confligunt. in ea pugna victores Syri, cruentè admodum victoria sunt vsi.

Antiochus decedit, relicto parvulo admodum filio, cui cum tutores dati à populo essent, patruus eius Demetrius, qui obses Romæ erat, cognita morte Antiochi fratris, senatum adiit, obsidemque se vltio fratre venisse. quo mortuo cuius obses sit, ignorare. dimitti ergo se ad regnum petendum æquum esse. quod scis iure gentium maiori fratri cesserit, ita nunc sibi, qui pupillum ætate antecedit, deberi. Cum se non dimitti animadverteret à senatus tacito iudicio, tutius apud pupillum, quam apud eum, regnum futurum arbitrante, specie venandi ab urbe profectus, Ostie tacitus cum fuge comitibus natem conscendit. Delatus in Syriam secundo favore omnium excipitur. regnumque ei occiso pupillo traditur. Item Livijs libro XLVI in epitomis. A oriens Antiochus Epiphaneus filium Antiochum parvulum admodum reliquit. Hinc Antiochum puerum cum Lysia matre eius Demetrius Seleuci filius, qui Romam obses missus fuerat, clam, quia non dimittebatur à Romanis, interemit, & ipse in regnum receptus.

Hoc regnante primum Iudæi à populo Romano amicitiam, fœdusque petiere.] Sequuntur res Iudæ gestæ cum Demetrio rege & primum fœdus cum Romanis ictum. Tum verò Iudas audiens multitudinem Romanorum, & vt reges huiusmodi subegissent, legatos misit Romam, qui amicitiam à Senatu postularent. Ita fœdus primum cum Romanis à Iudæis auctore Iuda ictum est, vt Romani Iudæos, Iudæi Romanos aduersus hostes suos conferuerent. & regi Demetrio, ne vexarent Iudæos, indictum. Hæc apud Machabæos cap. VI II. & Iosephum libro XII.

Interim Demetrius aduersus Iudæam per duces suos bellum gerebat.] Interim verò Demetrius bellum gerebat cum Iuda. Nam cum Alcimum Iudæum, qui ad se transiugerat, pontificem constituisset, in spem victoriæ ductus bellum Iudæis intulit, atque ei socium Bacchidem adiunxit.

Ac primum per Bacchidem quendam, et Alcimum Iudæum ductus exercitus.] Primum igitur rem tentavit per duces suos Bacchidem, & Alcimum Iudæum. Sic enim pergit scriptura. Et elegit rex ex amicis suis Bacchidem, & misit eum, & Alcimum Iudæum, qui transiugerat, & mandavit ei facere ultionem in filios Israel. Fuit autem Alcimus ex tribu quidem Leui, sed non ex posteris Eleazari.

Post Nicanor bello præpositus in prælio occubuit.] Post autem Antiochus ubi vidit, se per Bacchidem, & Alcimum opprimere Iudæum posse, misit Nicanorem unum ex principibus suis nobilioribus, qui

mi-

inimicitias exercebat contra Israel, & mandavit ei evertere populum. & commissio prælio contrita sunt castra Nicanoris, & cecidit ipse prius in prælio. Hæc cap. vi i. inde sequenti refertur foedus percussum cum Romanis, de quo dictum est.

Tum Bacchides, & Alcimus resumpsis viribus, auctisq; copijs aduersus Iudæam confligunt. in ea pugna victores Syri cruentè admodum victoria vsi sunt.] Hoc est vltimum Iudæ prælium ab eo commissum aduersus Nicanorem ante muros Hierusalem, in quo ille occubuit. Ea verò res sic capite ix narratur. Interea, ut audivit Demetrius, cecidisse Nicanorem, & exercitum eius in prælio, apposuit & Bacchidem, & Alcimum rursum mittere in Iudæam. In mense primo anni centesimi quinquagesimi secundi applicuerunt exercitum ad Hierusalem. Post commissio atrocissimo prælio ceciderunt vulnerati multi ex his, & ex illis. Et Iudas cecidit, & ceteri fugerunt.

IONATHAS PRINCEPS IUDÆORVM PONT.

Hebræi in locum Iudæ Ionathan fratrem eius deligunt.] Mortuo Iudæ suffecere Iudæi fratrem eius Ionathã, Nunc tē hodie eligimus esse pro Iudæa nobis in principē, & ducem ad bellandum bellum nostrum. & suscepit Ionathas tempore illo principatum, & surrexit loco Iudæ fratris sui. Hinc ego suspicor legendum esse apud Sulpicium, in locum occisi Iudæ. neque enim ex alio loco cecidisse Iudæam, apparet apud eum.

Interea Alcimus cum secedit Hierosolymam vastasset, moritur.] Alcimus autem Ionathas cum suis trans Iordanem compulso, licet mille viris armatis, Iudææ vrbes muniuit, & filios principum obsides in arce Hierusalem custodiendos collocauit, & præce-

Hebræi in locum Iudæ Ionathan, fratrem eius, deligunt. Interea Alcimus cum foedè Hierosolymam vastasset, moritur. Bacchides socio destitutus, ad regem recedit. Dein post biennium rursus Bacchides bellum Iudæis intulit, victus pacem petit. Quæ propositis conditionibus data, si perfugas captiuosque & omnia bello rapta redderet.

præcepit, destrui muros domus sanctæ interioris, & destrui opera prophetarum, & cepit destruere. & percussus est. & impedita sunt opera eius. & dissolutus est paralyti. & mortuus est. & Bacchides reuersus est ad regem. & sinit terra Iudæa annis duobus. cap. ix. Ex his apparet, Syros adhuc arcem tenuisse, neque eam reddidisse.

Dein per biennium rursus Bacchides bellum Iudæis intulit, victus pacem petijt.] Post biennium renouato bello pax consequuta est. Hoc breuissimè à Sulpicio perstrictum sic in libro Machabæorum exponitur. Et cogitauerunt omnes iniqui dicentes. Ecce Ionathas, & qui cum eo sunt, in silentio habitant confidenter. nunc ergo adducamus Bacchidem, & comprehendet omnes eos una nocte. Et venit Bacchides, & castra posuit desuper Bethesin, & oppugnauit eam dies multos. & reliquit Ionathas Simonem fratrem suum. Simon verò, & qui cum ipso erant, exierunt de ciuitate, & pugnaverunt contra Bacchidem, & contritus est ab eis. & afflixerunt eum valde. Et Ionathas misit ad eum legatos componere pacem cum ipso & reddere ei captiuitatem. & libenter accepit, & fecit secundum verba eius. & iurauit, se nihil facturum ei mali omnibus diebus vitæ eius. Et reddidit ei captiuitatem, quam prius erat prædatus de terra Iudæ. Et conuersus abiit in terram suam, & non appetiuit amplius venire in fines eius. & cessauit gladius ex Israel, & habitauit Ionathas in Machmas, & cepit Ionathas ibi iudicare populum, & exterminauit impios ex Israel.

ALEXANDER REX SYRIÆ.

Dum hæc intra Iudæam geruntur, adolescens quidam Rhodi educatus, nomine Alexander, Antiochi se esse filium dicitans (quod falsum erat) adiutus opibus Ptolemæi regis Alexadrini, in Syriam cum exercitu venit: Demetrium bello superatum occidit, cum regnasset

Dum hæc intra Iudæam geruntur, adolescens quidam Rhodi educatus, nomine Alexander, Antiochi se esse filium dicitans.] Interim contra Demetrium regem nouus rex insurrexit, nomine Alexander, qui se filium esse Antiochi Epiphaniis asserbat. Res à Sulpicio in nimias redacta orationis angustias sic in libro Machabæorum exponitur. E

anno centesimo sexagesimo ascendit Alexander Antiochi filius, qui cognominatus est Epiphanes, & occisavit Ptolemaidem, et receperunt eum, & regnavit illic. Et audiuit Demetrius rex, & congregavit exercitum copiosum, & obviam illi iit. Et commiserunt praelium duo reges, & fugit exercitus Demetrii, & infectus est eum Alexander, & insulavit praelium nimis, donec occidit Sol, & cecidit Demetrius in die illa. Eadem sic Iulianus. Alexander totius ferme orientis viribus succinctus bellum Demetrio infert, victumque, viam pariter, ac regno spoliat. Demetrius primo praelio hostem fugavit, & regibus praelium resistens multam millia cecidit in acie, ad postremum tam inuictus animo inter confertissimos hostes fortissime dimicans cecidit.

Hic Alexander, priusquam aduersus Demetrium confingeret, foedus cum Ionatha fecerat. eumque veste purpurea, & insignibus regis donauerat.] Bello inter Demetrium, & Alexandrum conflictato uterque Iudaeorum amicitiam appetiuit, eosque magnis praemijs, & immunitatibus sibi iungere studuit. Iudaei auctore Ionatha Alexandri societatem Demetrii amicitiam anteculerunt. Alexander autem hanc ad eos epistolam miserat. *Reverendissime fratri Ionathae. S. Audistimus de te, quod vir potens sis viribus, & apertus, ut sis amicus noster, & nunc constitimus te pontificem gentis tuae, ut amicus voceris regis. (& misit ei purpuram, & coronam auream.) & quae nostra sunt, sentias nobiscum, & conservas amicitias ad nos. Et induit se Ionathas stola sancta septimo mense anno centesimo sexagesimo in die solenni Scenopegiae. & congregavit exercitum, & fecit arma copiosa. Ibidem. Quod autem Sulpicius regis insignibus eum donatum inquit, puto errorem esse. nam pontificia ea fuisse, neque enim Ionathas rex factus est, sed Pontifex.*

Pontifex. Adde, quod, quam stolam sanctam vocat versio Latina, Graeca scriptura habet, Pontificiam vestem. Et Iosephus hoc quarto anno post mortem Iudaei fratris pontificis factum adijcit. Ita pontificatus ad Assamonzam familiam est translatus.

Ita quinquennio, quo rerum potitus est, res Iudaeorum tranquilla fuerunt.] Haec ex ingenio suo Sulpicius, non in scriptura expressa invenit, sed veri similitudinem est sequutus.

DEMETRIUS NICATOR REX SYRIAE.

Igitur Demetrii filius, qui post mortem patris Cretam confugerat, hortante Lathene Cretensium duce, regnum patrium bello repetens, impar viribus, Ptolemaeum Philometorem regem Aegypti, Alexandri focerum, iam tum genero infestum, ut sibi sit auxilio, implorat. Ille verò non tam supplicis precibus, quam spe Syriæ occupandæ illectus, copias cum eo iungit: ac filiam Alexandro nuptam, dat Demetrio. Aduersus hos Alexander acie configit. eo praelio vincitur Ptolemaeus, cadit Alexander. Vincitur Ptolemaeus, & paulo post interficitur, cum regnasset annos v. vel,

Igitur Demetrii filius, qui post mortem patris in Cretam confugerat, hortante Lathene Cretensium duce, regnum patrium bello repetens, impar viribus, Ptolemaeum Philometorem regem Aegypti, Alexandri focerum, iam tum genero infestum, ut sibi sit auxilio sit, implorat.] Narrat inde, ut Demetrius Demetrii filius Alexandrum regem ope Ptolemaei regis Aegypti subverteret, regnumque sibi asciverit. ac primum, cum comperisset, eum Alexandro genero suo non esse amicum, ut ab illo auxilium postularit. Res narratur libro primo Machabaeorum cap. x. In anno centesimo sexagesimo quinto venit Demetrius filius Demetrii a Creta in terram patriam suorum. Et audiuit Alexander rex, et contristatus est valde. & reversus est Antiochiam. *Prole-*

*meus autem quarebat obtine-
re regnum. Alexandri dolo, et
addere illud regno suo. Et co-
gitabat contra Alexandrum
consilia male. Ex his appa-
ret, apud Sulpicium deesse
voce[m], Demetrius, vt sit
Demetrius Demetrii filius.
Lathenes autem Creten-
sis, teste Iosepho, Demetrio
non solum consilium dedit,
sed etiam auxilium tulit.*

*Ille nō tam supplicis pre-
cibus, quā[m] spe Syriae oc-
cupanda illectus, copias cū
eo iungit, ac filiam Alexan-
dro nuptā, dat Demetrio.]
Hæc Ptolemaidæ acta sunt.
Sic enim scriptū est cap. x.
Et exiit Ptolemæus de Aeg-
ypto ipse, et Cleopatra filia
eius, et venit Ptolemaidam*

*anno cenesimo sexagesimo secundo. Et occurrit ei Alexander rex. Et
dedit ei Cleopatram filiam suam, et fecit nuptias eius Ptolemaidæ,
sicut regis, in magna gloria. Additur inde, vt Ionathas ab Alex-
andro aduocatus venerit, et summis honoribus ab eo affectus
sit, atque inde magna cum gloria Hierusalem se receperit.*

*Aduersus hos Alexander acie confli-
git. eo prælio vincitur
Ptolemæus, cadit Alexander, vincitur Ptolemæus, & paullo
post interficitur, cum regnasset annos quinque.] Satis constat
hæc nomina peruersa esse, nec locum suum tenere. Nam ita le-
gendum est. Eo prælio vincitur Alexander, cadit Ptolemæus. Vin-
citur Alexander, et paullo post interficitur, cum regnasset annos
quinque. Declarat hoc locus Machabæorum. Venit Alexan-
der rex ad Ptolemæum, in bellum, et produxit Ptolemæus exercitum,
et occurrit ei in manu valida, et fugauit eum. et fugit Alexan-
der. rex autem Ptolemæus exaltatus est. Et abstulit Zabdiel Arabs
caput Alexandri, et misit Ptolemæo. Et rex Ptolemæus mortuus est
in die tertia. Et regnauit Demetrius anno cenesimo sexagesimo septi-*

mo.

vel, vt in plerisque auctori-
bus regeri, nouem. Deme-
trius regnum adeptus, Io-
nathan benignè habuit, fœ-
dus cum eo fecit, Iudæos le-
gibus suis reddidit. Interea
Tryphon, qui partium Ale-
xandri fuerat, prefectus Sy-
riæ regno eum bello prohi-
biturus, contra Ionathan in
prælium descendit, terribi-
lis x l millium exercitu.

Tryphon, vbi se imparem
cernit, pacem simulat: re-
ceptumq; in amicitiam, in-
uitatumq; Ptolemaidam, in-
terfecit.

*mo. Quod porro scriptum est, Ptolemæus exaltatus est, ad victo-
riam partam refertur. Nam de eo post sic scribit Iosephus. Pro-
lemaum equus deiecit voce elephanti percussus. deiecitq; hostes cir-
cumuenerunt, et caput eius sauciarunt, et paullo post moritur.
Periisse autem vulnere capitis, Liius tradit libro l i i. Alexan-
dram Demetrius Demetrii filius, qui a patre quondam ob incertis hel-
li casus ablegatus in Cnidum fuerat, contempta socordia, ineriãq;
eius, adiuuante Ptolemæo Aegypti rege, cuius filiam Cleopatram ac-
ceperat in matrimonium, bello interemitt. Ptolemæus in caput gravi-
ter vulneratus inter curationem, dum ossa medici reterebrare contem-
dunt, expirauit. Alexandrum porro regnasse annos quinque Iose-
phus prodidit, decem Eusebius. Atque hic etiam annorum
numerus satis declarat, ita legendum esse apud Sulpicium, sicut
monui, alioquin hic quinque annorum numerus contra morem,
& contra veritatem Ptolemæo tribueretur, non Alexandro.*

*Demetrius regnum indeptus Ionathan benignè habuit, Iu-
dæos legibus suis restituit.] Adhuc Iudæi religionem, pontifi-
catum, & vetera instituta cum vrbe recuperarant, ac tantum
tributum, & vectigal Syris regibus adhuc arcem præsidio tene-
tibus persoluebant. nunc verò Demetrii beneficio etiam vecti-
galium immunitatem adepti sunt, prout cap. x i Machabæorum
ostenditur. in quo ita scriptum est. Demetrius fecit Ionathas, si-
cut fecerant, qui ante eum fuerant. Et exaltauit eum in conspectu
omnium amicorum suorum. ac firmavit ei pontificatum, et quæcumque
alia habuit prius pretiosa. et postulauit Ionathas a rege, vt immu-
nem faceret Iudæam, et tres toparchias Samariam, Ioppen, et Ga-
bilee[m], et confines eius. et promisit ei talenta trecenta, et consen-
sit rex. Eadem repetit Iosephus. Extat etiam epistola eius ad
Lathenem super immunitate in hæc verba. Iudæorum genti so-
cie, et iura erga nos custodienti beneuolentiæ ergò decreui gratifica-
ri. ac tres nomos Apherima, Lydda, et Rhamatha, qui Iudææ ar-
tribuiti sunt à Samaria, et quæ ad eos pertinent, et quæcumque ex
frugibus terre, et stirpibus, et alia ad nos pertinentia, et salinas,
et coronas, quæ ad nos deferuntur, condono illis. Quæ cum ita
sunt, perspicuum est, Sulpicium non bene vertisse, leges reddi-
tas Iudæis esse, quæ multò ante fuerant recuperatæ, acque liber-
tatem pro immunitate cepisse. Liber est enim, qui parat legibus,
& magistratibus suis, immunis, qui vectigalia, & tributa non
pennitat.*

Y

Interea

Interea Tryphon, qui partium Alexandri fuerat, praefectus Syriae regno, eum bello prohibebaturus contra Jonathan in praedium descendit, terribilis XL millium exercitu.] An fieri potest, ut aliquis adeo stupidi ingenij sit, qui haec cum scriptura confrens, vitium eorum non sentiat? Nam ita distincta, ut in emendatis modo doctorum virorum opera libris reperiantur, totam veritatem peruertunt. Lege igitur ita: *Interea Tryphon, qui partium Alexandri fuerat, praefectus Syriae regno. hic punctum pone. deinde adde. Eum bello prohibebaturus contra Ionatha in praedium descendit terribilis quadraginta millium exercitus. Sic enim cap. XII. Cum cogitasset Tryphon regnare Asiae, & assumere diadema, & extendere manum in Antiochum Alexandri F. (quem deducebat.) timens ne forte non permitteret eum Ionathas, sed pugnaret adversus se, quarebat comprehendere eum, & occidere. Et exurgens abiit in Bethsan. Et exiit Ionathas obviam illi cum quadraginta millibus virorum electorum in praedium, & venit Bethsan.*

Tryphon, ubi se imparem cernit, pacem simulat, receptumq; in amicitiam, inuitatumq; Ptolemaidam interfecit.] Ionathas autem tantarum virium fuit, ut a Tryphone vinci aperto Marte nequiverit. Quare eum per speciem amicitiae ad se vocatum dolo occidit. Si quidem, ut est eodem in loco, *Vidit Tryphon, quia venit Ionathas cum exercitu multo, ut extenderet in eum manus, & inivit, & excepit eum honore. & commendavit eum omnibus amicis suis, & dedit ei munera, & praecipit exercitibus suis, ut obedirent ei, sicut sibi. & dixit Ionathas. Elige tibi paucos, qui tecum sint, & veni mecum Ptolemaidam, & tradam eam tibi, & reliqua praesidia. Et credidit ei, & fecit, sicut dixit, & dimisit exercitum. Ut autem intravit Ptolemaidam Ionathas, clauserunt civitatem Ptolemaidenses, & comprehenderunt eum, & omnes, qui cum eo intraverant, gladio interfecerunt.*

SIMON PRINCEPS IVDÆORVM,
ET PONT.

Post Jonathan summa rerum ad Simonem fratrem defertur.] Nempe a Iudaeis, qui ita dixerunt. *Tu es dux noster loco Iudae, &*
Iona-

Post Jonathan, summa rerum ad Simonem fratrem defertur. Is funus fratris magnifice curavit: septemq; illas

illas pyramidas nobilissimi operis exstruxit, in quib. & fratrū & patris ossa cōdidit.

Tum Demetrius, reflecto cum Iudaeis foedere, contemplatione cladis a Tryphone illatae (nam post Ionathae necem vrbes eorum atque agros bello vastauerat) annua eius vectigalia in perpetuum remittit. Etenim usque ad id tempus, regibus Syriae, nisi cum armis resisterent, stipendiū pensitauerant. Id gestum Demetrii regis anno secundo. quod ideo signauimus, quia usque in hunc annum per tempora Asianorum regum cucurrimus, ut ratio temporum digesta luceret. Nunc autem per tempora eorum, qui Iudaeis vel pontifices vel reges fuerunt, usque ad Christi natiuitatem rerū ordinem digeremus. Igitur post Jonathan Simon frater eius, ut supra dictum est, Hebraeis praefuit iure pontificis. id enim ei tum a suis, tum

Ionathae fratris tui. Pugna praelium nostrum, & omnia, quaecumque dixeris nobis, faciemus. cap. XII.

Is funus fratris magnifice curavit, septemq; illas pyramides nobilissimi operis struxit.] Deinceps ibidem. *Et misit Simon, & accepit ossa Ionathae fratris sui, & sepelivit ea in Modin ciuitate patrum eius, & planxerunt eum omnis Israel plangens magno, & luxerunt eum dies multos. & edificauit Simon super sepulchrum patris sui, & fratrum suorum edificium altum visu lapide polito retro, & ante, & statuit septem pyramides unam contra unam parvi, & matris, et quatuor fratribus. Haec autem consuetudo pyramidū in sepulchris ponendarum ex Aegypto manasse videtur. ut Diodorus notauit.*

I V D A E O R V M
LIBERTAS.

Tum Demetrius reflecto cum Iudaeis foedere, contemplatione cladis a Tryphone illatae (nam post Ionathae necem vrbes eorum, atque agros bello vastauerat) annua eis vectigalia in perpetuum remittit.] Haec est vltima immunitas
Y 2 a regi-

à regibus Syris data Iudæis vectigalium, & tributorum omnium, quæ adhuc solue-
rant. qua accepta se pro-
fus in libertatem vindica-
tos, vt regum tempore fue-
rant, arbitrati sunt. Perie-
runt autem eam ab Deme-
trio propter graua belli de-
trimenta, quod illius caus-

sa cum Tryphone gesserant. De hac re sic in Machabæis. *Elegit
Simon viros, & misit ad Demetrium regem, vt faceret remissionem
regioni, quia actus omnes Tryphonis per direptionem fuerant gesti. cui
ille inter alia rescripsit. Remittimus ignorantias, & peccata vsque
in hodiernum diem, & coronam, quam debebatis, et, si quid aliud erat
tributarium in Hierusalem, iam non sit tributarium, et sit inter nos
pax.* Seruitutis autem huius, qua Iudæi gentibus subiecti fue-
runt, initium à temporibus regis Babylonij Nabucodonosoris
duci potest. nam deinde Persis, tum Macedonibus siue Aegypti,
siue Syriæ regibus tributum assidue pependere, à quo nunc
demum liberati libertatem integram inierunt.

Id gestum Demetrii regis anno secundo.] Res tam insignis
fuit proprii anni commemoratione notanda. quod etiam in scri-
ptura est obseruatum, nempe anno centesimo septuagesimo re-
gni Græcorum.

Hucusque per tempora Asianorum regum cucurrimus, vt ra-
tio temporum digesta luceret, nunc autem per tempora eorum,
qui Iudæis vel pontifices, vel reges fuerunt, vsque ad Christi na-
tuitatem rerum ordinem digeremus.] Hic honos habendus
est libertati, vt quæ à Iudæis liberis gesta sunt, ea per annos suo-
rum magistratuuum digerantur. itaque quando post reges Iudæo-
rum sublato, anni regum Babylonix, Persarum, Asiæq; nota-
ti sunt, nunc quando principatus verè cum libertate receptus
est, ad antiquam consuetudinem est redeundum. anniq; regum,
& pontificum annotandi sunt. nam per aliquot annos pontifi-
catus, & principatus ad eundem hominem est delatus, cum an-
tiquitus diuersis hominibus, & diuersa in tribu natis tribue-
retur.

Igitur post Jonathan Simon frater eius, vt supra dictum est,
Hebræis

Hebræis præfuit iure pontificis.] Si verba scripturæ diligentius
attendisset, scripsisset, *iure pontificis, & principis.* Siquidem in
actis scribebant. *Anno primo sub Simone pontifice, & principe
Iudæorum.*

Id enim ei tum à suis, tum etiam à populo Romano honoris
delatum.] Verius dixisset, *tum à suis, tum à regibus honoris dela-
tum.* nam hoc & Alexander, & Demetrius reges concesserunt. Ro-
mani verò quomodo hoc concedere poterant, qui adhuc in Syria
nihil iuris habebant? Iudæos autem illi socios appellauerunt. sic
enim scriptum est in decreto Iudæorum cap. xi i i i. *Et rex De-
metrius statuit illi pontificatum, & fecit amicis suam. audiuit enim
quod appellati sunt Iudæi à Romanis amici.*

Hic cum secundo Demetrii regis anno ciuibus præesse cœpisset,
post octo annos infidijs Ptolemæi circumuentus occubuit.]
Nemo est, qui hæc legens non opinaturus sit, Simonem à Ptole-
mæo rege Aegypti esse extinctum, cum tamen falsum sit. fuit
enim hic Ptolemæus gener eius. sic enim scriptura Machabæo-
rum loquitur. *Ptolemæus filius Abobi, gener Simonis pontificis, vole-
bat obtinere regionem & cogitabat dolam aduersus Simonem, & filios
eius, vt tolleret eos. Simon autem descendit in Iericho, & ipse, & Ma-
thias filius eius, & Judas anno centesimo septuagesimo septimo, &
suscepit eos Ptolemæus, & fecit conuiuium magnum, & abscondit illic
viros, & cum inebriatus esset Simon, & filij eius, surrexit Ptolemæus
cum suis, & sumpsit arma sua, & intrauerunt in conuiuium, & oc-
ciderunt eum, & filios eius.* Fortasse autem legendum est apud
Sulpicium. *Infidijs Ptolemæi generi circumuentus.* Ceterum res
Simonis præclaræ in primis, atque à Sulpicio omiffæ hæc fue-
runt, vt scriptum est cap. x i i i. libri primi Machabæorum.
*Simon princeps declaratus conuocatis omnibus bellatoribus studuit
absoluere omnes muros Hierusalem, & munivit eam in circui-
tu. Qui verò erant in arce, miserunt legatos ad Tryphonem, vt sibi
succurreret. nec tamè Tryphon id facere potuit. atque Antiocho adole-
scente rege occiso sibi diadema imposuit. Simon autem vrbes Iudææ
munitionibus omnis generis confirmauit. ac legatos ad Demetrium re-
gem misit, vt sibi tributa omnia remitteret, propter detrimenta à Try-
phone hoste illius accepta. & ille omnia remisit. Itaque mox addit
scriptura. Anno centesimo septuagesimo ablatum est iugum gentium
ab Israel. & cepit populus Israel scribere in tabulis, & Actis publi-
cis. anno primo sub Simone pontifice, duce, & principe Iudæorum.*

Inde Simon cepit Gazam, & eiecit ciuibus, mundauit urbem & mulachris euerfis. Deinceps de deditioe eorū, qui in arce Hierusalem erāt, subiicit. *Qui erāt in arce Hierusalem, prohibebantur egredi, & ingredi regionem, & emere, & vendere, & esurierunt valde, & multi ex eis fame perierunt, & clamauerunt ad Simonem, ut dextras acciperet. & dedit illis, & eiecit eos inde: & mundauit arcem à contaminationibus, & intrauerunt in eam tertia, et viceſima die menſis anno CLXXI, cum laude, & raris palmarum, & cytharis, & cymbalis, & thiaris, & hymnis, & canticis, quia contritus eſt inimicus magnus ex Iſrael. Et conſtituit, ut omnibus annis agerentur dies cum lætitiâ. Et munuit montem templi, qui erat ſecus, arcem, & habitantibus ibi ipſe, & qui cū eo erant. Inde ſumma pax Iudæam uniuerſam excepit. Quibus rebus moti Lacedæmonij amicitiam cum eo renouarunt. & Simon legatos Romam miſit ad ſædus inſtaurandum. Antiochus inde Sidetes, ſiue Euſebes, Demetrii filius ſic ad eum ſcripſit. *Stentuo tibi omnes oblationes, quas remiſerunt tibi ante me omnes reges, & quæcumque alia dona remiſerunt tibi, & promitto tibi facere percuffuram numismatis in regione tua. Hieruſalem autem ſanctam eſſe, & liberam, & omnia arma, que fabricata ſunt, et præſidia, que conſtruxiſti, que tenes, mancant tibi. et omne debitum regis, et que futura ſunt regi, ex hoc et in totum tempus remittuntur tibi. Inde Romani ad omnes reges, populosque ſcripſerunt, ne Simoni in aliqua re eſſe moleſti uellent.**

IOANNES HYRCANVS PONT. ET
PRINCEPS IYDAEORVM.

Huic Ioannes filius ſuceſſit.] Excepit inde principatum Ioannes Simonis filius. in quo finitur hiſtoria libri primi Machabæorum. ſic enim ibi. *Bella Ioannis, et uirorum, quibus fortiter geſſit, & ædiſcium murorum, quos extruxit, & res geſte eius ecce ſcripta ſunt in libro*

dierum pontificatus eius, ex quo factus eſt pontifex poſt fratrem ſuū. Hic, teſte Euſebio in Chronico, Hyrcanus ab Hyrcanis uictus eſt dictus.

Huic Iohannes filius ſuceſſit. qui cū aduerſum Hyrcanos, gentem validiſſimam, egregiè pugnaſſet, Hyrcani cognomè accepit. Mortuus eſt, annos v i & x x rerum potitus.

dictus. Idem auctore Iosepho Ptolemaum affinem, patris interfectorem armis eſt perſecutus. & bello Antiochi Sidetis, Demetrii filij, regis Syria exagitatus, atque Hieroſolymis obſeſſus eſt, ac tandem liberatus, illo in Perſide mortuo. Quæ de re ſic Iudei in epiſtola ad Aegyptios libro i i Mach. cap. primo: *De magnis periculis à Deo liberati anno centeſimo octogeſimo octavo, magnificè gratias agimus ipſi, ut pote qui aduerſus talem regem dimicauimus. ipſe enim ebulliri fecit de Perſide eos, qui pugnauerunt contra nos, et ſanctam ciuitatem. Nam cum in Perſide eſſet dux ipſe Antiochus, & cum ipſo immenſus exercitus, cecidit in templo Nanea. per omnia benediſtus Deus, qui tradidit impius. Atque hoc eſt, quod ſcripſit Iuſtinus libro xxxvi: Antiochus Iudæos, qui in Macedonico imperio ſub Demetrio patre armis ſe in libertatem vindicauerant, ſubegit. Antiocho uerò mortuo Ioannes Syriam inuaſit, atque vrbes quaſdam prius Iudæis ereptas recepit. Idumæos uictos ad circuncilionem accipiendam adegit. Samaritanas vrbes obſidione captam ſolo æquauit. Templum Samaritanorum in Garizin diruit. Amicitiam cum Romanis renouauit. A Phariſæis doni uexatus, illorum legibus abrogatis, ad Sadducæos ſe contulit. atque inde diè ſuum obiit. ex Iosepho. Phariſæi uerò ſecta philoſophorum fuit, quæ ab hoc tempore magnas in vrbe opes habere, eamque turbare pro libidine cepit. præter hos duæ alie fuerunt, vna Eſæorum, altera Sadducæorum. de quibus Epiphanius, & Iosephus.*

Mortuus eſt annos vi, & xx rerum potitus.] Eundem numerum affert quoque Euſebius.

ARISTOBVLVS REX PRIMVS
IYDAEORVM.

Post hunc Aristobulus pontifex ſubſtitutus, primus omnium poſt captiuitatem regium nomen aſſumpſit, capitiq̄e diadema impoſuit. Exacto anno, diem ſunctus eſt.

Post hunc Aristobulus pontifex ſubſtitutus primus omnium poſt captiuitatem regium nomen aſſumpſit, capitiq̄e diadema impoſuit.] Libertati Iudæorum recuperare deerat inſigne, no menq̄e regium, quod antequitus habuerant. Quare Aristobulus Ioannis filius,

qui patrem est subsequutus, hoc decus adiecit. Unde Iosephus libro xx scripsit. *Defuncto Hyrcano patre maior filius Aristobulus principatum ad regiam dignitatem prorexit, primusq; diadema sibi impo-
sit post CCCCLXXI annos, & tres menses, ex quo captivitate Babylonica populus exemptus domos repetiuit.* Idem Aristobulus Itureos bello domitos ad circuncisionem adegit, eosq; ad Idumæos adiunxit. Antigonum fratrem ad se armatum veniente in infidiatorem suspicatus per satellites interfecit. atque alios fratres in carcerem condidit. moritur anno primo regni sui. Iosephus. Et hic Sadduceus fuit.

ALEXANDER IANNEVS REX

IVDAEORVM.

Alexander deinde filius eius rex pariter, & pontifex fuit. regnavit annos VII, & xx.] Alexander inde Aristobulum excepit, non filius, ut inquit Sulpicius, sed frater. idque Alexandræ Aristobuli vxoris astutia. Sic enim scribit Iosephus. *Mor-*

no Aristobulo Salome vxor eius, quæ apud Græcos Alexandra nominatur, soluens fratres eius, quos Aristobulus in vincula coniecerat, Lameum, qui Alexander dicebatur, ætate minorem regem declaravit, atque eidem nupsit, ita ut duorum fratrum vxor fuerit. Ceterum Alexander Cælesyriam, & Phœnicem tentavit, atque ex ijs urbes aliquot abstulit. Cum in festo Vmbraclorum de more pontifex aris astans sacrificaret, à populo, quem Pharisei concitauerunt, dictis, & operibus contumeliosis est appetitus. Quare immixtis in populū militibus ad sex milia interfecit, atque inde Cilices, & Pistidas corporis custodes sibi ascivit. Moabitas, & Galaaditas victos vectigales fecit. Pharisei bellum contra eum excitarunt, ac Demetrium Eucærum regem Syriæ auxilio aduocarunt, quare Moabitide, & Galaatide cedere compulsus est. Demetrio inde ob Iudeorum transfugia domum reuerso Bethomæ seditionum principes circumfedit, atque urbe expugnata in ditionem accepit.

In cuius actibus nihil præter crudelitatem memoria dignum reperit.]

Alexander deinde, filius eius, rex pariter & pontifex fuit: regnavit annos VI & viginti. in cuius actibus nihil, præter crudelitatem, memoria dignum reperit.

vi.] Significat eadem Iudeorum illam, quæ est consecuta. nam Hierosolymam reuersus, cœnans cum concubinis suis cruci affigii iussit Phariseos octingentos ex seditionis illis, quos Bethomæ comprehenderat, & liberos, vxoresque eorum illis inspectantibus trucidauit. Quare à Iudeis crucifixor est appellatus. Demum in obfidiōe Gerazænorum est mortuus, cum regnasset annos XXVII. Iosephus.

SALOME ALEXANDRA REGINA

IVDAEORVM.

Hic, cum Aristobulū & Hyrcanum paruos filios reliquisset, Solina siue Alexandra vxor eius regnum per nouem annos tenuit.

Hic cum Aristobulum, & Hyrcanum paruos filios reliquisset, Solima, siue Alexandra vxor eius regnum per nouem annos tenuit.] Alexandra mariti testamento regnum tenuit, pontificatu Hyrcano maiori natu

filio attributo. Phariseis eximie studuit, quos superiores reges insectari fuerant. nam leges à Ioanne Hyrcano rege abrogatas retulit, atque eos in amicos Alexandri, qui crudelitatis eius auctores fuisse dicerentur, seuire, & populum eis obedire permisit. ita ut illi imperium exercerent, ipsa tantum nomen regum ferret. ab illo tempore Pharisei pristinas opes recuperarunt. Ceterum Tigranem regem Armeniæ in Syriam, quam etiam occupauit, inuectum pecunia oblata ab Iudæa adeunda auertit. & paullo post anno regni nono moritur. Iosephus. Eusebius autem, quem sequutus est Sulpicius, ipsam Salinam appellat, Iosephus Salomen. Hæc gesta sunt tum cum Lucullus proconsul Romanus cum Mithridate Ponti, & Tigrae Armeniæ regibus in Asia reme-
gerabat.

HYRCANVS REX IVDAEORVM.

Post huius obitum cœda inter fratres de regno certami-

Post huius obitum cœda inter fratres de regno certamina. ac primum Hyrcanus regnum obtinebat.] Ale-

Alexandra moriens regnum testamentò Hyrcano pontifici maiori filio reliquit. Hyrcanus verò regnum tantum tres menses tenuit, inde ab Aristobulo fratre minore praua imperandi cupidine pulsus. ex his Aristobulus Sadducæus fuit, Hyrcanus verò Pharisæus.

ARISTOBVLVS II REX
IVDÆORVM.

Mox ab Aristobulo fratre pulsus.] Ex hoc tempore seditiones in regno Iudæorum, quod cœperat florere, recruduerunt. quo factum est, vt ab Assamongis, Iudæis mox ad alienigenas sit translarum. Id seua dominandi libido, qua Aristobulus flagrabat, inuexit. Initium tantorum malorū factum est Q. Metello Cretico, & Q. Hortensio consulis, anno vrbs conditæ DCCLXXXV. Aristobulus autem Hyrcano fratri bellum intulit, & post aduersam ad Hiericuntem pugnam in fano cum amicis obfessum & pontificatu, & regno sibi cedere compulit. atque inde etiam Aretæ Arabum regi per Antipatrum Ascalonitam Hyrcanum in regnum reducenti acriter obstitit. Regnauit annos sex. Iosephus.

IV-

Mox ab Aristobulo fratre pulsus, confugit ad Pompeium: qui tum Mithridatico bello confecto, pacataq; Armenia & Ponto, victor omnium gētium, quas adierat, vltrosum pergere, & vicinia quæque Romano imperio adiungere cupiens, causas belli & materiā vincendi quærebat. Igitur Hyrcanum libens excepit, ductuque eius Iudæos aggreditur: vrbe capta, atque arce, templo pepercit: Aristobulum victum Romam mitit, Hyrcano ius pontificatus restituit: impositoq; Iudæis stipendio, procuratorem eis Antipatrum quenquidam Ascalonitem præposuit.

Hyr-

Hyrcanus quatuor & triginta annos rerum potius, dum aduersum Parthos bella gerit, capitur.

IVDÆA PROVINCIA
P. R. FACTA.

Hyrcanus confugit ad Pompeium.] Hæc mira breuitate à Sulpicio significata plu-

ribus enarranda sunt. Iam pridem populus Rom. bellum cum Mithridate rege Ponti gerebat, & causa eius cum affine Mithridatis Tigrane rege Armenia, qui paullo ante Syriam in potestate, Iudæa excepta, subiunxerat. Res primum gesta fuerat duce Syl-la, inde Murena, tum Lucullo. ad postremum verò negotium commissum fuerat Cn. Pompeio Magno. is demum anno DCXCII M. Cicerone & C. Antonio cœsarem fecit, Ponto, & Bithynia in potestatem adductis, & Mithridate vita exuro. Quibus rebus perfectis in Syriam venit, eamque, quod tunc fuerat Tigranis, armis inuasit. inde conuentus ab Hyrcano, & sibi contra fratrem adesse iussus, Aristobulum ad mitiora consilia redacturus in Iudæam accessit. cum autem illum parere, & regnum Hyrcano reddere detrectantem inuenisset, ad arma se contulit. atque ita occasionem vrbs oppugnandæ nactus Hierusalem in ditionem adduxit, sed templum non attigit, atque Aristobulum captiuum fecit. Hoc facto reliqua Iudæa in ditionem Romanorum concessit. Cum ergo Pompeius hoc bello Pontum, Bithyniam, Syriam, & Iudæam iuri populi Romani adiunxisset, eas omnes provincias fecit, atque vt quotannis eò prætor Roma mitteretur ex sententia decem legatorum à senatu missorum instituit. Pontus, & Bithynia vna prouincia facta, Syria verò altera, eaque prætori mandata. Iudæa neque omnino à Syria separata est, neque prorsus ei est attributa. Nam Pompeius Hyrcanum quondam regem genti suæ præstare dignitate pontificia voluit. Antipatrum vero Ascalonitam virum strenuum, qui partes Hyrcani palam tuebatur, Iudææ procuratorem reliquit, ita tamen, vt prætori, aut proconsuli Syriæ obedi- ret. Tributum item Iudææ im- posuit. Hoc modo Iudæi libertate paullo ante armis, ac memorabili virtute recuperata, demum à Romanis multati sunt. quæ mala nefaria fratrum discordia intulit. Antipater autem fuit patria Acalone, sed origine Idumæus. Idumæi vero nuper, vt dixi, relicta gentilitate sacra Iudæorum ascuerant. Sed tamen cum essent alienigenæ, parum probati Iudæis erant. fuit autem pater hic

hic Magni Herodis, vir prudentiæ singularis. Quod autem scriptum est apud Sulpicium. *Aristobulum victum Roman mittit*, legendum est *vinctum*, Iosepho, & ceteris omnibus auctoribus.

C. CAESARIS PRINCIPATUS.

Anno inde DCCVI C. Iulius Cæsar civili bello victor, quod cum optimatibus Pompeio duce gerebat, reip. Romanæ principatū, Dictatura in perpetuum assumpta, sibi asciuit. ac sequenti Pompeium, qui in Aegyptum exercitu amisso profugerat, venit, ac victoria parta Ptolemæo minori, & Cleopatraz forori regnum Aegypti concessit, atque Antipatrum Afcalonitam Iudææ procuratorem, & Hyrcanum pontificem confirmavit. Iosephus.

TRIVMVI R. P. C.

Anno inde DCCXI C. Cæsar ab optimatibus libertatis recuperandæ studio inflammatis inita conuratione occisus est, eo, & sequenti anno resp. pristinum statum retinuit. tum verò v. Kal. Decembris Triumviri reip. constituendæ creati sunt M. Lepidus. M. Antonius, & C. Cæsar Octavianus, Cæsaris adoptione filius. qui temp. per annos XII armis oppressam in potestate habuerunt. Ab hoc anno multi imperium Octavianiani, qui postea Augustus est appellatus, incipiunt.

ANTIGONVS REX IVDAEORVM.

Interim Iudæa Romanis erepta rursus ad regni formulam est redacta. Auctor huius mutationis fuit Antigonus Aristobuli nuper regis filius, qui à Pompeio abductus cum patre fuerat. Is è custodia patre iam defuncto, elapsus ad Parthos Syriæ prouinciæ Romanorum imminentes confugit. atque eos in Iudæam adduxit. atque eorum auxilio urbem Hierosolymorum obsedit. eaque in potestatem adducta Hyrcanum auribus mutilauit, ne quando recipiendo pontificatus per legem idoneus in posterum esset. Hyrcano à Parthis abducto, ipse regnum inuasit anno DCCXIV Cn. Domitio Caluino II, & C. Asinio Pollione consulibus. idque inde per tres annos tenuit. Quod autem legitur apud Sulpicium, *Hyrcanus IIII & XXX annos verum positus, dum aduer-*

aduersum Parthos bella gerit, capitur, legendum IIII, & XX, tot enim sunt à consulatu Ciceronis ad consulatum Pollionis.

HERODES REX IVDAEORVM.

Tum Herodes alienigena, Antipatri Afcalonitæ filius, regnum Iudææ à Senatu & populo Romano petijt, accepitque; Hunc primum Iudæi externum regem coeperunt habere. Etenim iam aduentante Christo, necesse erat, secundum vaticinia prophetarum, suis ducibus eos priuari, ne quid ultra Christum expectarēt.

Tum Herodes alienigena Antipatri Afcalonitæ filius regnum à senatu, & populo Rom. petijt. Etenim iam aduentante Christo, necesse erat, secundum vaticinia prophetarum suis ducibus eos priuari, ne quid ultra Christum expectarent.] Vbi verò Antigonum regnum Iudææ recuperasse, Romæ est nunciatum, senatus, Triumviris ipsis agentibus, Antigonum ipsum hostem iudicauit, & Herodem Antipatri Afcalonitæ filium, qui Iudæam procuratorio nomi-

ne rexerat, magnas tum in Iudæa post patrem opes habentem, quemque nuper M. Antonius triumuir tetrarchæ titulo decorauerat, regem aduersus Antigonum appellauit, eo consilio, vt, cum Hyrcani gener esset, ope illius Iudæa facilius ad auctoritatē Romanorum redigeretur. Herodes autem post triennium, nempe anno DCCXVII, C. Sosio Syriæ proconsule adiuuante exercitum ad urbem Hierosolymorum adduxit, eaque expugnata, Antigonum in potestatem adductum vita spoliavit. seq; inde pro rege gessit. Hinc autem verè regni eius anni incipiunt. licet multi ab appellatione Romanorum exordiantur. Si quis autem quærat, cur Iudæi regem alienigenam contra omnia sua instituta pertulerint, responderet Sulpicius, id necessitate quadam factum esse, vt prophetarum vaticinia explerentur, qui regno Iudæorum à Iudæis ad alienigenas translatum demum Christum regem venturum prædixerant. Ceterum iustum Hebræorum regnum primum fuit in domo Dauid, inde in domo Assamonzæ, ad extremum ad alienigenas est translatum, quorum primus fuit Herodes

dēs Magnus. Vaticinia verò, quæ innuit, apud Eusebium in Chronico his verbis referuntur. *Herodes Antipatri Aſcaloniæ, & matris Cypridos Arabicæ filius, à Romanis Iudæorum ſuſcepit principatum, cuius tempore Chriſti natiuitate vicina regnum, & ſacerdotium Iudææ, quod prius per ſucceſſiones minorum tenebatur, deſtructū eſt, completa prophetia, quæ ita per Moſen loquitur. Non deſiciet princeps ex Iuda, neque dux de ſæmoribus eius, donec veniat, cui repositum eſt, & ipſe erit expectatio gentium. In hoc loco etiam Chriſtus, quem Danielis ſcriptura præſatur, accipit finem. Nam uſque ad Herodem Chriſti, id eſt, ſacerdotes erant reges, qui imperare ceperunt LXX Olympiade. & ab inſtauratione templi ſub Dario uſque ad Hyrcanum, & CLXXXVI Olympiadē, anni CDLXXXIII in medio tranſacti, quos Daniel quoque ſignificat, dicens. Et ſcies, & intelliges ab initio ſermonis reſpondendū, & ædificandū Hieruſalem uſque ad Chriſti principatum hebdomades VII, & hebdomades LXII, quæ LXIX, hebdomades faciunt annos CCCCLXXXIII. in quibus Chriſti id eſt ſacerdotes unctiōne conſecrati regnauerunt uſque ad Hyrcanum, quo extremo omnium à Parthis capto, Herodes Antipatri filius nihil ad ſe pertinentem Iudæam ab Auguſto, & Senatu accepit, filijq; eius poſt eum regnauerunt uſque ad nouiſſimam Hieroſolymitarum captiuitatem, nequaquam ex ſucceſſione ſacerdotalis generis Pontificibus conſtitutis, neque per petuitate uita ſecundum legem Moſi ſeruientibus deo. Ignobiles uero quidam, & alio tempore alij, & nonnulli unius anni, ſiue modico amplius à Romanis Imperatoribus ſacerdotium emebant. Quæ omnia etiam Daniel propheta uaticinatur ita dicens: Et poſt hebdomadas VII & LXII interibit chriſma, & iudicium non erit in eo, & Templum ſanctum corrumpet populus duce ueniente, & cadentur catachyſmo belli. Et in ſequentibus: Et ſuper Templum, inquit, abominatio deſolationum, & uſque ad conſummationem temporis conſummatio dabitur ſuper deſolationem. Hæc Eusebius. Quoniam autem huius Herodis res inſignes, & maximè ad hanc hiltoriā pertinentes Sulpicius præterijt, eas nos huc breuiter ex Iosephi hiltoria conferemus. Is populum auarè, impotentèq; tractauit. Hyrcanum focerum Babylone captiuū redemit, atque apud ſe in honore aliquandiu habuit. Pontificiam dignitatem, quæ ſecundum generis propinquitatem, & uitam ſucceſſionem in perpetuum deſerri ſolebat, noua quadam ratione mandauit. neque enim pontifices in perpetuum, aut in multos annos, ſed in annū, aut certè ad breue tempus commiſit, neque pontifi-*

cijs

cijs familijs, ſed ſæpe abiectis quibuſdam, & alienis hominibus derulit, quem morem deinde filius eius Archelaus, & poſt Archelaum Romani tenuerunt. Quin etiam ſacram pontificatus ſtolam apud ſe cuſtodiuit, neque amplius pontificibus aſſeruantam permiſit. Primum autem pontificem creauit Ananelum Leuitem Babylonium ex non pontificali familia ortum anno urbis MCCCXVI, qui fuit Herodis regni primus.

AVGVSTVS IMP.

Anno inde urb. MCCCXIII Octauianus victo ad Actium M. Antonio triumpho, totum Rom. Imperium ſibi vindicauit. Hoc uerò ubi Herodes audiuit, Hyrcanum focerum, quod vulgo ſalutari tanquam regem uideret, cum tota progenie interemit, anno ipſius Hyrcani principatus quadrageſimo, inde ad Octauianum, qui Auguſtus uocatus eſt, profectus humili omni oblatio obſequio ita ſibi deuinxit, ut ab eo quoque regni confirmationem obtineret. Quare domum reuerſus theatrum, & amphitheatrum extruxit. eaq; Auguſti trophæis, ac titulis exornauit, & in honorem eius agonem quinquennalem celebrauit. atque urbes alias nouas condidit, alias veteres communiuit. anno inde regni ſui XVI II Templum Domini Hieroſolymitanum à fundamentis inſtaurauit, ac magnificentius reddidit. Hæc ex Iosepho. In breuiario quoque Philonis de temporibus ſcriptum eſt, eum anno regni triceſimo Synedrion, ſiue concilium Iudæorum, quod ex ſeptuaginta ſenioribus de domo Dauid conſtabat, ab illa familia remouit, ſenioribus illis, ut Thalmuditæ addunt, omnibus, vno excepto, peremptis.

IESVS CHRISTVS DEI F. NASCITVR.

Sub hoc Herode, anno imperij eius tertio & xxx. Chriſtus natus eſt, Sabino & Rufino conſulibus, VIII. Kalend. Ianuarias. Verùm hæc, quæ Euangelij ac de-

inceps

Sub hoc Herode anno Imperij eius xxxiii. Chriſtus natus eſt Sabino, & Rufino conſ. viii. Kal. Janu. Tandem ad ipſum IESVM CHRISTVM, de quo ſæpe ante diximus, ventum eſt. Qui Dei filius, æter-

HIST

nus sacerdos, & rex Iudæorum, à Deo promissus patribus, prænunciatus à vaticibus, figuris plurimis præfiguratus, & à pijs hominibus, tanquam salus hominum expectatus, sicut propheta cecinerant, ex virgine Maria genus à Davide rege trahere natus est, ut prædicatione sua voluntatem Dei paderet, atque euangelicam legem, cælestemque iustitiam traderet, ac denique morte sua mortem primi hominis peccato contractam destrueret, & vitam resurgendo repararet. Vnde scripsit S. Paulus ad Galatas. *Cum autem venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus.* Iesus autem dictus est, idest Saluator, quia salutem daturus esset hominibus, Christus autem, idest, Vnctus, quia tanquam rex, & sacerdos inunctus esset, verum non ab hominibus, ut ceteri, sed ab ipso Deo patre per Spiritum sanctum. Cum autem certum sit, Christum Augusto imperante, & Hero de regnante natum, non tamen quo anno, idest, quibus potissimum consulibus ortus sit, constat. Sulpicius, ac multi alij Sabino, & Rufo coll. id factum prodiderunt. qui consularatus incidit in annum tricesimum quartum Herodis regis, & vrbs Romæ septingentesimum quinquagesimum, Imperij verò Augusti, si triumuiratum quoque annumeres, quadagesimum. At Eusebius in historia, & Epiphanius libro secundo contra hæreses ostendit, eum natum esse Augusto tertiumdecimum, & Silvanum consulibus, ipsius Augusti anno quadagesimo secundo, qui erit vrbs septingentesimus quinquagesimus secundus. Cui supputationi, quia Chronographi ferme omnes hoc tempore eam non sine ratione sequuntur, nequam in tempora perturbacionem introducamus, & nos hærebimus, ita tamen ut Sulpicia-
 nam

nam summam in Sulpicio interpretando non relinquamus.

Verum hæc, quæ Euangelij, ac deinceps Apostolorum Actibus continentur, attingere non ausus. Negat se historiam Christi, & apostolorum eius, à quattuor Euangelistis memorie traditam narraturum, ne breuitate sua magnitudini rerum officiat. Ceterum, ne Christi, quem finem esse huius historie ab initio diximus, promissus à Deo toties aduentus, ac supra à nobis sæpe repetitus, hoc loco desideretur, hæc nos breuiter inseremus. Expleto tempore, quo Deus se mundo salutem, & gentibus expectationem in terras missurum esse post peccatum Adæ promiserat, tandem angelum Gabrielem in vrbe Galilææ Nazareth misit, qui Maria virgini ex familia Davidis nunciaret, fore, ut ipsa de spiritu sancto puerum pareret, qui Dei filius vocaretur. atque ita annuente illa *verbum, quod in principio fuerat apud Deum, caro est factum.* Ioseph autem, cui virgo desponsa fuerat, cum illam, antequam cum ea conueniret, ventrem ferre sentiret, repudiare constituit, verum ab angelo monitus destitit, præcipiente, *quod paritura virgo esset, sanctum Dei esse, Iesum autem appellaret, quod saluum faciurus esset populum suum à peccatis, cui Ioseph paruit, neque virginem cognouit.* Post aliquot inde menses edictum à Cæsare Augusto est editum, ut censeretur vniuersus orbis, ita ut vnusquisque in patria sua profiteretur. quo accepto ut ceteri, sic Ioseph unâ cum Maria vxore grauida ex Galilæa in Iudæam Bethleemum, veterem patriam suam profiteri causa contendit. Nam bellis superioribus deserta Bethleem maiores Ioseph in Galilæam, ut inquit Epiphanius, secesserant. Ibi verò cum in diuersorio essent, Maria plenis iam ad pariendum diebus puerum viii Kal. Ianuarij peperit, & pannis inuolutum in præsepi recondidit, quòd locum in diuersorio non haberet. interim Angelus ad pastores, qui in ea regione gregi suo inuigilabant, accessit, atque ingenti luce, ita ut terrentur, afflatus his verbis appellauit. *Nolite formidare, ego enim nuncio vobis gaudium magnum, idq; ad populum pertinet vniuersum; quippe hodie natus est Saluator, qui est Christus dominus, in ciuitate David. inuenietis autem infantem, pannis inuolutum, atque in præsepi repositum.* Ac subito angelum ingens cœlestium spirituum chorus excepit Deum his verbis collaudatum: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Profectis inde Angelis pastores consilio de adeundo puero inter
 Z se habito

se habito propere iter ingressi sunt, atque ad locum progressi Mariam, & Ioseph cum puero in præsepi reposito inuenerunt, & cetera, quæ ab Angelo audierant, explorarunt; & cum ceteris retrulissent, ingentem admirationem omnibus incusserunt. Diebus inde octo, postquam in lucem prodijt puer, nempe Kal. Ianuarij ex lege Moyfis est circumcisus, & Iesus nomine, quod angelus imposuerat, insignitus. Interim puero Bethleemi nato, tribus Magis in Oriente stella ceteris illustrior, pulchriorq; sic apparuit, vt eorum in se oculos, animosq; conuerterit, qui aliquid de natali Saluatoris ab ea significari didicerant. Illius ergo videndi, atque adeo etiam venerandi cupidi, sequuti superni illius luminis ductum, & præiij fulgoris indicium, latissimas regiones emensi, Hierosolymâ peruenerunt, ac stella duce amissa de Christo puero nato, qui rex Iudæorum esset, anxij quærere insisterunt. Herodes autem rex Iudæorum principem natum audiens successorem suspicatus expauit, ac Magos secreto admonuit, vt diligenter puerum vestigarent, eosq; inuento certiorum se in reditu facerent, nam se quoque eius adorandi summa cupiditate teneri. Illi vero eadem stella rursus illucescente, ac viam monstrante v. Idus Ianuarij Bethleemum progressi puerum cum matre reperiunt, eumq; humi prostrati adorant, muneribus thure, myrrha, & auro oblatis. Postquam autem expleti sunt dies Purgationis, parentes ex lege puerum IIII. Nonas Februarias Hierosolymâ detulere, vt ipsum Domino offerrent, ac solemnia legis dona præberent. Itaque templum ingressi ipsum Simeoni occurrenti tradiderunt. Is magnis virtutibus præditus Iudæorum salutem iampridè anxius expectabat, & quod ætate confectus erat, antequam è vita migraret, redemptorem mundi visere cupiebat, quod spiritus sancti oraculo, se non ante decessurum accepisset, quàm illum oculis subiectum haberet. Itaque eo spiritu ductus cum in Templum venisset, receptumq; in brachia puerum agnouisset, primum gratias Deo egit, quod se tanti beneficij compotem effecisset, deinde horam sibi mortis imminere professus est, quod aliquando tandem Saluatorem mundi vidisset. S. Lucas. cap. II. Absoluta inde purgatione Ioseph rebus omnibus in Iudæa persectis, quas sibi ex lege obeundas existimauit, Galilæam cum beata Virgine, pueroq; Christo sibi repetendam putauit. Herodes autè rex Iudææ, vbi Magos in patriam suam alio reuersos itinere sine

sua, vt petierat, admonitione cognouit, iracundia incitatus, misit, qui infantes omnes bimos, aut minores Bethleemi, aut in finibus eius conquisitos necarent; ratus se ea ratione Christum quoque regni vindicem in illo numero deleturum. Neque tamen voti sui compos est factus. Etenim Ioseph in somnis ab angelo de prauo Herodis consilio monitus, Galilæa omisa puerum cum matre in Aegyptum post paullo traduxit. Cædes inde puerorum facta est in exitu eius anni v. Kal. Ianuarias, anno Christi inuente secundo, ac post aliquot menses Herodes rex vita celsit, cum annos regni expleffet triginta septem. vt omnes consentiunt. S. Matth. cap. II.

[Herodes post natiuitatem Domini regnauit annos quattuor.] Rectè ad summam Sulpicij, qui Christum natum esse inquit anno Herodis xxxiv. nam regnauit annos xxxvii.

[ARCHELAVS REX IVDÆORVM,
ET HERODES ANTIPAS TETRARCHA
Galilææ.]

Post quem Archelaus tetrarcha annos IX, Herodes annos XXI III.] Legendum videretur ex S. Matthæo, & S. Luca, Iosepho, & Eusebio, Post quem Archelaus rex annos IX, Herodes tetrarcha annos xxxiiii. Herodes enim moriens testamento filijs regnum diuisit, atque Archelao regnum Iudææ dedit, Herodem Antipam Tetrarcham Galilææ fecit. Gaulonitidem, Trachonitidem, Bathaneam, & Panjada Philippo tetrarchiæ iure concessit; Lyfaniæ Abylinam. S. Lucas, & Iosephus. Paniaas autem est, quæ postea à Philippo Cæsarea Philippi est appellata. Ituream inde Philippus ab Augusto accepit.

Mortuo inde Herode rege Ioseph ab angelo monitus Christum puerum ex Aegypto in Iudæa reportauit, verum quia Archelauum regem patris sui loco regnare audiuit, eò non accessit, sed eiusdem angeli monitu in Galilæam secessit, atque in Nazareo oppido habitauit, vt impleretur, quod scriptum erat per prophetas. Quod Nazareus vocabitur. Matth. cap. II. Sunt qui Christum septem annos in Aegypto fuisse tradant, quod fieri nequit, si statim mortuo Herode, & Archelao regnum adeptus relatus est. quod S. Matthæus significare videtur. neque enim quocunq; anno natum eum dicas, hic septem annorum nume-

rus iniri salutis historijs potest. Epiphanius certè biennium tantum agnoscit. Archelaus rex Eleazarum pontificem fecit, atque ei deinde successores more instituto dedit. Inde post nouem annos à Iudæis apud Augustum accusatus, quod Iudæos impotenter haberet, cum se purgare non posset, regno spoliatus Vienne in Galliam relegatus est. an. vrb. cond. D. C. C. L. X. III. Christi x i.

IVDAEA ITERVM IMPERII ROM.
PROVINCIA FACTA

His actis Augustus Iudæam iterum prouinciam fecit, ac iurisdictioni prouinciæ Syriae attribuit, atque, vt ante, procuratorem ei ad ius dicendum imposuit, pontificatum verò Iudæis, sed ad tempus, permisit. Primus procurator factus est C. Coponius, qui duobus annis præfuit. Annanus verò, siue Annà pontifex à Qurino Syriae proconsule datus est. Cum autem Ioseph quotannis è Galilæa Hierosolymâ ad festum Paschatis cum Virgine, & puero more gentis accederet, factum est, vt puer, cum ageret annum duodecimum, eò progressus in Templo cum sapientibus de lege Dei subtiliter adeo disputaret, vt omnes in admiratione sui adduxerit. Lucas 11. Neque posthac vsque ad annum tricesimum vlla illius mentio litteris, ac memoriæ consecrata est. Anno inde Christi tertio decimo M. Ambius Iudæa procuratoris nomine rexit, quartodecimo, & quintodecimo Annius Rufus.

TIBERIVS IMP.

Eodem verò anno Augustus Imperator est mortuus x i v. Kal. Septembris, ac statim illum Tiberius gener eius heres testamento institutus excepit. qui sequenti anno, qui fuit Christi x vii, M. Valerium Gratum procuratorem Iudææ dedit. isq; eam per annos vndecim rexit. quibus transactis anno Christi xxvi Pontius Pilatus est missus.

CHRISTI PRÆDICATIO, ET MIRACVLA.

Hæc verò est sexta ætas. de qua sic S. Augustinus. *Sexta ætate mane sit prædicatione euangelij per Dominum nostrum Iesum Christum*

*stum. Incipit sextus dies, in quo senectus veteris hominis apparet. hæc enim ætate illud carnale regnum vehementer attritum est, quando & templum desectum est, & sacrificia cessauerunt, & nunc ea gens, quantum ad vires regni sui attinet, quasi extremam vitam trahit. in ista autem ætate, tanquam in senectute veteris hominis homo novus nascitur, qui iam spiritaliter vivit. Huius ætatis quasi vespera illa est, de qua Dominus dicit: Putas, cum veniet filius hominis, inuenies fidem super terram? Post istam vesperam fiet mane, cum ipse Dominus in claritate venturus est. tunc requiescent cum Christo ab omnibus operibus suis ij, quibus dictum est, Estote perfecti sicut pater vester, qui in caelis est. tales enim faciunt opera bona valde. post enim talia opera speranda est requies in die septimo, qui vesperam non habet. Hæc ille, continet autem hæc ætas prædicationem, & passionem Christi, prædicationem apostolorum, & Christianæ foundationem Ecclesiæ, hæreses in Ecclesia excitatas, & concilia aduersus eas, martyres, & confessores Christi, & doctores euangelij in singula tempora explanatores. Ceterum anno Tiberij xv, quem ille iniuit xiv. Kal. Septembris Silano, & Neruâ coll. Pontio Pilato procuratore, & Anna pontifice, & Caïsa, cum annos Christus ageret xxix, Ioannes Zachariæ filius, Christi præcursor penitentiam prædicare, & ad Iordanem profectus homines aqua tingere cepit. de quo sic S. Lucas. cap. 111: *An. xv Imperij Tiberij Cesaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo fratre eius tetrarcha Ituræ, & Trachoinidis regionis, & Lysania Abylina tetrarcha, sub Pontifice Anna, & Caïsa factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto. Et venit in omnem regionem Iordanis prædicans baptismum penitentiae in remissionem peccatorum. Existimante autem populo, ac cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, ne forte ipse esset Christus, respondit Ioannes, dicens omnibus. Ego quidem aqua baptizo vos, venit autem fortior me post me, cuius non sum dignus soluere corrigiam calciamentorum eius. ipse vos baptizabit in spiritu sancto, & igni. Sequenti verò anno cum iam Christus xxix annos, & tredecim dies tricessimus transisset, vi i Idus Ianuarias venit ad Iordanem, & à Ioanne baptismum poposcit. Quare sic pergit Lucas: *Factum est autem, cum baptizaretur omnis populus, & Iesu baptizato, & orante apertum est caelum. Et descendit spiritus sanctus corporali specie, sicut columba, in ipsum, et vox de caelo facta est. Tu es filius meus dilectus, in te mihi complacui.***

Et ipse erat incipiens quasi annorum triginta. Inde Matth. 111. Marc. 1. Luc. 111. Ioann. 1. ita pergunt. Iesus autem plenus spiritu sancto regressus est à Iordane, & agebatur à spiritu in desertum diebus quadraginta. & tentabatur à diabolo, & nihil manducavit in diebus illis, & consummatis illis postea esurijt. Anno inde xxxi inuente Iesus ad nuptias in Cana Galilææ cum matre, & discipulis inuitatus VII Idus Ianuarias adijt, cum autem vinum defecisset, rogatu matris hieram in optimum vinum conuertit. Inde imminente Paschate Hierosolymam adijt, & cū inuenisset in templo homines videntes oues, boues, ac columbas, nummulariosq; sedentes, flagro ex funiculis facto, omnes inde eiecit, & æra nummulariorum effudit, mensasq; disiecit. Digressus inde Hierosolymis, ac per Samariam transiens mulierem Samaritanam longo cum ea instituto sermone conuertit, atque in Galilæam reuersus cum multas res mirandas ad salutem hominum edidit, tum conciones plures de cælesti regno, atque iustitia habuit. quarum vna fuit insignis postero anno habita in monte Tabor. in quo legem suam promulgauit, qua legem Moysis adimpleuit. Vnde ipse quodam in loco dixit. Non veni legem soluere, sed adimplere. & quæ adimplerit esset, docuit dicens. Nisi abundauerit iustitia vestra super iustitiam Phariseorum, non introibitis in regnum celorum. Hoc est enim adimplere, quod desit, adycere. Lex dicit. Non occides, at ipse, Nec irasceris sine causa fratri tuo. lex adulterium interdicit, at ipse curiosum in feminas damnauit aspectum. Ex quo apparet, quanto maior sit lege fides, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est. quia lex ramos peccati præstringit, fides radices eruit, quæ nos non operibus, sed & sensibus immaculatos facit, vt vere ad primordiale dignitatem, hoc est Dei similitudinem reformemur, non solum corporei, sed & corde mundati. vt S. Paulinus episc. secunda ad hunc Sulpicium scripsit. Virtutes autem, quas ille interim edidit, hæc fuerunt. Debiles, ac membris captos ita curauit, vt receptis repente uiribus confirmati ipsi lectulos suos reportarēt, in quibus fuerant paullo ante delati. claudis verò, ac vitio pedis affectis non modò gradiendi, sed etiam currendi facultatem impertijt. cæcorum oculos in naturalem aspectum restituit, mutorum linguas in eloquium soluit, surdorum patefactis auribus auditum insinuauit. vexatos inmundis spiritibus liberauit, & pollutos, atque asperfos maculis expurgauit. quin etiam vita sanctos, quod dictu mirabilius est, veluti somno solutos suscitauit,

tauit, atque ad vitam pristinam reuocauit. atque hæc quidem solo aut verbo, aut imperio, aut tactu omnia cum ingenti omnium stupore perfecit. Quibus rebus auditis Ioannes ex carcere, in quem coniectus ab Herode tetrarcha fuerat, discipulos misit ad eum rogans: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Quibus ille respondit. *Euntes renunciate Ioanni quæ audistis, & vidistis. Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur, & beatus qui non fuerit scandalizatus in me.* Christum enim plane se esse ostendit, cum in se ea, quæ de Christo venturo Iſaias prædixerat, veritatis obtinerent effectum. Itaque cum post venisset Nazareth, & intrasset in Synagogam, traditus est illi liber Iſaiæ prophetæ. & vt reuoluit librum, inuenit locum, vbi scriptum erat: *Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum, dimittere contractos in remissionem, prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis.* Et cum plicuisset librum, reddidit ministro, & sedit. & omnium in Synagoga oculi erant intendentes in eum. cæpit autem dicere ad illos. *Quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris.* His rebus accessit, quòd cum immensa vbique mortalium multitudo illum circumaret, vel debilium, vel ægrotorum, vel certe eorum, qui curandos suos offerre cupiebant, quodam die in montem quendam desertum, vt ibi oraret, ascendit. vbi cum triduo moraretur, ac populus inedia affligeretur, vocauit discipulos quærens, quantum secum ciborum haberent, illi quinque panes, & duos pisces ad se dixerunt. afferrî igitur ea, ac multitudinem per centenos, ac quinquagenos distributam discumbere iussit. ac panem, piscesq; comminuit, & cum apponi illa populo imperasset, quinque hominum millia saturauit, ac duodecim cophinos de residuis fragmentorum impleuit. quin etiam alio die alia eiusmodi vrgente necessitate quattuor millia septem panibus ita paut, vt septem sportas reliquiarum expleuerit. Iam vero alio tempore secesus orandi causa, vt solebat, in montem, præcepit discipulis, vt nauiculâ sumerent, seq; præcederēt. at illi imminente iam vespere profecti contrario vento laborare cœperunt. cumq; iam medium fretum tenerent, tum pedibus mare ingressus eos, tanquã in solido graderetur, est consequutus. & rursus cum puluino capiti supposito dormire cœpisset, repente tanta suborra est

tempestas, vt fluctibus nauicula mergeretur. Itaque discipuli me tu exanimati excitant illum statim, ac rogāt, vt sibi fereat opem, quod pereant. ille verò increpitis illis, quod exiguae fidei essent, experrectus, vento protinus, vt sileret, & fluctibus, qui atrocissimi ferebantur, vt quiescerent, imperauit, statimque dictum eius tranquillitas summa excepit. Iam verò ex ingenti discipulorū numero duodecim selegit, quos apostolos appellauit, nempe Petrum & Andream fratrem eius, Iacobum maiorem, & Ioannem fratrem eius, Simonem, & Iudam Iscarioten, Philip-pum, Bartholomæum, Matthæum, Thomam, Iacobum minorem, & Thadæum fratrem eius, & præterea alios discipulos septuaginta duos. atque eis potestatem & prædicandi euangelij, & signorum in suo nomine edendorum concessit. Quibus rebus se mores populi Hierosolymitani, & pontifices, itemque scribæ, & Pharisei incitati sæpe de illius nece consilium habuerunt. Iesus autem, licet eorum animos exploratos haberet, tamen sibi faciendum ratus, vt iuxta patris voluntatem obiret, sequenti anno Hierosoly ma ad Pascha ex institutio contendit, atque honorificè à plebe obuiam prodeunte receptus, vehementius etiam eorum in se odia concitauit.

CHRISTI MORS, RESVRRECTIO,
ET ASCENSIO.

*Hoc regnante anno regni
XVII. Dominus crucifi-
xus est.*] Mox sacra cæna
cum discipulis celebrata,
agnum ex lege comedit, &
nouo instituto diuinam cor-
poris, ac sanguinis sui sa-
cramentum singulis imper-
tuit. atque inde in hortum
per noctem cum tribus di-
scipulis ad orandum excessit.
nec multò post à cohorte
Iudæorum à Iuda proditore adducta capitur, atque ad Cai-
tam pontificem ducitur. apud quem Concilio Seniorum conuo-
cato, cum se Dei filium esse confessus esset, eo nomine die iam il-

Hoc regnante, anno re-
gni octauo & decimo, DO-
MINVS crucifixus est, Fu-
sio Gemino & Rebellio Ge-
mino consulibus. A quo
tempore vsque in Stilico-
nem consulem, sunt anni
CCCLXX I.

luce.

lucescente morti addicitur, ac propterea ad Pontium Pilatū pro-
curatorem Romanorum, sine quo iudicium peragi ex lege Ro-
manorum non poterat, mittitur. ille verò cum crimen in eo non
inuenisset, dimittere voluit, atque vt tam fœdi iudicij inuidiam
à se reijceret, Iesum ad Herodem Galilææ tetrarcham, qui forte
Hierosolymis erat, vt in ipsam tanquam in Galilæam, animad-
uerteret, misit. qui cum nulli crimini affinem esse & ipse compe-
risset, ad Pilatum remittit. Demum instantibus Iudæis, vt neci-
retur, quod se regem Iudæorum assereret, Pilatus ipsū virgis ce-
di, ac corona spinea coronari, ac purpura indui, & arundinē pro-
sceptro dari præcepit, ratus se his contumelijs incitaram Iudæo-
rum libidinem compressurum. Verum nihil profecit. Itaque de-
nunciantibus illis, si ei parceret, qui se regem Iudæorum faceret,
in offensionem Cæsaris incursum, perturbatus tandem eorum
petitioni assensit. atque ita in die Parasceues in medio duorum
latronum sexta hora crucifixus, nona expirauit. Qua ratione
omnia de illo vaticina, quibus vita, morsque eius prædicta fue-
rat, veritatem assequuta sunt. Inde corpus Ioseph ab Arima-
thia discipulus Pilato permittere de cruce detractum nouo mo-
numento recondidit. Transacto inde sabbato Maria Magdalene,
& Maria Iacobi, & Salome summo mane ad sepulchrum vene-
runt, vt corpus Christi aromatibus oblinirent. vbi verò propius
accesserunt, lapidem ab ostio detractum aspexerunt, ac statim
rem Petro, ac Ioanni significarunt. qui cum ad monumentum
uentissent, sola in eo linteamina, quibus corpus inuolutum fuerat,
repererunt. mulieribus autem de corpore non inuento sollicitis,
viri duo candida veste induti dixere, Christum surrexisse, atque
eis in memoriam rededere, quod ille dixerat, fore, vt nefarijs ho-
minibus traderetur, crucifigeretur, & mortuus die tertia reuiu-
scret. proinde discipulis, & præsertim Petro nunciarent, se il-
los in Galilæam præcessurum. Inde Iesus per dies aliquot in ter-
ris versatus discipulis sæpius se ostendit, ac verè se resurrexisse
probauit. cumque eis omnes scripturas ad se pertinentes aperuisset,
Petro nominatim cura gregis sui commissa, omnibus peccato-
rum remittendorū, docendi, & in nomine patris, ac filij, & spi-
ritus sancti baptizandi potestatem concessit. Inde quadagesimo,
postquam resurrexerat, die in monte Oliuarum, discipulis, vt spi-
ritum sanctum expectarent, admonitis, illis videntibus in cæ-
lum ascendit. tum post dies decem spiritum sanctum è cælo in
eos

eos in vnum locum conuocatos demisit, qui omnes ita afflauit, vt exemplo diuersis loqui linguis inceperint. Hæc ferme sunt, quæ litteris prodere Sulpicius recusauit, nos verò attingere necessarium esse duximus.

A quo tempore vsq; in Stiliconem consule sunt anni CCCLXXII.]
Ex hoc loco Sulpicius mutat rationem annorum supputandorū, nominans annos, qui sunt ante Stiliconem consulem, cuius consilatus incidit in annū vbis cccc. Quare si ab anno Christi xxx-
iii, quo ipsum passum esse diximus, vsque ad annum cccc, numerando perueniens, cccclxvii annos efficies. atque ita x. in v versâ numeri plane congruent.

P R A E D I C A T I O, E T P A S S I O
A P O S T O L O R V M.

Apostolorum actus Lucas edidit vsque in tempus, quo Paulus Romam deductus est, Nerone imperante.] S. Lucas apostolorum actiones Petri, & Pauli vno libro collegit, quem Actus apostolorum vocauit, exorsus à

die, quo spiritus sanctus in apostolos Hierosolymis sedentes est missus, vsque ad tertium Neronis annum, quo Paulus Romam sub militari custodia ductus est. id est ab anno xxxiii Christi vsque ad lviii, qui numerus est annorum vigintisex. Quo temporis interuallo apostoli, & discipuli toto terrarum orbe dispersi Christi fidem, ac disciplinam gentibus æque, ac Iudæis annu-
ciarunt, Christianorumq; nomen latè in omnes prouincias propagarunt. atq; extrema omnia pro Christi nomine pertulerunt. sed nihil præclarior, quam quod Paulus Tarsensis ex acerrimo Christi persecutore ad fidem cõuersus, & ad apostolatū à Christo euo-
catus miraculose prædicatione sua fidem ipsam Christi prouexit.

C A I V S I M P. A G R I P P A H E R O D E S
R E X I V D A E O R V M.

Anno interim Christi xxxviii Tiberio Imp. defuncto successit Ca-

se Caius. qui statim Agrippam Herodem Aristobuli filium, Herodis magni nepotem regem appellauit, atque ei tetrarchias Philippi, Lyfaniæq; concessit: anno verò xli. Herode tetrarcha Lugdunum relegato, Galilæam quoque adiecit.

C L A V D I V S I M P.

Anno vero xli. Caium Imperatorem mortuum excepit Claudius: qui Herodem Agrippam vniuersæ Iudææ & Samaritæ regem appellauit. Qui Herodes Iacobum apostolum Zebedæi filium Ioannis fratrem gladio sustulit, & Petrum principem apostolorum, vt gratiam à Iudæis iniret, comprehensum in carcerem condidit: vnde post angeli ductu euasit, vt S. Lucas in Actibus prodit. Itaque anno xli. Petrus apostolus Romam primum venit, atque ibi verbum Dei prædicare instituit, episcopusq; se gessit.

I V D A E A T E R T I V M P R O V I N C I A F A C T A.

Anno xlv. Agrippa Herode rege mortuo, Claudius Imperator Iudæam Syriæ prouinciæ Romanæ attribuit, ac Cuspium Fadum procuratorem eò misit, atque Herodi fratri regis Agrippæ, quem ipse rogatu regem Chalcidicæ fecerat, potestatem pontifices instituendi dedit. Itaque anno xlv. Alexander procurator est missus. anno verò xlix. Ventidius Cumanus, Herodes vero Chalcidicæ rex mortuus est. Anno inde li. Agrippa iunior Agrippæ filius rex Chalcidicæ à Claudio est appellatus. Anno li. Antonius Felix procurator in Iudæam est missus. Anno lv. Paulus apostolus verbo Dei in Asia, Macedonia, & Græcia prædicato, à Iudæis Hierosolymis captus, & Felici Iudææ procuratori traditus ab eo per biennium in custodia habetur.

N E R O I M P. E T P E R S E C V T I O E I V S.

Qui non dicam regum,
sed omnium hominum, &
vel immanium bestiarum
sordi-

Nerone imperante.] Eodem anno Nero Imp. Claudio defuncto successit. qui biennio post Porcium Festum

sum procuratorem in Iudæam destinavit. Hic Paulum, cum Cæsarem appellasset, Romam postero anno misit, ubi per biennium mansit, omnes; qui ad se adibant, recipiens, regnum Dei prædicans; & quæ ad Deum pertinebant, liberè, ac sine impedimento docens. Lucas in fine Actuum, quo in loco meminit quoque Agrippæ regis, qui venerat ad visitandum Festum quem Agrippam regem Chalcidicæ esse supra diximus. anno LXXIII Iacobus frater Domini, qui episcopus Hierosolymorum fuerat constitutus, à Iudæis de Templo præcipitatus est. anno LXV Gelsius Florus procurator in Iudæam à Nerone missus.

Qui non dicam regum, sed omnium hominum.] Ex rebus, quæ post historiam Actuum apostolorum præcipuè Christianos attigerunt, vna, eaq; memorabilis fuit, multiplex Persecutio, qua Christiani ab Imperatoribus Romanis miserè lacerati sunt. ac propterea Sulpicius omnes Persecuciones sibi notandas suscepit, quarum prima sub Nerone anno LXV incepit. atque inde vsque ad mortem

eius

fordidissimus dignus existit, qui persecutionem in Christianos primus inciperet: nescio an & postremus explerit. siquidem opinione multorum receptum sit, ipsum Antichristum venturum. huius vitia ut plenius exponerem, res admonebat, nisi non esset huius operis tam vasta ingredi: id tantum annotasse contentus sum, hunc per omnia fœdissima, & crudelissima eò processisse, ut matrem interficeret: post etiam Pythagoræ cuiusdam in modum solemnium coniugiorum haberet, inditumq; imperatori flammæ, dos & genialis torus, & faces nuptiales: cuncta denique quæ vel in feminis non sine verecundia conspiciuntur, spectata. Reliqua verò eius, incertum pigeat an pudeat magis describere. Hic primus Christianum nomen tollere aggressus est: quippe semper

inimica

inimica virtutibus vitia sunt, & optimi quique ab improbis quasi exprobrantes aspiciuntur. Namque eò tempore diuina apud urbem religio inualuerat, Petro ibi episcopatum gerente: & Paulo, posteaquam ab iniusto præfulis iudicio Cæsarem appellauerat, Romam deducto, ad quem tantum audiendum plures conueniebant: qui veritate intellecta, virtutibusq; Apostolorum, quas tum crebro ediderant, permoti ad cultum Dei sese conferebant. Etenim tum illustris illa aduersus Simonem, Petri ac Pauli congressio fuit. Qui cum magicis artibus, ut se Deum probaret, duobus suffultus daemonijs euolasset, orationibus Apostolorum fugatis demonibus, delapsus in terram, populo inspectante disruptus est. Interea abundantiam Christianorum multitudinem, accidit ut Roma

incendio

eius exsolvit, quæ anno Christi LXXIX contigit. Neronis autem probra, ut primi, & ultimi persecutoris, & omnium maxime Christianis infesti, persequitur, quæ Suetonius discrete explicuit, homo eiusmodi criminum colligendorum studiosissimus. Primum autem fuisse Neronem, qui Persecutionem in Christianos commoverit, omnium testimonio constat, cepit scire anno Christi LXV, Lecanio, Licinioq; consulibus. culpa incendij urbis in Christianos innocentes collata. ut Tacitus quoque memoriam prædidit. Persecutiones autem appellarunt Christiani, cum publico Imperatorum edicto aut iudicij, aut tormentis, aut ultimis supplicij diuexati sunt.

Nescio an et postremus explerit. siquidem opinione multorum receptum sit, ipsum Antichristum venturum.] Antichristum venturum supra ostendimus, cum de Danielis visionibus loquebamur. Cum hac fide mentes Christianorum imbutæ essent, fuere multi, qui putarent, eundem fore Neronem, ut quemadmodum ille primam Persecutionem iniuit, sic ultimam expleret. de qua

opinio

opinione mox dicemus. Expleti autē, est futurum, pro Expleturus sit.

Huius vitia, ut plenus exponerem.] Vitia Neronis negat se expositurum propter multitudinem eorum: duo verò tantum se allaturum, vnum crudelitatis, alterum foeditatis: insignis crudelitatis argumentum fuit nex maris Agrippinae allata, foeditatis, quod se Pythagoræ cuidam in matrimonium, tanquam femina, dicitur. Qua de re sic Suetonius. *Et cum affarim desavisset, conscenatur a Doryphoro liberto, cui etiam sicuti ipsi Sporus, ita ipse demulpsit.* Quod porro inquit indium Imperatori flammam, dos, & genitalis torus, & faces nuptiales.] Sex. Victor ita expressit. *Nero eo dedecore reliquum vite egit, ut pudeat memorare huiusmodi quæquam. eo progressus est, ut neque suæ, neque aliorum pudicitia parcens ad extremum amictus nubium virginum specie palam conuocato senatu, dote dicit, cum his de more frequentantibus nuberet.*

Hic primus Christianum non tollere aggressus est.] Redit ad prima, ut de prima, quæ fuit Neronis, persecutione

incendio conflagraret, Nerone apud Antium constituto. Sed opinio omnium inuidiam incendij in Principem retorquebat, credebaturq; Imperator gloriâ innouandæ urbis quassisse. Neque vlla re Nero efficiebat, quin ab eo iussum incendium putaretur. Igitur vertit inuidiam in Christianos, ac etq; in innocios crudelissimâ quæstione: quin & nouæ mortes excogitate, ut ferarum tergis contenti, laniatu canum interirent. Multi crucibus affixi, aut flamma vti. Plerique in id referuati, ut cum defecisset dies, in vsum nocturni luminis vterentur. Hoc initio in Christianos sauari ceptum. Post etiam datis legibus religio vetabatur: palamq; edictis propositis, Christianum esse non licebat. Tum Paullus ac Petrus capitis damnati: quorum vni ceruix gladio defecta, Petrus in crucem sublatus est.

secutione dicat. Nero ergo primus omnium Imperatorum editum proposuit, ut in eos quæstiones exercerentur, qui se Christi cultui dedissent. ut scribit Tertullianus in Apologetico, Eusebius hist. lib. vi. Orosius libro vii. Nam si qua ante Neronem vexatio Christianorum extiterat, ea ferme non ab Imperatore, sed à Iudæis suscepta fuerat, ut aduersus S. Stephanum, duos SS. Iacobos, Petrum, & S. Paulum. Imperatorum autem, ut inquit Sulpicius, nouem persecutiones fuerunt, Neronis, Domitiani, Traiani, Hadriani, Antonini, Seueri, Decij, Valeriani, Diocletiani, quæ & Maximiani, & decima futura Antichristi. At D. Augustinus libro de Ciuitate Dei xvi i i, cap. l i i vndecim refert, Neronis, Domitiani, Traiani, Antonini, Seueri, Maximini, Decij, Valeriani, Aureliani, Diocletiani, & vndecim Antichristi. Reddens in dērationē, cur Nero in Christianos sauerit, inquit.

Quippe semper inimica virtutibus vitia sunt, & optimi qui que ab improbis quasi exprobrantes aspiciuntur.] Id est ne mireris, Neronem primum gladium in Christianos strinxisse. Ut quisque pessimus est, sic acerrimo odio in optimum quemque hominem fertur; quod eos, quasi sua sibi scelera exprobrantes intueatur. Innuit autem ea, quæ de S. Paulo S. Ioannes Chrysostomus scripsit. *Nero dormientibus omnibus omnium bona diripiebat, nuptias inuadebat, domos subuertebat, nullum sceleris genus prætermittebat: postquam vero S. Paulum vidit afferre sermonem doctrinæ, quo sita reprehendebatur iniquitas, quod omnia licenter facere possent, curatum, ut extingueretur prædicatio, & interficeretur magister.*

Namque eo tempore diuina.] Diuina religio primum prædicata Romæ à S. Petro, & S. Paulo putatur. S. Petrus princeps apostolorum Claudio imperante Romam, ut diximus, venit anno Christi x l i i i, nempe post Ascensionem eius decimo, teste Eusebio. atque ibi episcopus prædicato euangelio multos ad fidem traduxit. quadriennio inde post Hierosolymam redijt, & concilio apostolorum interfuit anno x l v i r. inde Romam repetijt anno l v i. Biennio inde post Paulus iniusto Porcij Festi Iudææ procuratoris iudicio oppressus Cæsarem appellauit, ac Romam propterea missus est anno l v i i. Lucas in Actis, & Eusebius libro i i. *Iniustum autem præsidis iudicium vocat, cum Festus rogauit eum, num Hierosolymam ad dicendam causam contendere vellet, nam Cæsareæ tum erat. Quod Paulus ita respuit, ut Cæsarem appellaret. Quem Sulpicius dixit præsum-*

lem S. Lucas vocauit, quem reliqui omnes Romano more præfidentem, nemo vnquam præfulem appellauit. Quare vitium inesse arbitror.

Ad quem tum audiendum plures conueniebant.] Expressit verba S. Lucæ in fine Actuum, de S. Paulo loquens. *Mansit biennio toto in suo diuersorio, & suscipiebat omnes, qui ingrediebantur ad se predicans regnum Dei, & docens, que sunt de Domino Iesu Christo cum omni fiducia sine prohibitione.*

Qui veritate intellecta, virtutibusq; apostolorum, quas tum crebro ediderant, permoti ad cultum Dei sese conferebant.] Narrat Linus in Passionibus ipsorum Apostolorum, utrunque eorum homines debilitatibus, ac morbis varijs afflictos sanitati pristina reddidisse, & mortuos ad vitam reuocasse, cum Romæ veritatem, id est Christum Dei filium, & doctrinam eius prædicaret.

Etenim tum illustris illa aduersus Simonem Petri, & Pauli congressio fuit.] Magna quæstio est, quo anno Simon niagus à Petro fuerit expugnatus. Eusebius libro secundo regnante id Claudio factum, cum primum Petrus Romam venit, anno, ut conijci potest, quadragesimo sexto. S. Augustinus, & multi alij paulo ante mortem S. Petri, & S. Pauli anno LXVII. Hic vero Sulpicius in aduentum S. Pauli coniecit, qui anno LXVIII Romæ primum prædicauit. Nos S. Augustini opinionem sequendam esse putamus. quia Nero hac re incitatus in apostolos mox odio acerbior defecit. Is in sermonibus sic scribit. *Hodierno die beati apostoli sanguinem profuderunt. Sed videamus causam, quare ista per pesti sunt. scilicet, quod inter cetera mirabilia etiam Simonem magum illum orationibus suis de aeris vacuo præcipitij ruina prostrauerunt. Cum enim Simon se Christum diceret, & tanquam Christum ad patrem assereret se posse conscendere, atque elatus subito magicis artibus volare cepisset, tunc Petrus fixis genibus precatus est Dominum, & precatione sancta vicit magicam leuitatem. nam velut vinctum eum de sublimi aere deposuit, & quodam præcipitio in saxo elidens crura confregit. Item Arnobius. *Viderunt Romani currum Simonis magi, & quadrigas igneas Petri ore diffatas, & nominato Christo enauisse.**

Interea abundantante iam Christianorum multitudine, accidit, ut Roma incendio conflagraret, Nerone apud Animum constituto.] Hoc factum est Lecanio Licinioq; consulibus, anno Christi Lxv. De quo sic Tacitus. *Incidium forte, an dolo Principis conflatum fuerit, in incerto*

in incerto fuit, eo certe tempore Antij agens Nero non ante in urbem regressus est, quam domus eius, qua Palatium, & Macenatis hortos continuauerat, ignis propinquaret.

Sed opinio omnium inuidiam incendij in Principem retorquebat, credebaturque Imperator gloriam innouandæ vrbis quæsisse.] Taciti verba sunt. *Videbaturq; Nero condendæ vrbis, & cognomento suo appellandæ querere.*

Igitur verit inuidiam in Christianos.] Et hæc è Tacito. *Et autè timorem Nero aboleret, quo iussum incendium credebatur, subdidit reos, & exquisitissimis supplicij affectis, quos per flagitia inuis vulgus Christianos appellabat. Igitur primo correpti qui fatebantur, deinde indicio eorum multitudo ingens haud perinde in crimine, quam odio humani generis conuicti sunt. ea peremptibus addita ludibrijs, ut ferarum tergis contacti lanians canum interirent, aut crucibus affixi, aut flammandi, aut ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis vrerentur.* Libro xv.

Hoc incepto in Christianos sciviri ceptum, post etiam datis legibus religio vetabatur, palamq; edictis propositis Christianum esse non licebat.] Tertullianus in Apologetico: *Consulite vestros commentarios, illic reperietis, Neronem primum in hanc sectam tum maximè Romæ orientem Cesariano gladio ferocisse. & Orolius: Primum Nero Christianos supplicij, & mortibus affectis, ac per omnes prouincias pari persecutione excruciaci imperavit. Apud Sulpicium pro datis legibus, latius legendum censeo.*

Tunc Paulus, ac Petrus capitis damnati, quorum vni ceruix gladio defecta, Petrus in crucem sublatu est.] Hoc factum est anno Christi Lxviii, Neronis anno xlii. teste Eusebio. Hinc Chrysostomus: *Nero postquam Paulo non persuasit, ut desisteret puella dare consilium, tandem caput ei amputari iussit. Tertullianus de Præscriptionibus: Felix Romana Ecclesia, cui totam doctrinam apostoli cum sanguine suo profuderunt, ubi Petrus passioni Domini adæquatur, ubi Paulus Ioannis exitu coronatur. De supplicij eorum plura Linus. Ceterum in alijs prouincijs quoque, & regnis alij apostoli, atque discipuli sacram martyrij coronam propter Christi nomen acceperunt.*

IVDAEORVM REBELLIO.

Dum hæc Romæ geruntur,

Dum hæc Romæ geruntur,

AA

tur, Iudæi præfidis sui Festi Flori iniurias non ferentes rebellare cœperunt.] Hoc est initium belli, quo Hierosolyma, & Iudæa funditus perijt, quemadmodum prædictum à Christo fuerat. Concitatum est autem anno Imperij Neronis duodecimo, cum Gelsius Florus procurator multos Iudæos verberibus cæcos in crucem egisset. Verba sunt Eusebij, qui à Iosepho sumptit: *Contra Iudæos, qui Gelsii Flori auaritiam non ferentes rebellabant, Vespasianus magister militiæ à Nerone transfinitur. De hoc Floro sic Iosephus. Hic veluti non ad regendam provinciam, sed ad damnatorum pœnas carnis fex missus, neque rapinarum ullum morem, neque afflictionum omisit. in miseris autem crudelissimus erat, in turpibus impudentissimus. totas simul dispoliabat vrbes, & labes populis inferebat, tantum non voce per totam regionem edicens, liberum esse omnibus latrocinari, dum ipse præclaram acciperet portionem. De bello Iudaico lib. II. cap. xxiv.*

Aduersus eos Vespasianus pro consulari imperio à Nerone missus.] Iosephus libro III. cap. I. belli Iudaici. Idem Vespasianus postea pro consul. Hierosolyma obsidens Imperator à militibus salutatus est.

Interim Nero iam sibi etiam pro conscientia scelerum iniuisus, humanis rebus eximitur, incertum an ipse sibi mortem consciverit.] Quipe cum audisset, Galbam in Hispania ab exercitu Imperatorem appel-

appellatum, hostis à senatu iudicatus, vrbe fugiens, semet ictu gladij transegit, adiuuante repudantem manum eunuchosporo, cum prius nullo reposito, à quo feriretur, exclamaret, Ita ne? nec inimicum habeo, nec amicum, dedecorosè vixi. turpius peccam. Suetonius, Victor, & alij.

Vnde creditur, etiam si se ipse gladio transfixerit, curato vulnere eius seruatus, secundum illud, quod de eo scriptum est: Vt plaga mortis eius curata est, sub sæculi fine mittendus, ut mysterium iniquitatis exerceat.] Supra dixit, fuisse opinionem, Antichristum venturum nihil aliud esse, quam Neronem. qui sub sæculi fine venturus sit, & Persecutione vltimam obiturus. confirmat eam opinionem propheta S. Ioannis in Apocalypsi, qui scripsit. Et bestia, quam vidi, similis erat pardo, & pedes eius, sicut pedes vrst, & os eius, sicut os leonis. Et dedit illi draco virtutem suam, & potestatem magnam. Et vidi unum de capitibus suis, quasi occisum in mortem. Et plaga mortis eius curata est. Et aperuit os suum in blasphemias in Deum, blasphemare nomen eius, & tabernaculum eius, & eos, qui in celo habitant. Verba autem illa, Vt mysterium iniquitatis exerceat. sunt S. Pauli ad Thessalonicenses. Nam mysterium iam operatur iniquitatis. quæ de Antichristo dicta esse interpretatur S. Ambrosius in epistola ad Timotheum. Mysterium iniquitatis à Nerone inceptum est, qui zelo idolorum apostolos interfecit insigante patre suo diabolo usque ad Diocletianum. Item S. Augustinus. Vnde Sulpicius in vita S. Martini dixit. Ex quo conijcere possumus, istiusmodi pseudo prophetis existentibus Antichristi aduentum imminere, qui iam in istis mysterium iniquitatis operatur. De hac resic S. Augustinus lib. xx. de Ciuit. Dei. cap. xix. Quidam putant hoc de Imperio Rom. dictum esse, & propterea Paulum apostolum ea aperte scribere noluisse, ne calumniam incurreret, quod Imperio Rom. male optaret, quod speraretur æternum. & ut hoc quod dixit, iam enim mysterium iniquitatis operatur, Neronem voluerit intelligi, cuius iam facta velut Antichristi videbantur. Vnde nonnulli ipsum resurrecturum, & futurum Antichristum suspicantur. alij verò non eum occisum putant, sed subtractum potius, ut putaretur occisus, & vinum occultari in vigore ipsius ætatis, in qua fuit, cum crederetur extinctus, donec suo tempore releuetur, & restitatur in regnum. sed multum mihi mira hæc est opinantium presumpcio. Verum Sulpicius aliam de illo opinionem assertit in fine secundi Dialogi iniquens. Ceterum cum à Gallo de fine sæculi quæreremus, ait nobis, Neronem, & An-

christum prius esse venturum, Neronem in Occidentali plaga regibus subactis decem imperaturum. Persecutionem autem ab illo habentem exercendam, ut idola gentilium coli cogat, ab Antichristo vero Orientale Imperium esse capiendum, qui quidem sedem, & regni caput Hierosolymam esset habiturus, ab illo urbem, & templum reparandum esse. illius eam Persecutionem futuram esse, ut Christum Dominum cogat negari, se potius Christum esse confirmans, omnesq; secundum legem circumcidi iubeat, & ipsum denique Neronem ab Antichristo esse perimendum. atque sub illius potestate. uniuersum orbem, cunctasq; gentes esse redigendas, donec aduentum Christi impius opprimatur, non esse autem dubium, quin Antichristus malo spiritu conceptus esset etiam in annis puerilibus constiuitis etate legitima sumpturus imperium. Quo autem hæc ab illo audiuimus, annus octauus est. Apud Sulpicium. Ut plaga mortis, legendum, Et, ex apocalypsi.

GALBA, OTHO, VITELLIVS
IMPERATORES.

Igitur post excessum Neronis Galba imperium rapuit, mox Otho, Galba interfecto, occupauit.] Galba Imperium arripuit uenire Nerone in Hispania anno Christi LXXIX. inde sequenti ab exercitu est interfectus. Quo facto Otho Romæ, Vitellius in Gallijs Imperium inuasere. eodemq; anno Otho ad Bebricum à Vitellianis proelio victus, cum rebus suis diffideret, sibi mortem consciiuit.

Tunc Vitellius in Gallias fretus exercitibus, quibus præerat, urbem ingressus, Othone interfecto, summam rerum usurpauit.] Vitellius interfecto à suis Othone ex Gallijs Romam venit, atque ibi Imperatorem se gessit. Apud Sulpicium, ex Gallijs, pro in Gallias, legi oportet.

VESPA-

VESPASIANVS IMP. ET EXCIDIVM
HIEROSOLYMORVM.

Quæ posteaquam ad Vespasianum delata, licet malo exemplo, bono tamen affectu Reip. ab improbis vindicandæ, cum Hierosolymam obsideret, sumit Imperium: & ut mos est, diademate capiti imposito, ab exercitu Imperator consalutatus, Titum filium Cæsarem facit. eidem pars copiarum, & obsidendæ Hierosolymæ negotium datū. Vespasianus Romam profectus, summo fauore senatus & populi receptus, cum se Vitellius interfecisset, interea Iudæi obsidione clausi, quia nulla neque pacis, neque deditionis copia dabatur, ad extremum fame interibant, passimque viæ operi cadaveribus cœpere, victo iam officio humani: quin omnia nefanda insuper ausi, ne humanis quidē

COR-

Quæ posteaquam ad Vespasianum delata, licet malo exemplo, bono tamen affectu reip. ab improbis vindicandæ; cum Hierosolymam obsideret, sumit Imperium, & ut mos est, diademate capiti imposito, ab exercitu Imperator consalutatus.] Vespasianus pro consul in Iudæa, cum iussu Neronis Hierosolymam obsideret, ut audijt tumultus Imperij, necesseq; Neronis, Galbæ, & Othonis, & ipse à suis militibus appellatus Imperator Imperium inuasit. ac bellum Vitellio per duces intulit, eoq; occiso, post sex menses solus imperauit, ac Titum, & Domitianum filios Cæsares appellauit. Suetonius, Tacitus, reliqui.

Eidem pars copiarum, & obsidendæ Hierosolymæ negotium datum.] Vespasianus Romam decessurus reliquit in obsidione Hierosolymorum Titum filium Cæsarem. inde Romam profectus, Vitellium aduentans adeo exterruit, ut trepidus se abdidit, ac mox ex latebris traxit us miserè trucidatus sit.

In reia Iudæi obsidione clausi

AA 3 s.

si, quia nulla neque pacis, neque deditionis copia dabatur, ad extremū fame interibant.] Pertinet ad sacram historiā obsidio, & expugnatio Hierosolymorum prædicta à Christo, qua gens Iudæorum deleta est. Obsidio vero, fames, ceteraque in illa expugnatione incommoda narrantur à Iosepho, qui huic bello interfuit, libro ad hoc scripto. capta est autem Hierusalem anno Cl. iusti LXXI.

Ac tum forte in diem Paschæ omnis ex agris, alijsq; Iudææ oppidis multitudo conuenerat.] Infinita multitudo Hierosolymis est inuenta, tum cum vrbs capta est, quod per dies Azymorum Iudæi vndiq; de more confluerant. id quod diuino factum mysterio inquit, vt Iudei eodem die darent pœnas, quo scelus in Christum ad miserant. Glycas item libro LII.

Pharisæi aliquantisper pro templo acerrime restiterunt.] Plures scētæ philosophorum Hierosolymis erant, Essæorum, Sadducæorum, Pharisæorum. Ex quibus Pharisæi certiozem legalium rituum notitiam profitebantur, & facta omnia tribuebant. ac superioribus an-

corporibus pepercerūt, nisi quæ eiusmodi alimentis tabes præripuerat. Igitur defensis defensoribus irrupere Romani. Ac tum fortè in diè Paschæ omnis ex agris, alijsq; Iudææ opidis multitudo conuenerat: nimirū ita Deo placitum, vt eo tempore, quo Dominum cruci affixerat, gens impia interuentioni daretur. Pharisæi aliquantisper pro templo acerrimè restiterunt: donec obstinatis ad mortem animis, vltro se subiectis ignibus intulerunt. Numerus peremptorum ad vndecies centena millia refertur: capta vero C. millia, ac venundata. Fertur Titus adhibito consilio prius deliberasse, an templum tanti operis euerteret. Etenim nonnullis videbatur, ædem sacratam, vltra omnia mortalia illustrè, non debere deleri: quæ seruata modestiæ Romanæ testimonium, diruta perennè crudelitatis notam præberet.

ret. At contra alij, & Titus ipse, euerendum templum in primis censebant, quo plenius Iudæorum & Christianorum religio tolleretur. Quippè has religiones, licet contrarias sibi, iisdem tamen auctoribus profectas. Christianos ex Iudæis existisse: radice sublata, stirpem facilè perituram. Ita Dei nutu, accensis omnium animis, templum dirutum, abhinc annos trecentos triginta & vnum. Atque hæc vltima templi euerfio, & postrema Iudæorum captiuitas, qua extores patria, per orbem terrarum dispersi cernuntur: quotidie mūdo testimonio sunt non ob aliud eos, quàm ob illatas Christo impias manus, fuisse punitos. nam sæpè alias cum propter peccata captiuitatibus traderentur, nunquam tamen vltra septuaginta annos seruitutis pœnam pependerunt.

nis Alexandra regnante tantas opes in vrbe sibi pararant, vt prope dominari viderentur. Quam potentiam vsque ad extremum retinuerunt. Quare non est mirum, cum fatalia omnia esse, & bona, & mala putarent, illos obstinatis animis se in incendium intulisse.

Numerus peremptorum ad vndecies centena millia refertur; capta vero centum millia, ac venundata.] Ex Iosepho libro septimo. Et captiuorum quidè, qui toto bello comprehensi sunt, nonaginta septè millium fuit numerus: mortuorum vero per omne tempus obsidionis vndecies centum millia. Horum plerique gentiles fuere, sed non indigene. ab omnibus enim regionibus ad Azymorum diem festum congregati bello subito circumfusi sunt.

Fertur Titus adhibito consilio prius deliberasse, an Templum tanti operis euerteret.] Iosephus inquit adhibuisse in consilium tribunos militum, & procuratorem Iudææ, & centuriones quosdà ad eosq; retulisse, quid faciendum censeret de Templo.

Etenim nonnullis videbatur ædem sacratam vltra omnia mortalia illustrè non de-

bere deleri, quæ seruata modestiæ Romanæ testimonium, diruta perennem crudelitatis notam præberet.] Iosephus alter. Visum fuisse nonnullis, si Iudæi arma deponerent, templo parcendum esse, si retinerent, incendium inferendum, quoniam castellum iam esset, non templum, & piaculum committerent non ipsi, sed quid facere coegissent. alijs verò placuit, lege belli vtendum esse, nunquam enim Iudæos noua moliri desituros, dum templum haberent, quo conuocarentur.

At contra alij, & Titus ipse, enertendum templum in prinis censebant, quò plenius Iudæorum, & Christianorum religio toleretur.] Credo hoc item ex ingenio suo expressisse Sulpicium. nam Iosephus aliter disputatum prodidit. Titus negauit, se tanti operis templum incensurum, neque etiam si Iudæi ponere arma noluisent, ne in muros inanimatos pro viris seuire videretur. Romanorum enim fore detrimentum, si periret, monumentum Imperij, si maneret. Inde postero die templum ipso inuito, ac repugnante succensum, fatali die instante, qui erat decimus Augusti, quo etiam à Babylioniorum rege fuerat concrematum.

Quippe has religiones licet contrarias sibi, ijsdem tamen auctoribus profectas.] ab ijsdem, legendum puto. Hebræi vtamque religionem constituerunt, illam Moyses, hanc Christus secundum carnem Iudæus. contrariæ autem inter se erant, quia Hebræorum cæremonias, & instituta, & circucisionem lex Christianorum sustulit, sed quæ in vtraque religione à Sulpicio disputata dicuntur, in Iosephi historia vberissima non inueniuntur.

Ita Dei nutu, accensis omnium animis, Templum dirutum.] Iosephus ita. Miles quidam non expectato edicto, sed diuino motu impetu, à conubernali suo tollitur, & raptim ignem in fenestram inserit auream. quod vti audiuit Titus, raptim accurrit prohibiturus incendium, verum imperium eius præ tumultu exaudiri non potuit. ita secundo anno imperij Vespasiani templum conflagrauit.

Ab hinc annos CCCXXXI.] More iam instituto à consulatu Stiliconis notat annos.

Atque hæc vltima templi euersio, & postrema Iudæorum captiuitas, qua exturres patria per orbem terrarum dispersi cernuntur.] Ter deliquerunt in Deum suum Hebræi, ac propterea in seruitutem traditi sunt, verum post penitentiam actam aliquot annorum actam, iterum à Deo pristino statui restituti sunt. at post grauissimum scelus, quo se Christo occidendo obstrinxerunt, patria, tem-

temploq; deletis, exules toto orbe terrarum in hunc vsque diem manserunt. de qua sic Hieremias: Gladio sternam eos in conspectu suorum hostium, & urbem internecioni, & ruinae perpetuæ dabo. Carnes filiorum, filiarumq; suarum comedent, adeoq; conueram hanc urbem instar vasis testacei, vt amplius redintegrari non possit.

Nam saepe alias cum propter peccata captiuitatibus traderentur, nunquam tamen vltra septuaginta annos seruitutis penam pependerunt.] Hebræi primum in Aegypto seruiuerunt, deinde in Babylonia captiui, tertio sub Antiocho Epiphane rege Syriae domi suæ lege spoliati; sed hæc captiuitates, & seruitutes prædictæ illis fuerunt, simulque restitutiones. at de captiuitatis vltimæ liberatione promissum nihil fuit. Nam quòd Romani euer furi essent Hierosolyma; scripsit Iosephus Danielis testimonio nixus. quod autem illius desolationis finis aliquando esset futurus, non scripsit, quòd vatem nihil eius prædixisse inuenit. Glycas libro III. Danielis oraculum editum est cap. IX: Et in dimidio hebdomadis deficiet hostia, & sacrificium, & erit in templo abominatio desolationis, & vsque ad consummationem, & finem peruenit desolatio. Hinc Prudentius contra Iudæos cecinit.

*Exilijs vagus huc illuc fluitantibus errat
Iudæus, postquam patria de sede reuulsus
Supplicium pro cæde luit, Christi que negati
Sanguine resperfus commissa piacula soluit.*

DOMITIANI PERSECVTIO.

Interiecto deinde tempore, Domitianus, Vespasiani filius, persecutus est Christianos. Quo tempore Iohannem Apostolum atque Euangelistam, in Pathmum insulam relegauit: vbi ille arcanis sibi mysterijs reuelatis, librum sacrae Apocalypsis (qui quidem à ple-

Interiecto deinde tempore Domitianus Vespasiani filius persecutus est Christianos.] Hæc est secunda Persecutio, quam exercuit Domitianus anno xcv. Cum Domitianus non exiguam partem nobilium Romæ temere sustulisset, atque alios spoliatos bonis in exilium pepulisset, tandem in sceleratâ Neroniani odij, & impietatis hereditatem successit. se-
cundus

cundus autem fuit, qui contra Christianos Persecutionis incendium excitarit. Eusebius, & Orosius.

Quo tempore Ioanem Apostolum, atque euangelistam in Patbnum insulam relegarunt.] Hoc idem scribit S. Hieronymus. *Quartodecimo anno Domitiani secundo post Neronem Persecutionem mouente Domitiano Ioannes in Patbnum insulam relegatus scripsit Apocalypsim. quam interpretatur Iustinus martyr. idem ante illum scripserat quoque Irenæus libro v. aduersus Valentinum.*

Vbi ille arcanis sibi mysterijs reuelatis librum sacre Apocalypsis, qui quidem à plerisque aut stultis, aut impiis non recipitur, edidit.] De hoc libro sic scripsit S. Athanasius in Synopsi. *Hoc nomine vocatur hic liber, propterea quod hanc reuelationem ipse Ioannes Euangelista & Theologus in Patbmo insula die dominico vidit, iussusq; conscripsit, ut ad septem ecclesias mitteret, videlicet istas, Ephesum, Smyrnam, Pergamum, Thyatiram, Sardis, Phladelphiam, & Laodiceam. Quæ verò in hac visione vidit, multa sunt, ac differentia. Circa finem perditionem etiam Antichristi cum diabolo vidit. Iubetur autem primum scribere singulis prædictarum ecclesiarum angelis secundum cuiusque actiones. Quod autem inquit Sulpicius, librum à nonnullis non recipi, significat id, quod tradit ex verbis Dionysij Eusebii, fuisse quosdam, qui negarint, Apocalypsim esse S. Ioannis Euangelistæ; sed Cerinthi cuiusdam hæretici asseruerint. quos Sulpicius nunc aut stultitiæ arguit, si veritatem non perspiciunt, aut impietatis, si perspectam non approbant, & scripturam Catholicam homini hæretico tribuunt. Alludit autem ad id, de quo scribit Epiphanius, tales hæreticos alogos dictos, quasi ratione carentes, aut Verbum non asserentes, de quo S. Ioannes. *In principio erat verbum.**

TRAIANI PERSECVTIO, IVDÆORVM.
REBELLIO, ET EXTREMVM VRBIS
E X C I D I V M.

Non multo deinde interuallo tertia Persecutio per Traianum fuit.] Traiani Persecutionem anno CVIII. ini-


Non multo deinde interuallo, tertia persecutio per Traianum fuit, qui cum tormentis

mentis & quæstionibus nihil in Christianis morte aut pœna dignum reperisset, sæ uiri in eos vltra vetuit. Sub Hadriano deinde Iudæi rebellare voluerunt, Syriam ac Palæstinam diripere conati: missoque exercitu subacti sunt. Qua tempestate Hadrianus existimans se Christianam fidem loci iniuria perempturum, & in templo ac loco Dominicæ passionis dæmonum simulacra cõstituit: & quia Christiani ex Iudæis potissimū putabantur (namque tum Hierosolymæ non nisi ex circumcissione habebat Ecclesia sacerdotem) militum cohortem custodias in perpetuum agitare iussit, quæ Iudæos omnes Hierosolymæ aditu arceret. Quod quidē Christianæ fidei proficiebat: quia tum pæne omnes Christum Deum sub legis obseruatione credebant. Ni mirum id Domino ordinante dispositum, vt legis serui-

nitam Tertullianus, & S. Augustinus tertiam nominarunt. Is, vt inquit in S. Ignatio Metaphrastes, edictum proposuit, vt Christiani vbique conquirerentur, & per tormenta, si alter non posset, vsque ad mortem sacrificare ritu maiorum adigerentur.

Qui cum tormentis.] Anno CXI, vt in Chronico notauit Eusebius, Plinius Bithyniæ proconsul cum afflicto Christianorum delationibus vrgeretur, atq; eorum varias esse causas reperiret, incertus sententiæ Traianum consuluit, atque epistolam ad eum misit, quæ quia in promptu est omnibus, in eius intexta epistolis, nunc omittitur. cui ille hoc modo respondit. *Christiani conquirendi non sunt. Si deserantur, & arguantur, puniendi sunt. Sine auctore propositi libelli nullo crimine locum habere debeant, nam et pessimi exempli, nec nostri sæculi est.*

Sub Hadriano deinde Iudæi rebellare voluerunt. Syriam, ac Palæstinam diripere conati, missoque exercitu subacti sunt.] Rebellio Iudæorum hæc fuit Anno CXXXV Iudæus quidam cognomento Barchobebus, te-



ste Iustino, Iudæos hortatus est, ut Christianos, nisi à Christo deficerent, ad graviora supplicia abriperent. Fusus autem Iudææ præfectus ab Hadriano missus magnam utriusque sexus Iudæorum stragem propterea

edidit, atque agrum eis ademptum Romanis addidit. sequenti anno vrbs capta, & solo æquata, veteribus templi reliquijs igne deletis. Tumque demum Iesu Christi vox diuina completa, cum dixit, *fore, ut Hierosolymis lapis super lapidem non remaneret.*

Qua tempestate Hadrianus existimans, se Christianam fidem loci iniuria perempturum.] Hadrianus Templum quoque Domini ad tollendam religionem terra obruit, ac templum aliud Veneri dedicauit, mansitque eo modo vsque ad Constantinum. Dio, Eusebius, Epiphanius. Paulinus in epist. ad hunc Seuerum. *Vbi sacra nati saluatoris infantia vagierat, illic Veneris lamenta fingentium lasciuis luctibus infamis ritus ululabat.*

Militum cohortem custodias in perpetuum agitate iussit, quæ Iudæos omnes Hierosolymæ aditu arceret.] Legem etiam tulit, ne cui è gente Iudæa liceret in agrum Hierosolymitanum inire. Idem. Chrysofomus in Lucam: *Veni Hadrianus, & quoniam rursum in Galilæa rebellauerunt Iudæi, reliquias ipsius civitatis desolauit. legem etiam tulit, ut nullus Iudæorum Hierosolymam accederet.*

Hierosolymæ non nisi ex circuncisione habebat Ecclesia sacerdotem.] Id est ecclesia Christianorum Hierosolymæ non habebat episcopum, nisi, qui fuisset Iudæus, ac circuncisus, ut Iacobum fratrem Domini, & Symeonem filium Cleophæ, & ceteros, qui ab illis consecuti sunt vsque ad Marcum.

Quod quidem Christianæ fidei proficiebat.] Vtile erat Christianæ fidei, neminem esse Christianum, nisi qui Iudæus sub legis obseruatione vixisset. ita ordinante Deo, ut libertas fidei legis seruitutem abrogaret.

Ita tum primum Marcus ex gentibus apud Hierosolymam episcopus fuit.] Eusebius huius rei auctor est libro LV. cap. VI. Hist. Eccles. inde reliqui.

HADRIA-

HADRIANI PERSECVTIO.

Quarta sub Hadriano persecutio numeratur, quâ tamen postea exerceri prohibuit: iniustum esse pronuntians, ut quisquam sine crimine reus constitueretur. Post Hadrianum Antonino Pio imperante, pax ecclesijs fuit.

Quarta sub Hadriano Persecutio numeratur, quâ tamen postea exerceri prohibuit, iniustum esse pronuntians, ut quisquam sine crimine reus constitueretur.] Meminit huius Persecutionis Eusebius quoque & S. Augustinus. cum autem quaestiones acerbissimæ exercerentur, Serennius Grannianus præfectus Asiæ litteras, ut inquit S. Iusti-

nus, ad Hadrianum misit in hanc sententiam, Sibi iniquum videri, Christianos nullo obiecto crimine, & indirecta causa, quo populi acclamationibus satisfaceret, neci dari. Quibus litteris rescriptis Hadrianus, *Minucio Fundano successore eius Asiæ proconsule, ut neminem Christianum sine iusto crimine, & non nisi nomine ad se delato morte multaret.* Extat rescriptum eius apud Eusebium multis verbis scriptum, & propterea hoc loco præteritur.

Post Hadrianum Antonino Pio imperante pax ecclesijs fuit.] Hac de re sic Xiphilinus ex Dione: *Constat inter omnes, Antoninum Pium probum virum fuisse. neque enim ceteris subditis grauis, nec Christianis insensus fuit. quos vehementer obseruauit.* Idem scribit Eusebius.

AVRELIJ PERSECVTIO.

Sub Aurelio deinde Antonini filio, persecutio quinta agitata. Ac tum primum intra Gallias martyria visa, serius trans Alpes Dei religione suscepta.

Sub Aurelio deinde Antonini filio Persecutio quinta agitata.] Hæc temporibus Marci Aurelij comota est, verum exercita à Lucio Vero illius collega. Eusebius libro quinto: *Anno seiprimo Antonini Veri, grauis, & acerba in nonnullis terræ par-*

partibus Persecutionis procella ex temerario populi impetu per singulas urbes excitata contra nos ingravescere cepit. in qua infiniti martyrio coronati sunt.

Actum primum intra Gallias martyria visa.] Qualia martyria hæc fuerint, affert Eusebius ex litteris ecclesiarum Gallicarum ad Afianas. quarum ille verba profert. nos eo labore superfedemus. Hinc Gregorius Turonensis in historia scripsit. *In Gallijs multi pro Christi nomine sunt per martyrium gemmis caelestibus coronati, quorum passionum historie apud nos fideliter usque hodie retinentur.*

Serius trans alpes Dei religione suscepta.] Hoc parum verum esse puto. nam S. Martialis Lemouicum, Eucherius Treuiros, Fronto Pretagoricas, Sabianus, & Potentianus Senonas ad prædicandum euangelium à S. Petro Apostolo missi post sub Nerone falsi esse dicuntur.

SEVERI PERSECVTIO.

Sexta deinde Seuero imperante Christianorum vexatio fuit.] Orosius hanc quintam vocat. *Seuerus, inquit, quinta post Neronem persecutione Christianos excruciauit. plurimiq; sanctorum per diuersas prouincias cruciati sunt.* Eusebius, & S. Augustinus sextam nominat.

Quo tempore Leonidas Origenis pater sacrum in martyrio sanguine fudit.] Magnitudo Origenis filij facit, vt pater Leonidas illi stirior sit. Res est exposita pluribus verbis ab Eusebio, qui Origenem doctum virum in primis, & probum vnice dilexit. quamuis ille in multis fidei decretis errauerit.

Interiectis inde annis VI II, & xxx pax Christianis fuit.] A primo anno Seueri vsque ad primum Decij anni numerantur xxviii, non xxxviii. quare hic numerus est retinendus, atque per

Sexta deinde, Seuero imperante, Christianorum vexatio fuit. Quo tempore Leonidas, Origenis pater, sacrum in martyrio sanguinem fudit. Interiectis deinde annis viii & xxx. pax Christianis fuit: nisi quod medio tempore, Maximinus nonnullarum Ecclesiarum clericos vexauit.

per eos annos quieuisse Christianos inquit.

Nisi quod medio tempore Maximinus nonnullarum ecclesiarum clericos vexauit.] Sumptum est ab Eusebio. qui ita scribit. *Maximinus propter grauem inuidiam, qua contra Alexandri familiam, in qua complures fideles, & Christiani versabantur, flagrabat, acerbam Persecutionem concitauit, iussuq; solos ecclesiarum præfides, tanquam quætores doctrine euangelicæ, neci dari.* Firmilianus etiam episcopus Cappadociæ epistola lxxv apud Cyprianum inquit, *hanc Persecutionem non per totum mundum, sed localem fuisse.*

DECII, ET VALERIANI PERSECVTIONES.

Mox Decio imperante, iam tum septima persecutione factum in Christianos.] Huius meminit Eusebius, Orosius, Augustinus, omnes. fuit enim crudelitate insignis.

Inde Valerianus octauus sanctorum hostis fuit.] De hac persecutione Cyprianus, Eusebius, S. Augustinus, Orosius.

DIOCLETIANI PERSECVTIO.

Post eum, interiectis annis ferè quinquaginta, Diocletiano & Maximiano imperantibus, acerbissima persecutio exorta, quæ per x. continuos annos plebem Dei depopulata est. qua tepestate omnis ferè sacro martyrum cruore orbis infectus est: quippe certatim gloriosa in certamina ruebatur,

Post eum interiectis annis fere quinquaginta Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus acerbissima persecutio exorta, quæ per decem continuos annos plebè Dei depopulata est.] Diocletianus, & Maximianus toto Imperij sui tempore infesti Christianis fuerunt, sed anno nonodecimo infestissimi, edictis acerbissimis aduersus eos propositis eaquona, ab alijs decima Persecutio appellata coepta est an

batur,

no

no ccciii. desijt anno cccxii, cum decem annos senuisset. Exercuere illum Diocletianus, & Maximianus anno vno, quousque imperio se abdicarunt, inde Galerius in Illyrico, Maximinus in Oriente, Maxentius in Italia. Nam Constantius, & Constantinus Magnus in Gallia, Hispania, & Britannia ab ea abstinerunt. Hac Persecutionem pluribus descripsit Eusebius memorie illius æqualis.

Qua tempestate omnis fere sacro martyrum cruore orbis infectus est. Quippe triginta dierum spatio xvii millia trucidata feruntur. Beda, & ceteri.

Quippe certatim gloria in certamina ruebatur. Opportunè reddens rationem, cur tam multi sacrotum martyrio coronati sint, laudat eorum temporum

Christianos, & maxime episcopos, qui non solum quæsi supplicia non horrescebant, sed etiam non quæsi ultro se cruciati bus offerebant. Extat præclarum de episcopis illorum temporum testimonium apud Marcellinum hominem à Christiana pietate remotum, quod hoc loco prætermittere nefas esse existimo. id est libro xxv i i. his verbis: *Quosdam provinciales antistites tenuitas edendi, potandiq; parcissime, vilias etiam indumentorum, & supercilia humum spectantia perpetuo numini, verisq; eius cultoribus ut puros commendant, & verecundos. Ut autem laudat illos, sic æquales suos non obscure carpit, quod pravis ambitionibus episcopatus appetere. ex quo apparet centum annorum spatio, pace ecclies reddita, piscam illam disciplinam esse corruptam.*

ac

batur, multoque auidius tum martyria gloriosis mortibus quærebantur, quam nunc episcopatus pravis ambitionibus appetunt. Nullis unquam magis bellis mundus exhaustus est: neq; maiore unquam triumpho vicinus, quam cum decem annorum stragibus vinci non potuimus. Extant etiam mandata litteris præclaræ eius temporis martyrum passionibus: quas connectendas non putavi, ne modum operis excederem. Sed finis persecutionis illius fuit, abhinc annos ix, & lxxx. à quo tempore Christiani imperatores esse cœperunt.

ac Christianos præclarus se in bello, quam in pace gessisse.

Nullis unquam magis bellis. Comparat Persecutionem cum bello, & ait nullo bello maiorem unquam numerum hominum esse deletum, quam hac Persecutione, nec Christianos maiore unquam triumpho vicisse, quam, cum decem annorum stragibus vinci non potuerunt. Vincti autem non potuerunt, quia usq; ad extremum Christianam constantiam tenuerunt, & supplicia tyrannorum contempserunt, is enim victor martyrij dicitur, qui tyranno fauienti non cedit.

Extant etiam mandata litteris martyrum passionibus. Credo intelligit eas, quas Eusebius historie suæ mandauit, ille enim separatim eas quoque edidit. verum nos non habemus, fortasse Sulpicius habuit. Vtinam autem ad tam præclaram conferendam memoriam ille in hanc historiam inclusisset.

Sed finis Persecutionis illius fuit ab hinc annos i x. & l x x x. à quo tempore Christiani Imperatores esse cœperunt. Hic est annus c c c x i i, quo Constantinus Magnus ex Gallijs Romam profectus, tyranno extincto Maxentio, Christianum se aperte professus est.

PAX SVB CONSTANTINO MAXIMO.

Namq; tum Constantinus rerum potiebatur, qui primus omnium Romanorum principum Christianus fuit. Sanè tum Licinius, quia aduersum Constantinum de imperio certauit, milites suos litare præcepit: abnuentes, militia reiciebat. Sed id inter persecutiones non computatur: adeò res leuioris negotij fuit, quam vt ad Ecclesiarum

vul-

Namq; tum Constantinus rerum potiebatur, qui primus omnium Romanorum principum Christianus fuit. Diocletiani Persecutionem pax excipit à Constantino Imperatore illata. Hoc scripsit Eusebius, atq; etiam Lactantius in Proemio ita: *Hoc opus nunc nominis tui auspicio inchoamus Constantine Imperator Maxime, qui primus Romanorum Principum repudicis erroribus maiestatem Dei singularis, ac veri, & cognouisti, & honorasti.*

BB

Sanc

Sanè tum Licinius, qui aduersus Constantinum de Imperio decertauit, milites suos litare præcepit, abnuetes militiæ rei ciebat, sed id inter Persecutiones non reputatur.] Diocletianus Galerium successorem reliquit in Orientali Imperio, Galerius Illyricum reliquit Licinio, homini Daco, Oriëtem Maximino sororis filio, Italiam, & Africam Seuerio item sororis alterius filio, quas ei Maxentius Maximini filius eripuit. Constantinus inde Galliam, Hispaniam, & Britanniam à patre Constantio acceptas retinens Italiam, & Africam Maxentio ademit. & Constantiam sororem Licinio in matrimonium tradidit anno cccxii Mediolani. Licinius igitur primùm gratia Constantini Christianis pepercit, & communibus armis Maximinum sæuientem deleuit, & sibi Orientem vindicauit. Inde subortis simultatibus Illyrico spoliatus est à Constantino proelio ad Cibalas in Pannonia superatus. Inde anno cccxix veteribus repetitis offensionibus, ut Constantinum exacerbaret, Christianos vexare, idest ad sacrificia cogere, cœpit. Itaque anno cccxxiii, & cccxxiiii, bello à Constantino in Thracia, & Bithynia victus Imperio primùm, deinde vita exutus est. Ex Eusebio, Zosimo, & alijs. Edicta Licinij contra Christianos hæc fuerunt. ne episcopi inter se conuenirent. ne Christiani in suo Palatio versarentur. ne viri cum mulieribus precationis causa in ecclesijs cõuenirent. ne episcopi mulieres sacra Christiana docerent. ne milites nisi nudato capite sacrificijs interessent. abnuentes muneribus spoliari, atque acerbissimis martyrijs afficerent. quam tamè vexationem leuio rem esse putat Sulpicius, quàm ut inter Persecutiones numeretur. fuerunt enim reliquæ Persecutionis Diocletiani.

Exinde tranquillis rebus perfrui-
m.] Post Licinium nullæ
à gen-

vulnera perueniret. Exinde tranquillis rebus pace perfrui-
m.] Post Licinium nullæ
à gen-

à gentilibus Persecutiones manarunt, sed ab hæreticis Imperatoribus. quas inter Persecutiones non numerant, ne decem numerum excedant. quod S. Augustinus miratur.

Neque vltius Persecutionem fore credimus, nisi eam, quæ sub fine iam sæculi Antichristus exercebit.] De qua scripsit Daniel, & S. Ioannes in Apocalypsi, ut supra dictum est, cap. xi.

Etenim sacris vocibus, decem plagis mundum afficiendum pronuntiatum est. ita cum iam nouem fuerint, quæ superest, vltima erit.] Hoc breuissimè à Sulpicio significatum multis verbis explanauit S. Augustinus libro xix de Ciuitate Dei cap. x xi. cū hanc opinionem, ut inanem, refelleret: Proinde nec illud quidem temere puto esse credendum, quod nonnullis visum est, vel videtur, nõ amplius Ecclesiam passuram Persecutiones usque ad tempus Antichristi, quàm quot iam passa est, idest decem. & undecima, eademq. sit ab Antichristo nouissima. Primam quidem computant à Nerone que facta est, secundam à Domitiano, tertiam à Traiano, quartam ab Antonino, quintam à Seuero, sextam à Maximino, septimam à Decio, octauam à Valeriano, nonam ab Aureliano, decimam à Diocetiano, & Maximiano. Plagas enim Aegyptiorum, quoniam decem fuerunt, antequam inde exire inciperet populus Dei, putant ad hunc intellectum esse referendas, ut nouissima Antichristi Persecutio similis videatur undecimæ plagæ, quæ Aegyptijs, dum hostiliter persequebantur Hebræos, in mari Rubro, populo Dei per siccum transiisse, perierunt. Sed ego illa re gesta in Aegypto istas Persecutiones propheticè significatas esse non arbitror, quamuis ab eis, qui hoc putant, exquisitè, & ingeniosè illa singula his singulis comparata videantur, non prophetico spiritum, sed coniectura mentis humana, quæ aliquando ad verum peruenit, aliquando fallitur. Offendit inde multas alias persecuciones fuisse partim à Iudæis, partim à rebus hæreticis illatas. atque ita concludit. Hæc, atque huiusmodi mihi cogitanti non videtur esse definiendus numerus Persecutionum, quibus exerceri oportet Ecclesiam. Sed rursus affirmare aliquas futuras à regibus, præter illam nouissimam, de qua nullus ambigit Christianus, non minoris est temeritatis. Itaque hoc in medio relinquimus, neutram partem questionis huius astruentes, siue destruentes, sed tantummodo ab affirmandi quodlibet horum audaci presumptione renocantes.

Hoc temporum tractu mirum est, quantum inualuerit religio Christiana.] Nempe ab anno cccxii, quo Constantinus Christi professus est, vsq; ad annum cccxxvii, quo mortem oppetit.

S. CRVCIS INVENTIO.

Tam siquidem Hierosolyma horrens ruinis, frequentissimis, ac magnificentissimis templis est adornata.] Constantinus delecto Licinio, & Oriente sibi adiuncto Nicenum concilium absoluit. Inde templum magnificentissimum ædificari iussit apud Hierosalem in loco Caluarie ad mortem Christi cohonestandam. Helena vero mater alterum in Bethleem, tertium in monte Oliueti ad natiuitatem, & ascensionem honorandam construxit anno cccxxvi. vocat autem Hierosolymam horrentem ruinis, propter excidium à Tito, & ab Hadriano illatū. quamuis post Hadrianus ruinas urbis miseratus eam aliqua ex parte refecerit, atque Aeliam appellarit.

Nanque Helena, mater principis Constantini, quæ Augusta cum filio conregnabat, cum Hierosolymam agnoscere concupisceret, reperta ibi idola, ac templa prostravit.] Helena Augusta iam exacta ætate, vt Orientem, in quo erat Iudæa, in potestatem filij venisse vidit, pietatis causa Hierosolymam adiit, vt locū, in quo Christi

Tum siquidem Hierosolyma horrens ruinis, frequentissimis ac magnificentissimis Ecclesijs est adornata. Nanque Helena, mater principis Constantini, quæ Augusta cum filio coregnabat, cum Hierosolymam agnoscere concupisceret, reperta ibi idola ac templa prostravit: mox vsa regni viribus, basilicam in loco Dominicæ passionis, & resurrectionis, & ascensionis constituit. Illud mirum, quod locus ille, in quo postremum institerant diuina vestigia, cum in cælum Dominus nube sublatus est, continuari pavimento cum reliqua stratorum parte non potuit. Siquidem quæcūque applicabatur, insolens humana suscipere terra respueret, excusis in ora apponentium sæpe marmoribus. quinetiam calcati Deo pulueris adeo perenne do-

cu-

cumentum est, vt vestigia impressa cernantur. Et cum quotidie confluentium fides certatim Domino calcata diripiat, damnum tamen arena non sentiat: & eadem adhuc sui speciem, velut impressis signata vestigijs, terra custodit. Eiusdem reginæ beneficio crux Domini tum reperta: quæ neque in principio obsistentibus Iudæis potuerat consecrari, & postea diruta ciuitatis oppressa ruderibus, non nisi tam fideliter reuerenti meruit ostendi. Igitur Helena primum de loco passionis certior facta, ad mora militari manu, atque omnium provincialium multitudine in studia reginæ certantium, effodi terram, & contigua quæque ac vastissima ruinarum purgari iubet: mox pretium fidei & laboris tres pariter cruces, sic vt olim Domino ac latronibus duobus fixæ fuerant, reperiuntur, Hic ve-

rò

rus homo versatus fuerat, oculis suis subijceret. cumque in loco sepulchri templum, & simulachrum Veneris ibi ab Hadriano collocatum reperisset, vtrumque diruit. vt Eusebius prodit. atque hæc sunt idola, quæ Sulpicius tradit.

Mox vsa regni viribus basilicam in loco Dñicæ passionis, & resurrectionis, & ascensionis constituit.] Basilicas Christiani appellant maiores ecclesias, vt Titulos, & parochias, minores. Basilicas vero aut Deo dicarunt, eaque Dñicæ dixerunt, aut martyribus, & Martyria nominarunt. Helena vero basilicam ex vetricibus Imperij permittente filio condidit, vnam in loco Dñicæ passionis, idest in monte Caluarie. quod nunc Sepulchrum Domini dicitur; alteram in loco Ascensionis, idest in monte Oliueti. in loco vero resurrectionis nullam. nam idem est resurrectionis ac sepulturæ locus. melius dixisset, in loco natiuitatis, vt basilicam in Bethleem conditam indicaret. Eusebius.

Illud mirum, quod locus ille, in quo postremum institerant diuina vestigia, cum in cælum Dominus nube sub-

B B 3 latus

latus est, continuari pavimento cum reliqua stratorum parte non potuit.] Hoc miraculum apud neminem alium legi. loquitur autem de templo Oliueti.

Eiusdem reginæ beneficio crux Domini tum reperita.] Crucem ab Helena inuentam produunt Eusebius de vita Constantini, Paulinus ad Seuerum epistola II. Rufinus in historia ecclesiastica, itemque Theodoritus, & S. Ambrosius in Oratione de obitu Theodosij.

Quæ neque in principio obstitentibus Iudæis poterat consecrari, & postea diruta ciuitatis oppressa rudibus, non nisi tam fideliter inquirenti meruit ostendi.] A principio Christiani crucem consecrare non potuerunt, quia Iudæi per annos xxxviii. prohibuerunt. sequuta est inde anno Lxxi ruina templi, & Hierusalæ, qua crux obruta rudibus prope euauit, vsque ad annum cccxxvi. quo diuino spiritu reuelata inuenta est.

Igitur Helena primum de loco passionis certior facta.] Admonita nempe ab incolis loci, sepulchrum ibi fuisse, ubi tum erat templum, & simulachrum Veneris, terram egeri iussit, atque ea altè effossa tandem tres cruces inuenit, adhuc terræ ita fixas, vt steterant, cum Christus, & latrones eis affixi fuerant. Eusebius, Rufinus, Theodoritus, Paulinus.

Hic verò maior dignoscendi patibuli, in quo Dominus pependit,

rò maior dignoscendi patibuli, in quo Dominus pependit, difficultas omnium animos mentesque turbauerat, ne errore mortalium forsitan pro cruce Domini latronis patibulum consecrarent. Capiunt deinde consilium, vt aliquem recens mortuum crucibus admouerent. Nec mora, quasi Dei nutu funeris extincti sollènis exequijs deferebatur, concursuque omnium feretro corpus eripitur. Duabus prius frustra crucibus admotis, ubi Christi patibulo attatum est, dictu mirabile, trepidantibus cunctis, funus excussum, & inter spectatores suos astitit: Crux reperta, dignoque ambitu consecrata.

rat, difficultas.] Cum tres essent, ambigere cœperunt, quæ potissimum corpus Domini sustinuisset, ne crucem latronis pro cruce Domini consecrarent, ac colerent.

Capiunt inde consilium, vt aliquem recens mortuum crucibus admouerent.] Alij ægrotum admotum. Sulpicius, & Paulinus mortuum produunt.

Nec mora, quasi Dei nutu funeris extincti solemnibus exequijs deferebatur.] Legendum *funus extincti*, vt sit funus hominis mortui deferebatur. sic Cicero de Oratore. *Cupi funus quoddam duceretur.*

Funus excussum, & inter spectatores suos astitit.] Idest mortuus excitatus est.

Crux reperta, dignoque ambitu consecrata.] Ambitum honorem, & pompam consecrationis vocat.

HAERESIS ARRIANA, ET CONCILIVM NICÆNVM CATHOLICVM contra eum.

His per Helenam gestis, p̄ncipe Christiano libertatem atque exemplum fidei mundus acceperat: sed longè atrocius periculū cum d̄is Ecclesijs illa pace generatum. namque tum hæresis Arrij prorupit, totumq; orbem inuesto errore turbauerat. Etenim duobus Arrijs, acerrimis perfidiæ huius auctoribus, Imperator etiam deprauatur: dūque sibi religionis officium videtur implere, vim perse-

cutio-

His per Helenam gestis, p̄ncipe Christiano, libertatem, atque exemplum fidei mundus acceperat. sed longè atrocius periculū cum d̄is ecclesijs illa pace generatum. namque tum hæresis Arrij prorupit.] Restant huius libri duo exponenda capita, quæ res continent vt periculosas, sic ad memoriam maximè insignes. Vnū est hæresis Arriana, alterū, quæ Priscillianistarum est d̄cta. De hæresi Arriana hinc dicere orsus inde narrationem longius prouehet. atque in primis quinque concilia ad eam rem habita memorabit, Nicænum, & Sar-

BB 4

dicense,

dicense, quæ Catholica fuerunt, Sirmienſe, Mediolanenſe, & Ariminenſe, in quibus Arrianorum eſt deſenſa ſententia. Ordo aut̄ huius hiftoriæ ſic contexitur. Anno cccxx Arrius preſbyter cum epifcopo ſuo Alexandro de Trinitate diſputare inſtituit, atque opinionem Sabellianæ contrariam intulit. vt enim ille vnam, naturam, & perſonam eſſe patris, & filij cenſuit, ſic Arrius duas eſſe naturas, duasque perſonas aſſeruit, ac filium ita à patre creatum eſſe, vt fuiſſet tempus, cum non eſſet. cum autem magnæ propterea inter epifcopos Orientis cõſtatæ diſſenſiones eſſent, recta fides in magnum adducta diſcrimẽ erat. Interim Conſtantinus anno cccxxi bellum cū Licinio Orientis domino iniit, atq; illud anno cccxxiv feliciffimè confecit. Cum autem ex Thracia in Aſiam, & Aegyptum tranſire victor ad eas prouincias ordinandas vellet, tumultus graues eccleſiarum, & cauſam eorum accepit. atque ita ex Sylueſtri tum pontificis auctoritate conciliũ ad eam rem tranſigendam in Bithyniam Nicæam indixit. quo anno ſequenti, id eſt

ccc-

tionis exercuit: actique in exiliũ epifcopi, ſauitũ in clericos, animaduerſum in laicos, qui ſe ab Arrianorum communionẽ ſecreuerant. Quæ autem Arriani prædicabant, erant huius ſcæmodi: patrem Domini inſtituendi orbis cauſa genuiſſe filium: eò pro potestate ſui ex nihilo, in ſubſtantiã nouam atque alterã, factum Dominum nouum, alterumq; fuiſſe autem tempus, quo filius non fuiſſet. Igitur huius mali cauſa Synodus apud Nicæam exto orbe contrahitur. ccc ſiquidem & duo de viginti epifcopis congregatis, fides plena conſcribitur: hæreſis Arriana damnatur, Imperator decretum epifcopale complectitur. Arriani nihil contra ſanam fidem retractare auſi, ſe quoque tamquã acquieſcentes, nec aliud ſentientes, Eccleſijs miſcuerunt: manebat tamẽ in pectoribus eorum inſitũ

in

in catholicos viros odium: & aduerſus quos de fide diſceptare non poterant, eos ſubornatis accuſatoribus, fictiſq; criminibus appetebant. Itaque primũ Athanaſium Alexandria epifcopum, iuriſconſultum, qui apud Nicænam ſynodum diaconus adfuerat, agrediuntur, abſentemque condemnant. Etenim ad crimina, quæ falſi teſtes cõgeſſerãt, aggregabãt, quòd Marcellum atque Photinũ, hæreticos ſacerdotes, Synodi iudicio condemnatos, prauo ſtudio recepiffet. Sed de Photino dubium nõ erat, meritò fuiſſe damnatum: in Marcello nihil tum damnatione dignum reperitũ videbatur: maximumq; ei ſtudium partium innocẽtium acceſſerat, quòd eoſdem illos iudices, à quibus fuerat condemnatus, hæreticos eſſe nemo dubitabat. Ceterũ Arriani non hoſ potius quã Athanaſium,

civ. 10.

ccccxv Paullino, & Iuliano conſ. epifcopi cccxxviii conuenerunt, ac formulam fidei conſcripſerunt, in qua præter cetera *filium genitum, non factum, conſubſtantialem patri, & ex patre natum ante omnia ſæcula conſirmarunt.* Inde Helena in Orientem progreſſa crucem inuenit. Hæc teſtimonio Euſebij, Soſtrati, Theodoriti, Ruſini aliorumque ſcriptorum ita manifeſta ſunt, vt conuelli non poſſint. Neque vero aliter ſentit Sulpicius, niſi quòd in ordine rerum non mediocriter labitur. Nam ſignificat, Helenã ante crucem inueniſſe, quã Arriana prorumperet hæreſis, aut Concilium Nicænum aduo caretur. Quòd facere non potuit, Licinio vſque ad cccxxiv annum Chriſti Oriẽtis Imperiũ obtinente.

Etenim duobus Arrijs accerimis perſidiæ huius auctoribus Imperator etiã de prauatur.] Quærat fortaſſe, qui ſint hi duo Arrij. Horum vnus fuit Arrius auctor hæreſis aſſerentis, Chriſtum à Deo creatum eſſe ex nihilo. Alter verò fuit Arrius ille ſecundus, cuius Alexander epifcopus in epiſtola apud Socratem meminit, credo, preſbyter ille, quem

Con-

Constantia moriens Constantino fratri Augusto commendauit, & per quem Arrio priori Constantinus conciliatus est. & cui Constantinus moriens testamentum suum commisit. Hi Constantinū specie pietatis aut corruerunt, aut certe decepti, cum se cū Catholicis sentire prolata falsa fidei formula simularent: Huius presbyteri Socrates, & reliqui meminerunt, sed suppressio nomine. Verū hæc, quæ ante Nicæni concilium acta fuisset, Sulpicius uideretur innuere, non solum post concilium, sed etiam in extremo Constantini imperio acta sunt.

Actūque in exilium episcopi.] Vnum tantum Athanasium accepimus à Constantino esse in Galliam relegatum, ut pacem Alexandrinæ ecclesiæ pareret. quem etiam moriens paulo post restitui iussit. Cetera, quæ in clericos, & laicos à Constantino, tanquam Arriano, facta dicuntur, apud locupletes auctores non inueniuntur.

Quæ autem Arriani prædicabant, erant huiusmodi. Patrem Domini instituendi orbis causa genuisse filium, & pro potestate sui ex nihilo in substantiam nouam, atque alteram factū Dominum nouum, alterumque, fuisse autem tempus, quo filius non fuisset.] Ex epistola Alexandri episcopi apud Socratem, Arrius dixit filium factum esse proprio Dei verbo, & sapientia, per quam cetera omnia fecit. item nostra causa factum esse, ut Deus per ipsum, tanquam per instrumentum nos crearet, neque exstitisset, nisi Deus nos creare decreuisset. Itaque his uerbis opposita sunt uerba illa Symboli Nicæni contra illum constituti. *Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de caelis. Ceterum censuit Arrius, filium non esse ex eadem substantia, qua patrem. neque coæternum, sed factum, & creatum fuisse ex nihilo, & fuisse tempus, cum non esset. Unde in quadam epistola apud Epiphanium dixit: Propter hoc Persecutionem patimur, quia diximus, Principium habet filius, Deus uero sine principio est; quod dicimus: Filius ex nihilo est, eò quod neque pars Dei est, neque ex subiecto quodam.*

Igitur

Igitur huius mali causa Synodus apud Nicæam ex toto orbe contrahitur.] Constantinus delecto, ut dixi, in Bithynia Licinio; cū audisset, Aegyptum, Asiamque turbatam esse dissidijs episcoporum inter se de fide dissentientium, concilium Nicæam in Bithynia conuocauit ex auctoritate Syluestri pontificis. Anno cccxxv, Iuliano, & Paullino coss. conuenere ferè ex Oriente cccxvii episcopi, quibus etiam uehicular, & iumenta ad celeritatem itineris Constantinus suppeditauit. affuere etiam legati Syluestri Pontificis Victor, & Vincentius, præterea ex Hispania Osius episcopus Cordubensis.

Fides plena conscribitur.] Fidem appellat Symbolum fidei à concilio Nicæno conscriptum; plenum autem, quia illo omnibus hæresibus, quæ de patre, & filio ante fuerant, est responsum, certaque fides plenissimè constituta, quod in Symbolo Apostolico non fuerat factum. in illa enim breuiter ita scriptum erat.

Credo in Deum patrem omnipotentem creatorem cæli, & terræ. in hoc uerò plenius. Credo in unum Deum patrem omnipotentem, factorem cæli, & terræ, uisibilem omnium, & inuisibilem. Ibi erat: Et in Iesum Christum filium eius unicum, Dominum nostrum, qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria uirgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & sepultus, descendit ad inferos, tertia die resurrexit à mortuis, ascendit ad caelos, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis, inde uenturus est iudicare uiuos, & mortuos. In hoc uerò omnia uerius. Et in unum Dominum Iesum Christum, filiū Dei unigenitum, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum uerum de Deo uero, genitum non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt, qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de caelis, & incarnatus est de Spiritu sancto, & homo factus est. & quæ sequuntur. Quæ uerò ad Spiritum sanctum pertinent, ea tum intacta relicta, ac post Chalcedonensi concilio pluribus explicata, & acta.

Hæresis Arriana damnatur.] Et quidem his uerbis. *Qui dicunt, Erat, quando non erat, & priusquam gigneretur, non erat, aut quod ex nihilo factus est, aut ex alia substantia, uel essentia, dicentes esse aut creatum, aut alterabilem filium Dei, hos tales anathematizat Catholica, & Apostolica Ecclesia.* Dicitur autem anathema, teste Socrate, sententia contra alicuius blasphemix auctorem pronuntiata, quod perinde nota fiat, ac si in columna incisa publicè proponatur.

Impe-

Imperator decretum episcoporum amplectitur.] Quippe narrat Eusebius, perfectio concilio Constantinum misisse litteras in omnes prouincias ad episcopos, eosque certiores fecisse de ijs, quæ in Nicæno concilio constituta erant, de quæstione Trinitatis, & diei Paschatis celebrandi simulque edictum litteris adiunxisse, ut omnes et decreto assentirentur. Eusebius, Socrates, & ceteri.

Arriani nihil contra sanam fidem retrahere ausi, se quoque tanquam acquiescentes, nec aliud sentientes, Ecclesiis miscuerunt.] Hi fuerunt Eusebius episcopus Nicomedienensis, & pauci alij, qui post aliquot annos cum libellum poenitentiae porrexissent, ecclesijs suis, quas damnati amiserant, restituti sunt.

Manebat tamen in pectoribus eorum insitum in Catholicos viros odium, & aduersus quos de fide disputare non poterant, eos subornatis accusatoribus, factisque criminibus apperebant.] Qui sunt Catholici, aut vnde vocentur, & quemadmodum opponantur hereticis, pluribus docuit D. Pacianus in epistola ad Sympronianum Nouatianum. quam de industria de Catholico nomine scripsit his verbis. *Sub apostolis, inquit, nemo Catholicus vocabatur. esto: sic fuerit. vel illud indulge, cum post apostolos hæreses exiissent, diuersisque nominibus columbam Dei, atque reginam lacerare per partes, & scindere niterentur, namque cognomen suum plebs apostolica posulabat, quæ incorrupti populi distingueret unitatem.* Et post. *Christianus mihi nomen est, Catholicus vero cognomen. illud me nuncupat, istud ostendit. hoc probat, inde significat. Et si reddenda postremo Catholici vocabuli ratio est, & exprimenda de Græco interpretatione Romana, Catholicus ubique unum, vel, ut doctiores putant, obedientiam omnium nuncupatur mandatorum, scilicet Dei. unde Apostolus, Si in omnibus obedientes estis. Et iterum. Sicut enim per inobedientiam unius peccatorum constituti sunt multi, sic per dicto audientiam unius iusti constituitur multi. Ergo qui Catholicus, idem obediens, idem est Christianus. atque ita Catholicus Christianus est. Quare ab heretico nomine noster populus hac appellatione diuiditur, cum Catholicus nuncupatur. Sed & quod Catholicus ubique unus est, sicut superiores putant, id ipsum David indicat dicens. Affuit regina veste aurata, & varietate circumdata. hoc est una in omnibus. Et in Cantico Canticorum sponsus hæc loquitur. Una est columba mea, perfecta mea, una est mari sue, electa est generici sue. Ergo in omnibus una, & una super omnia. Hæc ille. Nos autem putamus Catholicum dici, qui fide catholica imbutus est, fides autem Catholica est, quam Catholica tuetur Ecclesia.*

fia. quod nomen apostoli in simbolo fidei à se confecto posuerunt, *Et sanctam Catholicam Ecclesiam.* Vt autem epistolæ Catholica dictæ sunt, quæ non vni sigillatim, sed in vniuersum multis, aut vniuersis sunt missæ, sic fides Christiana Catholica dicta est, quæ legem continet non Hebræis tantum à Deo datam, vt lex Moysis, sed Hebræis, & gentilibus, & ceteris omnibus. Qui ergo Christianus cum Catholica sentit Ecclesia, is verè catholicus, qui ab ea paullulū disidet, hæreticus appellatur. Apostoli enim, fidem à Christo traditam breuiter in simbolo digesserunt. quod postea subortis hæresibus patres interpretantes magis dilatarunt. ac sanctam Catholicam Ecclesiam eam, quam apostoli constitutus sent, prodiderunt.

Itaque primum Athanasium Alexandriae episcopum iuriconsultū qui apud Nicenam Synodum affuerat diaconus, aggredimur, absentemque condemnant.] Hæc vix intelligi possunt. nisi pluribus verbis explicentur. Post res Nicæno concilio constitutas Eustathius episcopus Antiochenus scriptum edidit, in quo consubstantiali patri filium, quod negauerant Arriani, defendit. Cui Arriani responderunt. Itarecrudescente odio concilium ad eam rem Antiochiæ habitum est, in quo Arriani Eustathium Antiochenum, & Athanasium Alexandrinum episcopos, Catholicorum principes, confictis criminibus accusarunt, atque Eustathium obiecto adulterio ecclesia depulerunt. Athanasium inde aduersus falsa aduersariorum crimina Constantinus defendit. inde cum manū mortuo Arieno defecuisse, sacrum calicem confregisse, & stuprum commisisse obijcerent, ad eas res concilium Cæsaream anno CCCXXXV aduocauit. Athanasius autem, qui illi concilio non affuerat, postero Tyrum accelsit, ac refutatis criminibus, concilio nondum dimisso ad Constantinum se contulit. atque ita abiens, quod citatus ad Cæsariensem concilium non affuisset, damnatus est. Hæc ex Apologia Athanasij, & Socrate, ceterisque,

Etenim ad crimina, quæ falsi testes congesserant, aggregabant, quod Marcelum, atque Photinum hereticos sacerdotes Synodi iudicio condemnatos prauo studio receperat. De Photino dubium non erat, merito fuisse damnatum. In Marcello nihil ium damnatione dignum reperit.] Mire hoc loco res, & tempora à Sulpicio confunduntur. nam Græci, quibus hæc tradere præcipue curæ fuit, hæc ipsa post mortem Constantini facta rettulerunt, quæ à Sulpicio præpostere ordine in ætatem Constantini reijciuntur, & quidem hoc illi ordine.

ordine. Anno cccxxv viuentē adhuc Constantino, teste Socrate, Marcellus Ancyrae episcopus contra Aterium quendam, qui tum editis libris Arrii dogma afferbat, librum conscripsit. & dum errorem eius coarguere voluit, imprudenter sese in contrarium induit, quippe afferens Christum, quomodo Paulus Samosatenus censuerat, solum hominem esse. Cum autem eo anno episcopi Hierosolymis conuenissent, Asterij, vt hominis priuari, nullam rationem habuerunt, sed à Marcello, vt ab episcopo, libri sui rationem repoposcerunt, eaq; re comperta, vt sententia desisteret, preceperunt. ille librum se combuturum promisit. concilio inde Constantinopolim à Constantino aduocato rursus de Marcelli causa disceptarunt. atque eum, contra quam promiserat, librum se comburere velle recusantem, ecclesia spoliarunt. ac loco eius Basilium Ancyram miserunt, Eusebius autem Pamphyli tribus libris editis opinionem eius redarguit. Hæc Socrates. Hos ego Eusebij libros nondum typis impressos legi, à Ioanne Curterio viro doctissimo, & eiusmodi monumentorum indagatore diligentissimo mihi datos. Anno cccxxvi Constantinus nouis Arrianorum criminationibus in Athanasium intentis permotus ipsum Treuiros in Galliā amādauit. Anno cccxxvii Constantino mortuo Athanasius Constantini iunioris ope ad Ecclesiam Alexandrinam se rettulit. Anno cccxli Arriani episcopi Antiochiæ conuocari Athanasium episcopum ecclesia depulerunt, quod inuisu episcoporum ad illā se recepisset. Anno cccxlii Marcellus Ancyrae episcopus Romam profectus Iulij pontificis litteris ecclesiam suam recuperauit. Anno cccxliiii Photinus episcopus Sirmienensis Marcelli discipulus supradictam hæresim renouauit, neque cum Catholicis, neque cū Arrianis utique congruentem, nempe filium nullo modo ante sæcula genitum fuisse, sed ex Maria primum initium habuisse, atq; hominem tantummodo esse, cum Catholici genitum ab æterno dicerent, Arriani verò eum factum, cum creare Deum mundū constituit. Anno inde cccxlviii Concilium Sardicæ in Dacia Mæsia Catholicis habuerunt, in quo fidem Nicænam, quæ oppugnabatur, confirmauerunt, atq; Athanasium, ac Marcellum ab Arrianis, vt diximus, damnatos absoluerunt, Photinum vero vt verè hæreticum condemnarunt. tum verò Athanasius Marcellum absolutum in communionem recepit, Photinum damnatum non item. Hæc ordine gesta esse, ostendit Socrates, & Sozomenus. Quæ peruersè

relata

relata esse à Sulpicio constat. Falsum est. n. Arrianos viuentē Constantino Athanasio obieciſſe, quod Marcellum, & Photinū damnatos recepisset. neq; enim Athanasius Marcellū recepit in communionem, nisi postquam Sardicēsi cōcilio absolutus est, Photinum autem nunquam. Et Photini causā viuentē Constantino tractari non potuit, cum post eius mortem hæresim suam intulerit. Arriani autem eum neq; Hierosolymitano, neq; Constantinopolitano concilio, id est viuentē Constantino, absoluerunt. sed post Sardicēsi concilio absolutus est à Catholicis.

Maximèq; ei studium parium innocentiā accesserat, quod eosdem illos iudices, à quibus fuerat condemnatus, hæreticos esse, nemo dubitabat.] Catholici maximè eo nomine ad absolutionem Marcelli inclinarunt, quod is ab Arrianis hæreticis fuerat condemnatus.


Ceterum Arriani non hos potius, quam Athanasium, remouere cupiebant. Itaque Imperatorem eonſq; compellunt, vt Athanasius exulatum ad Gallias mitteretur.] Quam vellem; hanc partem nunquam attigisset Sulpicius, confundit enim tempora Constantini patris hominis Catholici cum temporibus Constantij Arrianae labe imbuti, quod postea fecere quoque alij, hanc historiam multis erroribus deprauantes. Athanasius enim à Constantino Treuiros in Gallias relegatus est, antequam Photini nomen in Ecclesia increbesceret.

Mox in Aegypto octoginta episcopi congregati Athanasium iniuste condemnatum fuisse pronunciant.] Huius concilij nemo præter hunc alius meminit.

CONCILIVM SARDICENSE CATHOLICVM COTRA ARRIANOS.

Res ad Constantinum refertur. iubet ex toto orbe apud Sardicam episcopos congregari: atque omne iudiciū, quo Athanasius damnatus fuerat, retractari. Inter hæc Constantinus moritur.

Res ad Constantinum refertur, iubet ex toto orbe apud Sardicam episcopos congregari.] Nihil fingi potest peruersius. Nam Concilium Sardicēse rogatu Constantis, & permisso Constantij actum est in Dacia anno decimo, postquam Constantinus pater vita decesserat. in



in quo, vt dixi fides Nicæna est confirmata, Athanasius, & Marcellus absoluti, Photinus condemnatus.

Inier hæc Constantinus moritur.] Moritur Constantinus anno cccxxvii, Concilium Sardicæ habetur anno cccxlvii. Vide, quàm hæc omnia labent.

Synodus congregata iam Constantino Imperatore, Athanasium absoluti, Marcellus quoque episcopatu redditur.] Verum utrunque, falsum illud, Sardicæ viuentis Constantino episcopos conuenisse.

Nam de Photino episcopo Sirmiensi, non est rescissa sententia, quia etiam nostrorum iudicio hæreticus probabatur.] Quoniam Photinus de filio neque cum Catholicis, neque cum Arrianis consentiebat, propterea Catholici damnationem Arrianorum non resciderunt, sed confirmarunt. si modo verum est, eum ante Sardicenses concilium condemnatum.

Et tamen hoc ipsum Marcellum grauabat, quia Photinus auditor eius fuisse in adolescentia videbatur.] Hoc idem tradunt Græci, Photinum discipulum Marcelli fuisse. Quare mirum fuit, absoluti

tur. Synodus congregata iam Constantino Imperatore, Athanasium absoluti: Marcellus quoque episcopatu redditur. Nam de Photino episcopo Sirmiensi non est rescissa sententia, quia etiam nostrorum iudicio hæreticus probabatur. Et tamen hoc ipsum Marcellum grauabat, quia Photinus auditor eius fuisse in adolescentia videbatur. Veruntamen ad Athanasij absolutionem etiam illud accefferat, quod Ursatius & Valens, principes Arrianorum, cum post Synodum Sardicensem videretur à communionem secrete, coram positi, à Iulio Romanæ urbis episcopo veniam poscerunt, quod innoxium condemnassent: meritoque eum sententia concilij Sardicenses absolutum professi sunt. Interiecto deinde tempore Athanasius, cum Marcellum parum sanæ fidei esse penitus comperisset, à communionem suspendit. habuitque

buitque ille hanc verecundiam, vt tanti viri iudicio notatus, sponte concederet. Ceterum antea innocens, postea deprauatus, videri poterat iam tum nocens fuisse, cum de eo fuerat iudicatum.

repetiuit Socrates. factum est autem anno cccxlviii. Ursatius Singidonis Mœsiæ, Valens Mursæ. Pannoniæ episcopi fuerunt. Iulius post Marcum pontifex fuit.

Interiecto deinde tempore Athanasius, cum Marcellum parum sanæ fidei comperisset, à communionem suspendit.] Huius rei Sulpicius solus est auctor. Epiphanius autem inquit, Athanasium à se de Marcellis interrogatum ita respondisse, vt neque defenderit eum, neque arguerit, sed leui risu edito ostenderit, haud magnum illum flagitium esse, vt qui semetipsum purgasset.

CONCILIVM SIRMIENSE ARRIANVM.

Nacti ergo Arriani istiusmodi occasionem, conspiciunt, penitus Sardicenses Synodi decreta subuertere. Etenim eis color quidam superpetere videbatur, quod tam iniuste fuisset pro Athanasio iudicatum, quàm Marcellus fuerat absolutus, qui nunc etiam Athanasij iudicio hæreticus esse probaretur. Namque Marcellus Sa-

absolui magistrum, eodem nari discipulum. Verum longe inter se opinione differant, nam Marcelli opinio ad Sabellianam propius accedebat, Photini ad Paulianam.

Veruntamen ad Athanasij absolutionem etiam illud accefferat.] Hoc de se scripsit Athanasius in Apologia, &

Ursatius

Ursatius

Nacti ergo Arriani istiusmodi occasionem conspiciunt penitus Sardicenses Synodi decreta pernertere.] Græci scribunt, Arrianos Constantis Imperatoris morte excitatos, & Constantij leuitate confisos consilia concilij Sardicenses peruertendi cepisse. Sulpicius verò alias fortasse, quibus nos caremus, sequutus historias, iudicio Athanasij Marcellum condemnantis adductos tradit.

Etenim eis color quidam superpetere.

bellia-

CC

pere.

petere uidebatur, quod tam iniuste fuisset pro Athanasio iudicatum.] Concilium Sardicense damnabant eo nomine, quod Athanasium ab soluisset, nam tam illum iniuste absolutum fuisse, quam Marcellus fuerat, quæ post Athanasium, tanquam hæreticum, à communione depulerat.

Namque Marcellus Sabellianæ hæresis auctor existebat.] Hoc idem scribit Epiphanius libro tertio contra hæreticos. Quare Arriani bellum ei mouerunt, ut qui Sabellianis aduersentur, nam ut Sabelliani solam diuinitatem in Christo defendunt, sic Arriani solam humanitatem.

Photinus uero nouam hæresim iam ante protulerat à Sabellio quidem in unione dissentiens, sed initium Christi ex Maria prædicabat.] Epiphanius inquit, Sabellium docuisse eundem esse Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, ut sint in una substantia tres nomēclaturæ. Photinus uero hoc negauit. quippe qui Christum non ante fuisse, quam Mariæ Matrem, atque ex ea principium habuisse, dixerit. Arriani uero Christum creatum ante secula dixerunt.

Itaque

bellianæ hæresis assertor extiterat: Photinus uero nouam hæresim iam ante protulerat, à Sabellio quidem in unione dissentiens, sed initium Christi ex Maria prædicabat. Igitur Arriani astuto consilio miscerent innoxium criminosis, dānationemque Photini & Marcelli & Athanasij eadem sententia comprehendunt: illud nimirum apud Imperatorum animos præstruentes, ut non putarentur de Athanasio peperam iudicasse, qui de Marcello atque Photino uera sensissent. Veruntamen ea tempestate Arriani perfidiam suam occultabant, non auidè palam erroris sui dogmata prædicare, catholicos se gerebant, nihil sibi prius agendum rati, quam ut Athanasium Ecclesiæ submouerēt, qui semper eis uelut murus obstitit: quo remoto, reliquos in libidinem suam cefuros sperabant. Sed pars

seque-

sequebatur, damnationem Athanasij cupitam accepit: pars coacti metu & factione, in studia partium cōceserant. pauci quibus fides cara, & ueritas potior erat, iniustum iudicium non receperunt. inter quos Paullinus, episcopus Treuerorū, oblata sibi epistola ita subscripsisse traditur, se in Photini atque Marcelli damnationem præbere cōsensum, de Athanasio non probare. Tum uero Arriani, ubi doli parum procefferant, ut agere decernunt. Nam quodlibet audere atque agere facile erat, regis amicitia subnixis, quem sibi prauis adulationibus deuinxerant. Quin etiam ex consensione multorū inexpugnabiles erant. nā omnes ferè duarum Pannoniarum episcopi, multiq; Orientalium, ac tota Asia in perfidia eorum coniurauerant. Sed principes mali istius habebantur, à Singiduno Ursatius, Valens à

Mur-

Itaque Arriani astuto consilio miscerent innoxium criminosis, damnationemque Photini, & Marcelli eadem sententia comprehendunt.] Arriani anno cccclii impulerunt Concilium in Pannonia aduocaret. quod causa Photini, que utriusque parti improbabatur, cognosceretur. ibique Photinum dānarunt, quia damnatione dignus omnibus uidebatur; Marcellum uero, quia, ut inquit Sulpicius, ab Athanasio damnatus fuerat, Athanasium autem, quasi ueritatem eandem sequuti, quam in Photino, & Marcello spectarant. De eodem concilio etiam Socrates, Sozomenus, Theodoretus, & Rufinus.

Veruntamen ea tempestate Arriani perfidiam suam occultabant, non auidè palam erroris sui dogmata prædicare, Catholicos se gerebant.] Arriani in concilio tres fidei formulas protulerunt. in quibus diuersis uerbis remota *substantiæ* mentionem filium Patri simile affirmauit, nondum auidè dissimilitudinem asserere, quod postea fecerunt. illud rebus omnibus ante ferentes, ut Athanasium ante remouerent, qui tantquam murus contra se pro-

CC 2 Ca-

Catholicis stabat. quo remoto reliquos facile sibi sperabant cessuros. Hi cum verbis ab Arrio dissentirēt, sed se consentirent, Semiariani, teste Epiphano, dicti sunt.

Sed pars Episcoporum, que Arrium sequebatur, damnationem Athanasii cupiam accipit.] In sententijs de Athanasio ferendis, in tres partes diuisi episcopi sunt. vna studio Arrij Athanasium condemnauit, altera metu coacta in eorum sententiam abiit. tertij, quibus veritas potior erat, Athanasij damnationi assensum, vt iniustæ, præbere detrectarunt.

Inter quos Paullinus episcopus Treuirorum oblata sibi epistola ita subscripsisse traditur, se in Phoiniæ, atque Marcelli damnationem præbere assensum, de Athanasio non probare.] Inter ceteros, qui veritatem sequuti sunt, fuit Paullinus, qui Athanasium aperte se condemnare posse negauit. Hic verò metropolitanus in Gallia fuit, vir sanctus in primis, & eruditus.

Tum verò Arriani, ubi doli parum processerant, ut agere decernerent.] Quippe edictum à Constantio Imperatore impetrarunt, vt qui

non

Mursa, ab Heraclia Theodorus, Stephanus Antiochenus, Acacius à Cæsarea, Menophanes Epheso, Georgius Laodicea, Narcissus à Neapoli. Hi ita palatium occupauerant, vt nihil sine eorum nutu ageret Imperator: obnoxius quidē omnibus, sed præcipuè Valenti deditus. Nam eo tempore quo apud Morsam contra Magnentium armis certatum, Constantius descendere in conspectum pugnæ non ausus, in basilica martyrum extra opidum sita, Valente tum eius loci episcopo in solatium assumpto, diuersatus est. Ceterum Valens callidè per suos disposuerat, vt quis prælij fuisset euentus, primus cognosceret: vel gratiam regis captans, si prior bonum nuntium detulisset: vel vitæ consulens, antè capturus fugiendi spatium, si quid contra accidisset. Itaque paucis, qui circa regem erant metu trepidis, Impe-

raro-

ratore anxio, primus nuntiat hostes fugere. Cùm ille indicem ipsum intromitti posceret, Valens vt reuerentiam sui adderet, angelum sibi fuisse nuntium respondit. Facilis ad credendum Imperator, palàm postea dicere e st solitus, se Valentis meritis, non virtute exercitus vicisse. Ab hoc initio lecti principis extulere animos Arriani, potestate regis vsuri, vbi auctoritate sua parù valuissent. Igitur cùm sententiam eorum, quam de Athanasio dederant, nostri non reciperent, edictum ab imperatore proponitur, vt qui in damnationem Athanasij non subscriberent, in exsilium pellerentur.

gia, & in libro de fuga sua. Quoniã vero vno in loco vocat Narcissum à Neroniade Ciliciæ, in altero Nereopolitanum, propterea legendum putarim Narcissus à Nereopolis. hic autem subscripsit concilio Ancyrano, Neocæsariensi, Nicæno, & Antiocheno, Narcissus Nereodiadis, & Nereopolis Ciliciæ.

Obnoxius quidem omnibus, sed præcipuè Valenti deditus. Nam eo tempore, quo apud Morsam contra Magnentium armis certatum.] Constantius cum ceteros omnes, tum maximè Valentem admirabatur, magna sanctitatis eius opinione concepta ex eo, quod

non assentirentur, in exilium irent.

Nam quodlibet audere, atque agere facile erat, regis amicitia subnixis, quem sibi prauis adulationibus deinceperant.] Vna hæc ratio est, cur facile edictum tam iniustum à Constantio obtinuerint, quod ab illis deprauctus prauis adulationibus erat.

Quinetiam ex consensu multorum in expugnabiles erant.] Altera ratio, quia multi episcopi erant, & vno animo in Athanasium coniuauerant, ac Palatiū Principis ita occupauerant, vt sine se nihil ageret.

Sed principes mali istius habebantur à Singiduno Vrsatius, Valens à Mursa, ab Heraclia Theodorus, Stephanus Antiochenus, Acacius à Cæsarea, Menophanes Epheso, Georgius Laodicea, Narcissus à Neapoli.] Horum nomina sumpra sunt ab Athanasio ipso in secunda apolo-

primus sibi victoriam contra Magnentium nunciauit. quod ille fraude assecutus est, non virtute. Constantius pugnavit contra Magnentium, qui Constante Imperatore fratre suo in Gallia interempto imperium sibi assumpserat, atque eum ad Mursum in Pannonia vicit. res multis verbis à Zosimo declaratur. Doli autem, quo usus est Valens in præripiendo victoriæ nuncio, solus Sulpicius auctor est.

Ab hoc initio ille est principis extulere animos Arriani.] Redit vñ de digressus erat. Arriani, vbi doli in concilijs adhibiti parum procellerunt, vi agere decreuerunt, atque edictum ab illecto, siue decepto principe Constantio obtinuerunt, vt qui damnationi Athanasij non subscriberent, in exilium irent.

CONCILIVM ARELATENSE

ET BITERRENSE.

Arrianum.

Ceterum à nostris tum apud Arelate, & Biterras oppida Galliarum episcoporum concilia fuere.] Edicto Constantij publicato episcopi Gallici, & maximè Catholici Arelate, & Biterris cum Arrianis conuenerunt. quorum Arelate est in prouincia Viennensi, Biterræ in Narbonensi. quorum conciliorum meminit S. Hilarius, & S. Hieronymus. Hæc acta sunt anno CCCLIII.

Petebatur, vt priusquam in Athanasium subscribere cogerebantur.] Catholici petebant, vt ante de fide, quam de persona Athanasij ageretur, neque enim æquum esse, postquam de persona iudicatum esset, de re cognoscere.

Sed

Ceterum à nostris tum apud Arelatem ac Buteras oppida Galliarum, episcopo rum concilia fuere. Petebatur, vt priusquam in Athanasium subscribere cogerebantur, de fide potius disceptarent: nec tum demum de re cognoscendum, cum de persona iudicium constitisset. Sed Valens, socijque eius, prius Athanasij damnationem extorquere cupiebant, de fide certare non aucti. Ab hoc partium conflictu agitur in exilium Paulinus.

Sed Valens.] Tum Valens, & socij eius, quorum principatum gessit Saturninus Arelatenfis episcopus, cuius postea meminit, inquit: *Resistebat sanis consilijs Saturninus Arelatenfis episcopus, vir sane pessimus, & ingenio malo, prauoq;* hi, inquam, restiterunt postulationi Catholicorum, ac de fide certare non aucti prius Athanasij damnationem extorquere cupierunt.

Ab hoc conflictu partium agitur Paulinus in exilium.] Paullino addendus fuit etiam Hilarius Pictaunorum episcopus à Saturnino damnatus. Siquidem Hilarius in libro contra Maxentium, & in libro de Synodis, se à Saturnino Arelatenfi episcopo concilio Biterrensi damnatum ait. Quare S. Hieronymus in libro de scriptoribus ecclesiasticis scripsit, Hilarium factione Saturnini episcopi Arelatenfis concilio Biterrensi esse damnatum. Quin etiam idem Hilarius in libro ad Constantinum inquit, Eusebium Vercellensem episcopum post Arelatensem synodum iustum esse Mediolanum venire.

CONCILIVM MEDIOLANENSE.

ARRIANVM.

Interea Mediolanum conuenitur, vbi tum aderat Imperator. eadem illa contentio nihil inuicem relaxabat. Tum Eusebius Vercellenfium, Lucifer à Caranalif Sardinia episcopi relegati. Ceterum Dionysius Mediolanensium sacerdos, in Athanasij damnationem se consentire subscripsit, dummodo de fide inter episcopos quaereretur. Sed Valens & Ursatius, ceterique,

metu plebis,

Interea Mediolanum conuenitur, vbi tum aderat Imperator.] Vbi res conuenire non potuit, Constantius rogatu Arrianorum concilium Orientalibus, & Occidentalibus episcopis Mediolanum indixit. Id verò anno cccv habitum est, præsentem Constantio. quo concilio Arriani victores fuere, principibus Catholicorum in exilium pulsatis Eusebio Vercellenfi, Lucifero Caralitano, Dionysio Mediolanensi, Paullino Treutrensi, Hilario Pictaunensi, Liberio Romano, Osio Cordubensi, & Rhodanio Gallicano episcopo

CC 4 pis,

pis, quia damnationi Athanasij subscribere noluerunt. De quibus sic Athanasius in epistola ad solitarios: *Constantianus vocatis ad se Paulino episcopo Trevirorum, quae Galliarum metropolis est, Lucifero metropolitanano Sardiniae, Eusebio Verecellis civitate Italiae, Dionysio Mediolani, quod & ipsum metropolis est Italiae, mandavit, ut contra Athanasium subscriberent, & cum haereticis communionem inirent. atque ijs dicentibus id non esse ecclesiastici canonis, subiecit. at quod ego volo, pro canone sit. ita enim me loquentem Syriæ episcopi sustinent. aut igitur obtemperate, aut vos quoque exules esto. Ita sancti viri excusso putere, & oculis in Deum conversis nec Caesaris minas timerunt, neque obstrictos enses veritatem prodiderunt, & exilium veluti ministerij sui officium acceperunt. Item in apologia ad Constantium. Vbi que iactabatur, Liberium Romæ episcopum, & Hispaniarum Osum, Paulinum Galliciarum, Dionysium, & Eusebium Italiae, Luciferum Sardiniae episcopos, aliosque complures exterminatos esse, quod contra vos subscribere recussissent. Item de fuga sua. Liberius Rom. Pontifex, Paul*

linus

plebis, quæ catholicam fidem egregio studio cõservabat, non ausi piacula profiteri, intra palatium congregantur. Illinc epistolam sub Imperatoris nomine emittunt, omni prauitate refertam: eo nimirum consilio, ut si ea æquis auribus populus recepisset, publica auctoritate cupita proferrent. sin aliter fuisset excepta, omnis invidia esset in rege, & ipsa venialis: quia etiam tum catechumenus, sacramentum fidei meritò videretur potuisse nescire. Igitur lectam in Ecclesia epistolam populus auerfatur. Dionysius, quia non esset assensus, vrbe pellitur: statimque eius in locum episcopus subrogatur. Liberius quoque vrbs Romæ, & Hilarius Pictauorum episcopus, dantur exilio. Rhodanium quoque, & Dosanum antistitem (qui naturà lenior, non tam suis viribus, quam Hilarij societate non cesserat Arrianis eadē condi-

dicio

dicio implicuit: cum tamen homines parati essent Athanasium à communionem suspēdere, modò vt de fide inter episcopos quæreretur. Sed Arrianis optimum visum, præstantissimos viros à certamine submouere. Itapulsi in exsilium, quos supra memorauimus, abhinc annos quinque & quadraginta, Arbeteione & Lolliano consulibus. Sed Liberius paullo post vrbi redditur, ob seditiones Romanas. Ceterum exules satis constat totius orbis studijs celebratos, pecuniasque eis in sumptum affatim congestas, legationibus quoque eos plebis catholicæ ex omnibus fere prouincijs frequentatos.

de hæc dicta, & in historias rettulere Socrates, Sozomenus, & Rufinus. qui ita scribit. *Ob hoc apud Mediolanum episcoporum concilium conuocatur. plures decepti. Dionysius verò, Eusebius, Paulinus, Rhodanius, & Lucifer dolum in negotio esse proclamantes, asserentesque, quod subscriptio in Athanasium non ob aliam causam, quam destruendæ fidei, moliretur, in exilium trahi sunt. His & Hilarius iungitur, ceteris, vel ignorantibus, vel non credentibus fractis.*

Ceterum

linus Galliarum metropolitani, Dionysius Italiae, Lucifer Sardiniae, Eusebius item Italiae, omnes boni, et præclari episcopi in exilium aguntur nulla alia de causa, nisi quod astipulari non sunt Arrianorum hæresi, & illorum calumnijs aduersum nos subscribere noluerunt. Nam de magno, & gravissimo ætatis viro, eodemque confessore Oso superfluum arbitror meminisse. cõ nemo ignoret, eum ab istis quoque in exilium missum. Quin etiam Hilarius contra Constantium scriptum reliquit. Tu Paulinum beata memoria virum blandimento sollicitatum relegasti, & ecclesiam sanctam Trevirorum tali sacerdoti spoliasti. Hilarius attulisse Mediolanensi concilio, ipse indicat, cum contra Maxentium inquit, ipsum Maxentium Mediolani sibi probri loco obiecaste, quod damnatus à Saturnino fuisset, negans ipsum propterea, vt episcopum, audiri debere. Exceperunt

Ceterum Dionysius Mediolanensium sacerdos.] Socrates scribit, Dionysium tabulis arreptis scribere fidem suam instituisse, verum Valentem, & focios impedimentum attulisse, ac mox se è Dominico in Palatium contulisse, quod ab Hilario sumpsit è libro ad Constantium.

Metu plebis, quæ Catholicam fidem egregio studio conservabat, non ausi piacula profiteri.] Valens, & focij fidem suam profiteri, utpote nefariam, metu populi Mediolanensis, qui Catholicus erat, non ausi in Palatium recesserunt.

Illinc epistolam sub Imperatoris nomine emittunt omni prauitate refertam.] Hæc epistola formulam fidei Arrianae complexa est, de qua nemo meminit, nisi illa sit, quæ Ariminensi concilio quoque prolata est, in qua filius patri similis affirmabatur, de qua post.

Eo consilio, ut se ea equis auribus populus receperisset.] Aperit fraudem nouam Arrianorum, qui nomine Imperatoris epistolam protulerunt de fide agentem, nimirum, ut si à populo improbata fuisset, culpa omnis in eo resideret, sed leuis, quia adhuc catechumenus omnia sacramenta fidei nosse non potuisset. Christiani diu catechumeni erant, antequam baptismo inficerentur. Catechumenum vocabant, qui primis fidei rudimentis imbuebatur. Vnde dixit S. Augustinus libro VIII Confessionum. *Eamus in ecclesiam, Christianus volo fieri. At ille non capiens se letitia perrexit cum eo. Vbi autem imbutus est primis instructionum sacramentis, non multo post nomen dedit, ut per baptismum regeneraretur.* Neque enim solum Constantius, qui post mortem vicinus ab Euzoio, episcopo Arriano in nomine Patris per Filium tinctus est, sed etiam Theodosius maior, & Valentinianus minor Imperatores, præterea S. Ambrosius, & S. Martinus episcopi serò admodum baptizati sunt in nomine patris, & filij, & spiritus sancti.

Igitur lecta in Ecclesia epistolam populus auersatur.] Et hoc apud solum Sulpicium scriptum reperitur.

Dionysius, quia non esset assensus, urbe pellitur, statimq; eius in locum episcopus subrogatur.] Athanasius in epistola ad solitariam vitam agentes: *Auxentium delatorem potius, quam Christianum Constantium è Cappadocia Mediolanum misit, & expulso inde ob suam in Christum pietatem Dionysio, eum ibi episcopum constituit, hominem ne Romane quidem lingue, sed tantummodo hæreseos peritum.* Huius meminit sæpe S. Ambrosius in orationibus ad Valentinianum.

Idem traditur à Socrate, Sozomeno, Theodorito, S. Hieronymo

mo in Chronicis. Apud Sulpicium suspicor deesse nomen Auxentij, ut sit. *Statimq; in eius locum Auxentius episcopus subrogatur.* Ab hoc inde Arriana labe infecta Liguria est.

Liberius quoque urbis Romæ, & Hilarius Pictavorum episcopus dantur exilio.] Liberius aberat à concilio Mediolanensi. Quare ceteris in exilium pulsus Constantius Liberium quoque euocauit, & venire recusantem vi adduci præcepit. quo nihil fieri potuit indignum, atque inde constantiam retinentem, & subscribere recusantem in exilium egit: auctor Socrates, Sozomenus, Theodoritus, qui etiam longum dialogum cum Constantio de fide habebat adiecit. Hilarius autem, qui ante Biterrensi concilio factione Sacurnini damnatus fuerat, inde hoc concilio in Phrygiam relegatus est. sic enim ipse loquitur in Apologia contra Auxentium: *Cum dicerem fingi, fidem negari, Deum, atque homines illudi, iubeor de Mediolano proficisci, cum consistendi mihi in ea imito rege nulla esset libertas, quia damnatum quondam à Saturnino audiri, ut episcopum, non oporteret.* Et in alia apologia: *Ego grauissimum fidei periculum longe antea providens post sanctorum virorum exilia Paulini, Eusebij, Luciferi, Dionysij quinto ab hinc anno à Saturnini Valentis, et Persij communionem me cum Gallicanis episcopis separati.* Eundem in Phrygiam relegatum scribit vnâ cum Sulpicio S. Hieronymus.

Rhodanum quoque, & Dosanum antistites.] Rhodanij episcopi cum ceteris, qui supra nominati sunt, pulsus meminit Rufinus libro primo, & S. Hieronymus in Chronico. *Dosanum*, quod legerim, nemo prodidit. Quare suspicor legendum esse Hosium. hunc enim Athanasius inter ceteros pulsus nominauit, qui falli non potuit, ut supra diximus. Adde, quod ei conueniunt illa verba. *Qui natura lenior non tam viribus suis, quam Hilarij societate, non cessit.* nam qui concilio Mediolanensi propter lenitatem naturæ labauit, is paullo post Ariminensi corruit. Cordubensis hic episcopus fuit. qui præclare se concilio Nicæno, & Sardiceni si pro Catholicis gessit.

Ita pulsus in exilium, quos supra memorauimus, abhinc annos quinque & quadraginta, Arbetione, & Lolliano coss.] His coss. conueniunt Mediolanensis est actus, teste Socrate, anno CCCLV. à quo vsque ad Stiliconem consulem anni sunt XLV. is enim anno CD consul fuit.

Sed Liberius paullo post urbi redditus ob seditiones Romanas.] Sequenti

quenti anno Constantium, cum Mediolano Romam venisset, matronæ Romanæ à viris suis impulsæ rogarunt, ut sibi Liberii pontificem redderet, quod Felix, qui successus ei fuerat, non placeret. itaque biennio post Liberius redijt, Felice sedè à populo deurbato. Socrates, Sozomenus, Theodoritus.

Ceterum exules satis constat totius orbis studijs celebratos.] Athanasius ad solitarios: Episcopi pulsi pergenies ex urbe in urbem, licet in vinculis essent; evangelizabant; piam quidem fidem prædicantes, Arrianam vero hæresim anathemate damnautes, & perfidiam Vrsacij, ac Valentis insania notantes. resq; illa insidiatoribus plane in contrarium abiit. quando enim longius in exilium ibant, tanto maius odium aduersus insidiatores concitabant. iterq; sanctorum non nisi prædicatio erat contra Arrianam hæresim. quis enim eos in itinere conspectos non ut confessores admiratus est, & istos non ut impios cum abominacione, vel potius, ut carnifices, & homicidas auersatus est? Eusebius episcopus Vercellensis cauea conclusus Scythopolim missus dicitur in vita eius, atque ibi Ab Ariomanitis crudelissimè cruciatus. vnde scripsit epistolam ad Patrophylum, quæ extat, misérias narrans suas. Atque hæc quidem ad Mediolanensè concilium pertinent.

CONCILIVM ARIMINENSE ARRIANVM.

Interea Arriani non occulte, ut antea, sed palam, ac publicè hæresis piacula prædicabant.] Iam transit ad exponenda duo concilia à Constantio indicta, vnum Arimini in Italia, alterum Senciaci in Asia. quæ propterea habita sunt, quia Arriani, principibus Catholicorū in exilium actis, palam, ac publicè filium non consubstantialem patri prædicabant, verum in hoc fraudem adhibebant. nam primum simulantes

Interea Arriani non occultè, ut antea, sed palam ac publicè hæresis piacula prædicabant: quinetiam Synodū Nicænam pro se interpretâtes, quam vnus litteræ adiectione corrupebant, caliginem quandam iniecerant veritati. Nam vbi ὁμοούσιον erat scriptum, quod vnus est substantiæ:

illi

illi ὁμοούσιον, quod est similis substantiæ, scriptum dicebant: concedentes similitudinem, dum adimerent vnitatem: quia multum ab vnitatis similitudine distaret. vt, verbigratia, pictura humani corporis esset homini similis, nec tamen haberet hominis vnitatem. Sed quidam ex his vltra processerant, Anomœousiam, id est, dissimilem substantiam confirmantes. Eoq; his certaminibus processum, vt istiusmodi piaculis orbis terrarum implicaretur. nã Italiam, Illyricum, atque Orientem Valens & Ursacius, ceterique, quorum nomina edidimus, infecerant. Gallias nostras Saturninus Arelatensium episcopus, homo impotens & factiosus, premebat. Osium quoque ab Hispania in eandem perfidiam concessisse, opinio fuit: quod eo mirum atque incredibile videtur, quia omni ferè ætatis suæ

tem-

tes se consentire cum Concilio Nicæno, quod vsū erat hac voce homouisiō. i. cōsubstantialē, vel vnus substantiæ, illi vno iota addito homouision scriptū fuisse dicebant. i. similis substantiæ. & quanquam verè similitudine nō concedebant, tñ præstare putabant, eam concedere, vt vnitatē tollerent. deinde audacia provec̄ti anomœouision etiā, id est dissimilitudinem substantiæ patris, & filij intulerunt. Narrat etiā Sozomenus libro III. cap. XVII. Constantium ab Arrianis deceptū, cū diceret, idē esse homouisiō, & homouision. sed illud dici in corporibus, hoc in rebus corpore vacantibus.

Concedentes similitudinem dum adimeret vnitatem. quia multum ab vnitatis similitudine distaret. vt verbigratia pictura humani corporis esset homini similis, nec tamen haberet hominis veritatem.] vox veritatem ferri potest, sed mihi loco apta non videtur, ac pro ea imitatō rectius reponi posse censerem. Similitudo inquit, distat ab vnitatis, quia similitudo duo corpora ponit, vnitatis vnum. veluti pictura hominis habet similitudinem, quia duo corpora sunt, quorum vnū, id est pictum est simile alteri,

ri, idest naturali. quanquam autem pictura hominis, & homo habent inter se similitudinem, non tamen habent substantiæ unitatem, ut sint vnus homo. Hac de re cum loqueretur Epiphanius libro tertio sic dixit. *Expressum, & plasticum statuas, & assimilant imagines ex aliqua materia. aut per colores & similitudinem habent, nihil autem in æqualitatem expressorum. æqualitatem dixit, non veritatem.*

Eodē, his certaminibus processerunt, ut istius modi piaculis orbis terrarum implicarentur.] Arriani, inquit, hac fraude inuenta totum orbē Christianorum deprauarūt. Nam Italiam corruptit Auxentius Dionysio Mediolani successor datus, Illyricū, idest Pannoniam, Dalmatiā, & Græciam Valens & Ursacius; Orientem, idest Asiā, Syriam, Aegyptum reliqui socij eorum, quos supra nominauit; Gallias Saturninus Arelatenſis episcopus; Hispanias Hosius, cum propter ætatis infirmitatē à Catholicis defecisset, domumque se recepisset.

Hosium quoque ab Hispania in eandem perfidiam concessisse opinio fuit.] Quæ de Hosio feruntur, hæc sermo sunt.

tempore cōstantissimus nostrarum partium, & Nicæna Synodus auctore illo cōfecta habebatur: nisi fatiscente æuo (etenim maior centenarius fuit,) ut S. Hilarius in epistolis refert) delirauerit.

Quibus rebus perturbato orbe terrarum, & morbo quodam Ecclesijs languentibus, segnior quidem, sed non minus grauis cura principē exercebat: quod licet Arriani, quibus fauebat, superiores viderentur, necdum tamen de fide inter episcopos conueniret. Igitur apud Ariminum, vrbe Italiæ, Synodum congregari iubet: idque Tauro præfecto imperat, ut collectos in vnum non antè dimitteret, quàm in vnā fidem cōsentirent: promisso ejdem consulatu, si rem effectui tradidisset. Ita missis per Illyricum, Italiam, Africam Hispanias, Galliasque magistris officialibus, acciti aut

maſti

maſti quadringenti & aliquanto amplius Occidentales episcopi, Ariminum cōuenere: quibus omnibus annonas & cellaria dare Imperator præceperat. sed id nostris, id est Aquitanis, Gallis, ac Britannis indecens visum: repudiatis fiscalibus, proprijs sumptibus viuere maluerunt. Tres tantum ex Britannia, inopia proprij, publico vsi sunt, cum oblatam à ceteris collationem respicissent: sanctius putantes fiscum grauari, quàm singulos. Hoc ego Gaudium episcopum nostrum, quasi obtreſtantem referre solitum audiui. sed longè aliter senserim: tam pauperes fuisse, ut nihil proprium haberent, neque ab alijs potius quàm à fisco sumerent, vbi neminē grauabant, ita in vtriusque egegium exemplum. De reliquis nihil memoria dignū traditur. sed redeo ad ordinem.

sunt. Concilium Nicænum prope auctoritate sua confecit. Sardicensi quoque egregiam operam præstitit. Sirmiensi vi adessē coactus Arrianæ formulæ verberibus compulsus subscripsit. Mediolanensi ab Hilario cōfirmatus nō cessit. inde ætate vacillante ad partes Arrianas concessit, & similitudinem substantiæ in Hispania docuit. Hæc ex Eusebio, Socrate, & Sozomeno, & ex hoc loco Sulpicij.

Nisi fatiscente æuo (etenim maior centenarius fuit, ut S. Hilarius in epistolis refert) delirauerit.] Fatiscente æuo dixit, pro deficiente: ut Tacitus libro xiv: *Exercitus per inopiam, & labores fatiscabant carne pecudum propulsare famem coacti.* Locus Hilarij, vbi dixerit, *centenarium maiorem fuisse Hosium*, non inuenitur. at vero contra Constantium, *Hosij deliramenta* vocauit, ut vere videatur non bene de illo existimasse. Itaque suspicor verba illa glossa esse. nunquam enim aliàs nominauit aliquem nomine Sancti, ut S. Hilarius. & alibi Hilarium tantum dixit.

Quibus rebus perturbato orbe terrarum.] De eodē sic Isidorus in libro de uitis illu-

illu-

illustrib. Hofius post longum terminum uelastatis, id est post centesimū primum annum in ipso iam limine uitæ à fidei limitibus subruens serpentis iaculo concidit. Nam accersitus à Constantio principe, minusq; perterritus, metuens, ne senex, & diues damna rerū, uel exilium pateretur, illico Arriana impietati consensit, & uocabulum homousion, quod simul cum patribus sanctis ecclesijs sequendum tradiderat, arreptus impietatis furore damnauit. cuius quidem uitam, ut meritis, exitus crudelis finit. Porro autem de excessu etiam eius memorabili placet asserere quæ idē scripserit ex Marcellino presbytero. Post impiam, inquit, Hosij prænauaricationem dum S. Gregorius Iiberitanus episcopus in Cordubensem urbem iuxta Imperiale decretum fuisset adductus, ac minime uellet illi communicare, commotus Hofius dixit Clementino Constantij principis uicario, ut mitteret eum in exilium. At ille non audeo, inquit, episcopū in exiliū mittere, nisi prius eum ab episcopatu deieceris. Pater autē uidit S. Gregorius, quod Hofius uellet ferre sententiam, appellat Christum totis fidei sue uisceribus exclamans ita: Chri-

nem. Posteaquam omnes, ut supra dictum, in vnum collecti sunt, fit partium secessio. Ecclesiam nostri obtinent, Arriani tum Edētum de industria vacantē, orationis loco capiunt: sed hi non amplius quam octoginta. Reliqui nostrarum partium erant. Igitur frequentibus concilijs nihil actum, nostris in fide manētibus, illis de perfidia non cedentibus. Ad postremū placuit, decem legatos mitti ad Imperatorem, ut quæ esset partium fides & sententia cognosceret, sciretq; pacem cum hæreticis esse non posse. Idem Arriani faciunt, mittuntque numero pari legatos, qui aduersum nostros corā Imperatore cōfigerent. sed ex parte nostrorū leguntur hoies adolescentes parū docti, & parū cauti. ab Arrianis autem missi, senes, callidi, & ingenio valentes, uetero perfidiæ imbuti, qui apud

regem

regem faciliē superiores exstiterunt: Sed nostris mandatum, ne quo modo cum Arrianis communionē inirent, omniaque integra Synodo referuarent.

ste Deus, qui uenturus es iudicare uiuos, & mortuos, ne patiaris hodie, humanam proferi sententiam aduersus me minimū seruum tuum, qui pro fide nominis tui, ut reus afflēs, spectaculū factus sem, sed tu ipse queso in causa tua hodie iudica. ipse sententiam pro

ferre dignare per ultionē. non ego quasi metuens exiliū fugere cupio, cū mihi pro uo nomine nullum supplicium graue sit, sed ut multi prænauaricationis errore liberentur, cum presentem uiderint ultionem. His dictis ecce repente Hofius resedens factus, quasi regalis imperij sententiā conaretur exprimere, os uertit distorquens pariter & cernicem. & de se sibi in terram eliditur, atq; illico expirauit. Tunc admirantibus cunctis etiam Clementinus ille gentilis expauit. & licet esset index, tamem timens, ne in se simile supplicium indicaretur, prostratis se ad pedes sancti uiri, obsecrans, ut sibi parceret, qui in eum diuina legis ignoracione peccasset, & non tam proprio imperio, quam mandati imperio. inde est quod solus Gregorius uindicantium integram fidem nec in fugam uersus est, nec passus est exitum. unusquisque. n. uimuit de illo ulterius iudicare. His de causis Constantius, cum uideret non solum Arrianos à Catholicis dissentire, quod Catholici unitatem, Arriani similitudinem prædicarent, sed etiam Arrianos inter se discrepare, quod alij similitudinem, alij dissimilitudinem affirmarent, animo anxius nouum concilium indixit, vnum Ariminum Occidentalibus, alterum Seleuciam Orientalibus. Concilium Ariminense prodidit Rufinus, Socrates, Sozomenus, Theodoritus, S. Hieronymus contra Luciferianos. uerū Sulpicius multa, quæ apud illos non leguntur, adiecit.

Igitur apud Ariminum urbem Italiae synodus congregari iubet, idq; Tauri præfecto imperat. Acta concilij Ariminenhis aggreditur, in quibus narrandis multa ab alijs prætermissa prodit. Taurum autē præfectū prætorio Italiae intelligit. erant autē in occidentali Imperio duo præfecti prætorio, vnus Italiae, alter Galliarum appellatus. quibus reliqui magistratus parebant. Tauri præfecti prætorio per Italiam meminit Marcellinus libro xx i. Eum uero S. Hieronymus etiam Ariminenfi præfuisse concilio adijcit. Valēs Mursensis episcopus, qui eam formulam conscripserat præsen-

DD

te Tau-

te Tauri prætorij præfecto, qui iussu regis synodo aderat, professus est, se Arrianum non esse. Hæc acta anno cccclix.

Promisso eidem consulatu, si rem effectui tradidisset.] Verisimile id videtur, si quidem Taurus biennio post cum Florentio consul fuit.

Itaque missis per Illyricum, Italiam, Africam, Hispanias, Galliasq; magistris officialibus acciti, aut coacti quadringenti, & amplius Occidentales episcopi Ariminum conuenerunt.] Prouinciæ, quas nominat, Occidentalis Imperij fuerunt. Magistri officiales sunt, qui magistris officiorum appellantur. de quibus in libro, qui dicitur Notitia vtriusque Imperij. Marcellinus in historia, & post sæpe Sulpicius Accios significat Arrianos, coactos Catholicos.

Quibus omnibus annonas, & cellaria dari Imperator præceperat.] Malim dari, ne subaudias, Tauri, annonæ, & cellaria idem sunt, atque, quod Romani dicebant, loca, lanua. cellaria enim pro hospitij, siue cellis hospitalibus accipio.

Sed id nostris, idest Aquitanis, Gallis, & Britannis, indecens visum. repudiatis fiscalibus proprijs sumptibus viuere maluerunt.] Assim affirmare, illa verba (idest Aquitanis, Gallis, & Britannis,) esse glossema imperitii alicuius, quod ex margine in textu irrepserit. Nam Sulpicius ferre cum dicit, *Nostris*, Catholicos intelligit, non Gallos. & si *Nostris* pro Gallis essent accipiendi, cur Britannos nominaret? iam verò cum Galliarum prouinciæ tum essent septemdecim, atque Aquitaniam dux inter eas numeraretur, ridiculum videtur, Aquitanos à Gallis distinguere, quasi verò Aquitani non sint Galli. Adde etiam, Sulpicium in hoc modestiam Catholicorum laudare velle, non Gallorum. Iussit ergo Constantius, dari omnibus annonas, idest Catholicis, & Arrianis, sed nostris, idest Catholicis repudiatis fiscalibus, proprio viuere maluerunt, præter tres tantum episcopos ex Britannia.

Tres tantum ex Britannia inopia proprii publico usi sunt, cum oblatam à ceteris collationem respiciunt, sanctius putantes, fiscum grauare, quam singulos.] Tres tantum episcopi à Britannia fuerunt adeo inopes, vt de suo se alere non possent, adeo modesti, vt ab alijs episcopis non admodum fortasse abundantibus, sed tamen offerentibus, quæ necessaria sibi erant, accipere noluerint, sed à fisco potius ceperint. *collationem* vocat, quam Græci & Latini quoque symbolam,

Hoc ego Gaudium episcopum nostrum quasi obiectantem referre solium

solicum audiri.] *Nostrum* intellige aut amicum, aut eiusdem prouinciæ, aut eorumdem partium. Quærit autem, num rectè illi fecerint, cum à fisco, quam ab episcopis, capere maluerint. ac primò ponit Gaudij sententiam, qui illorum factum increpuit, iudicans æquius esse, episcopum ab episcopo, quam ab Imperatore accipere. deinde suam sententiam adijcit, atque eis contra duplicem laudè tribuit, vnam paupertatis, alteram modestiæ, quòd grauare fiscum, quam priuatos, maluerint. Vnde ego, quæ sequitur, *Ita in utriusq; egregium exemplum, lego, vna in vtriusque egregium exemplum, vt vtramque vitam intellexerit, paupertatem in habendo, & modestiam in capiendo.*

De reliquis nihil memoria dignum traditur.] Reliquos puto intelligi Arrianos, qui nullum virtutis exemplum ediderint, qualia catholici, nam aut nihil ab Imperatore sumpserunt, aut vbi coacti sunt, fiscum, quam episcopos, grauare maluerunt. Quod si hæc re ad Gallos retulisset, id esset cum ceterorum Catholicorum ignominia. quorum laudi seruire, res admonet. Quod si ita, vt ego serio, legas, omnia in laudem Catholicorum recidat, & probrum Arrianorum.

Sed redeo ad ordinem. Posteaquam omnes, vt supra dictum, in unum collecti sunt, sic partium secessio.] Redit ad acta concilij Ariminensis explicanda. Vbi conuenerunt episcopi, inquit, extemplo in duas partes secesserunt. Catholicæ ecclesiæ Christianorum occuparunt, Arriani ædem gentilium tum de industria vacantem. Verum cum essent quadringenti, octoginta tantum erant Arriani, reliqui, idest cccxx erant nostrarum partium, nescio Catholici.

Igitur frequentibus concilijs nihil actum, nostris in fide manentibus, illis de perfidia non cedentibus.] Concilia vocat conuentus, quibus inter se disceptabant in vno loco conuocati. Ac Catholici quidem homouision tuebantur, neque ab eo dimoneri poterant, Arriani vero homouision sic enim intelligendum est ex præcedentibus.

Ad extremum placuit decem legatos mitti ad Imperatorem.] Huius legationis totius ordinem exposuit Athanasius, à quo sumptere historici. Misere Catholici legatos decem ad Constantinum Constantinopolim, atque exposita controuersia petierunt, vt sibi tandem paupertate laborantibus reditum ad ecclesias daret. Arriani item decem alios miserunt: qui anteuerso itinere ante ad eum, quam Catholici, peruenerunt, & Catholicos in simu-

larunt, quod formulam fidei à se propositam, & ab illo Sirmij cōfirmatam repudiassent. Quibus verbis ille incensus Catholicos accedentes audire noluit. Socrates, & ceteri. At Sulpicius hanc formulam post legatos auditos propositam ait.

Sed nostris mandatum, ne quo modo cum Arrianis communionem inirent.] Id est, ne legari horum cum legaris illorum congregarentur, & omnia integra concilio referarent. quod non fecerūt.

CONCILIVM SELEUCIENSE
CATHOLICVM CONTRA
Arrianos.

Interim in Oriente exemplo occidentalium Imperator iubet cunctos fere episcopos apud Seleuciam Isauria oppidum congregari.] Interfuit nūc acta concilij Seleucienſis, quod eodem tempore ab Orientalibus episcopis actū est Seleuciæ in Isauria, quo alterum Arimini ab occidentalibus in Italia. auctor Socrates, & ceteri.

Qua tempeſtate Hilarius quartum iam exilij annum in Phrygia agens inter reliquos episcopos per vicariū, ac præſidē. data euectionis copia adesse compellitur.] Ex Notitia Imperij Orientalis apparet, Phrygias duas fuiſſe Pacatianam, & Salutarē, atque eas duos, quos nominat, magistratus, Vicarium, & Præſidē habuiſſe. Quid vero sit euectionis copia declaratur ex Codicis libro XI r. de cursu publico. *Euectio-*

Interim in Oriente exemplo occidentalium, Imperator iubet cunctos fere episcopos apud Seleuciam Isauria oppidum congregari. Qua tempeſtate Hilarius, quartum iam exilij annum in Phrygia agens, inter reliquos episcopos, per vicarium ac præſidē data euectionis copia adesse compellitur; cū tamen nihil de eo ſpecialiter mandaffet Imperator. iudices tantum generalem iuſſionem ſecuti, qua omnes episcopos ad concilium cogere iubebantur, hunc quoque inter reliquos volētes miſcere, vt ego cōiicio: Dei nutu ita geſtum,

vt

vt vir diuinarum rerum inſtruitiſſimus, cum de fide diſceptandum erat, intereſſet. Is vbi Seleuciam venit, magno cum fauore exceptus, omnium in ſe animos & ſtudia conuerterat. ac primum quaſitum ab eo, quæ eſſet Gallorum fides: quia tum Arrianis praua de nobis vulgantibus, ſuſpecti ab Orientalibus habebamur, trionymam ſolitarij Dei vñionem ſecundū Sabelliū credidiſſe. ſed expoſita fide ſua, iuxta ea quæ Nicææ erant à patribus conſcripta, Occidentaliſ perhibuit teſtimonium. Ita abſolutis omnium animis, intra conſcietiam communionis, nec non etiam in ſocietatem receptus, concilio quoque aſcitus eſt. Agi deinde cœptum: reperti quoque prauæ hæreſis auctores, atque ab Eccleſiæ corpore auulſi. In eo numero fuere, Georgius ab Alexandria, Acacius, Eudoxius, Vranius, Leōtius, Theo-

num copiam, cum proficiendi ad nos neceſſitas fuerit, ſeruitas noſtra largita eſt. Ergo Vicarius, & Præſes Phrygiæ, data euectionis copia, id est tuti itineris fide, Hilarium quoque in Phrygia exultantem adesse compulerunt. licet ſpeciale de illo euocando mandatum ab Imperatore non haberent.

Iudices tantum generalem iuſſionem ſequuti, qua omnes episcopos ad concilium cogere iubebantur, hunc quoque inter ceteros volentes miſcere.] ego malim volentem. vt ſit iudices vi generalis mandati, quo omnes episcopos cogere, id est aduocare ad concilium iubebantur, Hilariū quoque inter ceteros, quia volebat, miſcere. quali vero ſi abnuiffet, vim facturi non fuerint.

Vt ego conijcio, Dei nutu ita geſtum, vt vir.] Illa verba, vt ego conijcio, alij ad ſuperiora retulerunt. ego ad ſequentia malim, vt coniecturam ſuam aſſerat de Dei conſilio.

Is vbi Seleuciam venit.] Hilarius in Concilium Seleucienſe ab Orientalibus magno fauore exceptus, duo hæc ſalutaria obiuit, vñum, quod teſtimonium occidentalibus fidei rectæ per-

DD 3 hi-

hibuit, alterum quod in re-
telligendis Arrianis socium se
acrem exhibuit. Quod ad
primum attinet, cum suspi-
ciosa fidei haberetur, quod
cum Sabellio sentire perin-
de, ac ceteri occidentales,
putaretur, rogatus est, ut fi-
dem suam proderet. ille cō-
uenientem Nicenæ formu-
læ prodidit.

*Arrianis prava de nobis
vulgantibus, trionymum solitarij Dei unionem secundum Sabellium
credidisse.*] Supra dictum est, Sabellium credidisse, eundem esse
patrem, & filium, & spiritum sanctum, & tantum inter se nomi-
nibus diuersos fuisse. quare Deum vnum, & solitarium extitisse,
& trium nominum diuersorum vnionem effectam esse. Vnde
S. Hieronymus contra Luciferianos: *In tribus vocabulis trinomi-
nem esse credens Deum in Sabellij hæresim incurrit.* Qui verò resi-
stit Arrio, de eo facile suspicari licet, quin faueat Sabellio. nam
inter se aduersantur.

Ita absolutis omnium animis.] Ita liberati Orientales ea suspi-
cione, quam de Hilario conceperant, ne cum Sabellio faceret,
primum in conscientiam communionis, deinde in societatem
congregationis admiserunt.

*Agj deinde captum, repertis, prava hæresis auctores, atque eccle-
siae corpore amuls.*] Inde concilium est habitum. atque hæretici
patefacti, atque ab ecclesia separati. nomina verò hæreticorum
ferme omnia eadem afferit Sozomenus, Vranium appellans Tyri
episcopum, Acacium Cæsareæ, Eudoxium Antiochiæ.

Confecta synodo decreta ad Imperatorem legatio.] Idem Sozo-
menus, & alij.

REDIT AD CONCILIVM ARIMINENSE

A R R I A N V M.

*Interim legatos Ariminen-
sis concilij.*] Expleta concilij
Seleucienfis historia, re-
dit

Interea legatos Arimi-
nensis concilij ex parte no-
stro

strorum compellit Impera-
tor, vniri hereticorum com-
munioni: eisdemq; conscrip-
tam ab improbis fidē tra-
dit, verbis fallentibus inuo-
lutam, quæ Catholicam di-
sciplinam, perfidia latente,
loqueretur. Namque Vsiæ
verbum tāquam ambigū,
& temerè à patribus vsurpa-
tum, neque ex auctoritate
scripturarum profectum,
sub specie falsæ rationis abo-
lebat, ne vnus cum patre
substantiæ filius crederetur.
Eadem fides similem patri
filiū fatebatur. sed interiùs
aderat fraus parata, vt esset
similis, non esset equalis. Ita
dimissis legatis, præfecto
mandatum, vt Synodum nō
antè laxaret, quam conscrip-
tæ fidei consentire se om-
nes subscriptionibus profite-
rentur. Ac, si qui pertina-
ciùs obsisterent, dummodo
is numerus intra quindecim
esset, in exsilium pelleretur.
Sed regressis legatis, licet
vim regiam deprecantibus,
negata

dit ad Ariminensem narra-
ndum. Ceterum Socrates,
Sozomenus, & ceteri Graeci
tradunt, Imperatorem
noluissè legatos catholicos
audire, sed in aliud tempus
eos reiecisse, bellicas occupa-
tiones causatum. atque
ita Ariminense concilium
esse dimissum, ex quo appa-
ret, eos rerum Occidenta-
lium planè rudes fuisse. nā
nostri multò plura ad rem
conficiendam addiderunt.
quæ nūc à Sulpicio afferun-
tur. quorum vnum hoc est,
coegissè eum, vt legati Ca-
tholici Arrianorum legato-
rum communionem con-
tra mandata inirent. quod
quemadmodum factum
sit, subiicit.

*Eisdemq; conscriptam ab
improbis fidem tradit, verbis
fallentibus inuolutam, quæ
catholicam disciplinam, per-
fidia latente, loqueretur.*]
Postquam videre Arriani,
Catholicos ab eo deduci
non posse, quin vnita-
tem in Patre, Filioque asse-
rent, neque substantia si-
mitem esse affirmarent, eò
descenderunt, vt substan-
tiæ nomen remouerent, ac
tātum filium Patri similem
dicerent. Formulam verò
partim catholica, partim
hæretica ratione scripserūt.

DD 4 test-

testibus Græcis, qui iam tū Sumij illam scriptam fuisse tradunt, & S. Hieronymo contra Luciferianos. ea vero fuit hæc: *Sub rege Constantiano Eusebio, & Hypatio coss. Credimus in unum verum Deum, patrem omnipotentem, in unigenitum Dei filium, qui ante omnia secula, & ante omne principium natus est ex Deo. natum autem unigenitum solum ex seculo patre, Deum ex Deo, similem genitori suo Patri secundum scripturas. cuius naturam nullus vidit, nisi qui solus eum genuit Pater.*

Namq; Vt hæc verbum tanquam ambiguum, & temere a patribus usurpatum, neque ex auctoritate scripturarum profectum, sub specie falsa rationis abolebat, ne vnus cum patre substantiæ filius crederetur.] Declarat vitia superioris formulæ, quæ verbis fallentibus Catholicam disciplinam loquebatur. Primum nomē *substantia* sustulerunt, vt quod esset ambiguum, & de rebus corporeis, & incorporeis diceretur. & imprudenter à patribus Nicænis in formula Nicæna usurpatū, & quod in veteribus scripturis non inueniretur. ac dolum eorum mens si ectabat, nempe

negata communio. Enimvero compertis quæ decreta erant, maior rerū & consiliorum perturbatio: dein paulatim plerique nostrorum, partim imbecillitate ingenij partim tædio peregrinationis euicti, dedere se ad uersarijs, iam post reditum legatorum superioribus, & Ecclesiam nostris inde detrusis obtinentibus. factaq; semel inclinatione animorum, cateruatim in partem alteram concessum: donec ad viginti vsque nostrorum numerus imminutus est. Sed hi quanto pauciores, tanto validiores erant, constantissimusq; inter eos habebatur noster Fægadius, & Seruatio Tungrorum episcopus. hos, quia minis & terribulis non cesserant, Taurus precibus aggreditur, ac lacrymans obtestatur, mitiora vt consulerent. Claufos intra vnam urbem episcopos iam septimum mentem agere: iniuria hiemis &

inopii

inopia cōfectis, nullam spē reuersionis dari: quis tandem esset finis? sequerentur plurium exemplum, auctoritatem saltem ex numero sumerent. Et enim uerò Fægadius paratum se exsilio, atque ad omne supplicium, in quod deposceretur, profiteri, se ab Arrianis conceptam fidem non recepturum. Ita in hoc certamine aliquot dies tracti. vbi parum ad pacem proficiebāt, paulatim & ipse infractior, ad extremū proposita conditione euincitur. Namque Valēs & Ursatius affirmantes, præsentem fidem Catholica ratione conceptam, ab Orientalibus Imperatore auctore prolatam, cum piaculo repudiari, vt quis discordiarum finis foret, si quæ Orientalibus placuisset, Occidentalibus displiceret? Postremò si quid minus plenè præsentem fide editum videretur, ipsi adderent, quæ addenda putarent: præbitu-

ros

pe ne substantiæ nomine posito, filius vnus cū patre substantiæ crederetur. Hac de re pluribus Epiphanius libro tertio contra Semiarianos.

Eadem fides similem patri filium facebatur. sed inmerius aderat frater, vt esset similis, non esset equalis.] Remoto substantiæ nomine, relinquebatur tantū, vt filius patri similis esset, quod posuerunt, vt posita similitudine tollerent æqualitatem. nam similitudo refertur ad qualitatem, exempli gratia, ut honore similes sint, æqualitas ad substantiam, vt sint eiusdem naturæ.

Ita dimissis legatis præfecto mandatum.] Primum dedit formulam fidei, cui subscriberent, deinde præfecto mandauit, vt subscribere cogeret, & abnuentes in exilium pelleret.

Sed regressis legatis, licet vim regiam deprecantibus, negata communio.] Catholici, vbi legati sui Ariminum redierunt, eos in communionem recipere noluerunt, quòd contra mandata legatos Arrianos in communionem accepissent, neque eorum exultationem probarunt, vim sibi à rege factam asserentium.

Enimvero compertis, quæ decreta

decreta erant, maior rerum.] Formula Imperatoris accepta, & voluntate eiusdem cognita, Catholici vehementius astuare ceperunt, ac primum paulatim formulæ subscripserunt, partim imbecillitate ingenij, quia minas præfecti horrent, partim tadio, quia longe à domo abessent. præsertim verò cum post reditum legatorum Arriani auxilio præfecti Catholicos Ecclesia turbassent, & superiores facti essent. inde cateruatim omnes subscripserunt præter viginti, qui in proposito vetere permanserunt.

Sed hi quando pauciores, tanto validiores erant, constantissimisque, inter eos habebatur noster Fœgadius, et Seruatio Tungrorum episcopus.] Inter viginti Catholicos, qui subscribere decreta-runt, duo præcipui fuere Fœgadius, & Seruatio. Fœgadium esse eundem arbitror, qui Sebadius à S. Hieronymo dicitur. cum in libro de scriptoribus Ecclesiasticis inquit. *Sebadius Agemi Gallicarum episcopus edidit contra Arrianos librum. vixit usque hodie decrepita senectute.* Agennum autem oppi-

ros se, in his quæ essent adiecta, consensum. Fauorabilis professio pronis omnium animis excepta: nec vltra nostri repugnare ausi, iam quoquo modo finem rebus imponere cupientes. Dein conceptæ à Fægadio & Seruatione professiones, edicere: in quis primum damnatur Arrius, totaque eius perfidia: ceterum non etiam patri æqualis, & sine initio, sine tempore Dei filius pronuntiatur. Tū Valēs tanquam nostros adiuuans, subiecit sententiam, cui inerat occultus dolus: filium Dei non esse creaturam sicut ceteras creaturas. fefellitque audientes fraus professionis. Etenim his verbis, quibus similis esse ceteris creaturis filius negabatur, creatura tamen, potior tantum ceteris, pronuntiabatur. Ita neutra pars vicisse se penitus, aut victam putare poterat: quia fides ipsa pro Arrianis, professiones

verò

verò postea adiecta pro nostris erant: præter illam quæ Valens subiunxerat, quæ tum non intellecta, serò demum aduersa est. Hoc verò modo concilium dimissum, bono initio, scædo exitu est consummatum. Igitur Arriani rebus nimirum prosperè & secundum vota fluentibus, Constantinopolim ad Imperatorem concurrunt: ibi repertos Seleucienfis Synodi legatos, vi regia compellunt, exemplo Occidentalium, prauam illam fidem recipere. Plerique abnuentes iniuriosa custodia ac fame vexati, captiuam conscientiam dedere. Multi constantius renitentes, adempto episcopatu in exilium detrusi, atque in eorū locum alij dati. Ita optimis sacerdotibus aut metu territis, aut exilio deductis, perfidiæ paucorum cuncti concesserant. Aderat ibi tū Hilarius, à Seleucia legatos secutus, nullis certis de se

man-

dum fuit Aquitanie secundæ, quare propterea Sulpicius, qui erat Bituricensis ex Aquitania prima episcopus, *suum* appellauit, vicinitate sibi coniunctum. Fœgadium etiam episcopum præfuisse Valentino concilio sub Gratiano scribit Isidorus. Seruationis Tungrorum episcopi meminit quoque Athanasius in Apologia ad Constantium. neque verò idē est cum eo, qui post veniente in Italiam Attila rege Hunnorum floruit, cuius meminit Gregorius Turonensis Historiæ libro 17. nam ab hoc tempore ad illud annorum centum est interuallum. quod alij non viderunt.

Hos, quia minis, & terriculis non cesserant, Taurus precibus aggreditur ac lacrymans obtestatur, mitiora uti consulerent.] Hos viginti, qui minis Tauri non cesserant, Taurus deinde precibus expugnare adortus est, ac lacrimans obsecrauit, uti mitiora consilia caperent. Inde ad tacitas minas reuersus dixit, eos septem iam menses Arimino clauos hiemis incommodis, inopiaque confectos, sine spe reuersionis federe. debe-
re eos, quod maxima pars fecisset,

fecisset, imitari.

Et enimvero Fœgadius paratum se exsilio, atque omne supplicium, in quod deponeretur, profiteri, se ab Arrianis conceptam fidem non recepturum.] Fœgadius autem respondit, se exilium, & omnia potius supplicia subiturum, quam ut tali formulæ subscriberet. Exilium autem intentauerat, cum dixerat, septem menses clasfos sine spe reuersionis federe.

Ita in hoc certamine aliquot dies tracti.] Certamen intelligit minarum, & precū, quibus alternatim vsus erat Taurus præfectus.

Vbi parum ad pacem proficiebant, paulatim & ipse infractor, ad extremum proposita conditione ei incitur.] Opinor legi rectius posse, projiciebat, ut sit, Fœgadius, vbi parum ad pacem constantia retinenda proficiebat, paulatim mollior euadens, tandem proposita conditione expugnatur.

Namque Valens, & Ursarius affirmantes presentem fidem Catholica ratione conceptam ab Orientalibus Imperatore auctore prolata cum piaculo repudiari, ut quis discordiarum finis foret, si que Orientalibus placuisset, occidentalibus displiceret.] Et hoc loco legendum arbitror, pro, ut quis, ecquis. Fidem autem vocat formulam vltimo allatam, cui præscriptum erat nomen Constantij Imperatoris, quæque filij cum patre similitudinem continebat. quam illi auctore Imperatore prolata affirmantes sine scelere repudiari non posse, rogabant ecquis tandem finis discordiarum foret, si quæ orientalibus placuissent, occidentalibus displicerent?

Postremò si quid minus plena presenti fide edium viderent, ipsi adde-

mandatis opperens Imperatoris voluntatem, si forsitan redire ad exsilium iube retur. Is vbi extremum fidei periculum animaduertit, Occidentibus deceptis, Orientales per scelus vincitribus libellis publicè datis audientiam regis poposcit, ut de fide corā aduersarijs disceptaret. Id verò Arriani maximopere abnuere. Postremò quasi discordiæ seminarium & perturbator Orientis, redire ad Gallias iubetur, absque exsilij indulgentia.

adderent, quæ addenda putarent, præbituros se in his, quæ essent adiecta, consensum.] Conditio vero proposita fuit hæc. ut ad formulam, in qua dicebatur, *Filius Patri similis*, adderent, quod vellet. nam se id causâ concordie probaturos.

Fauorabilis professio pronis omnium animis excepta. nec vltra nostri repugnare ausi iam quoquo modo finem rebus imponere cupientes.] Fauorabilem professionem appellat conditionem, siue oblationem vltimam, quæ propter æquitatem suam accipi mereretur, & propterea à Catholicis viginti promptis animis exceptam ait, præfertim vero cum fessi iam finem concilio imponere cuperent.

Dein conceptæ à Fœgadio, & Seruatione professiones edî capere. in quæ primùm damnatur Arrius, totaq; eius perfidia. Ceterum non etiam Patri æqualis, & sine initio, sine tempore Dei filius pronunciat.] Hic locus meritò obscurissimus est, ut omnia, quæ doctrinâ Trinitatis attingunt. Mihi verò hæc esse horum verborum sententia videtur. Arrius dixerat. *Credo in Iesum Christum à Deo ex nihilo creatum, iua ut fuerit tempus, quando non esset.* Contra quem Catholici in Nicæna Synodo ita formulam fidei conceperunt. *Credo in vnum Dominum Iesum Christum Dei filium unigenitum, & ex patre natum ante omnia secula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt.* Inde post aliquot verba addiderunt. *Et dicentes, Erat quando non erat. aut Non erat, antequam fieret, & quod ex non extantibus factus est, hos tales anathematizat catholica, & apostolica ecclesia.* Semiariani verò non omnino in verbis Arrij permanentes vltimam formulam protulerunt his verbis. *Credo in unigenitum Dei filium, qui ante omnia secula, & ante omne principium natus est ex Deo, natum autem unigenitum solum ex solo patre, Deum de Deo, similem genitori suo patri secundum scripturas.* Quam formulam cum Catholici denique præter paucos approbassent, Fœgadius, & Seruatio accepta potestate addendi ei addiderunt ex formula Nicæna contra Arrium filium expressâ creaturam esse dicentem. *Genitum, non creatum. Dicentes autem, Erat, quando non erat, aut, non erat, antequam fieret, ut Arrius, atque hæresis eius asseruit, anathema sint.* atque his verbis satisfactum conscientie suæ, & Nicænam formulam conseruatam putarunt. neque addiderunt id, quod adhuc quæstionem fecerat, *Consubstantialem Patri*, item, *ex patre natum ante omnia secula.* nam putarunt, Consubstantialitatem, siue æqualitatem expressam in ijs verbis

verbis vltimæ formulæ, *similem genitori suo patri secundum scripturas. nec, sine principio, & sine tempore natum esse*, addiderunt, factis expressum id arbitantes in ijs verbis formulæ Semiarianæ, *Qui ante omnia secula, & ante omne principium natus est.*

Tum Valens, tanquam nostros adiuvans, subiecit sententiam, cui inerat dolus, *filium Dei non esse creaturam, sicut ceteras creaturas.*] Vbi verò Valens audiuit adiectionem factam à Fœgadio, & Seruatione, cum dixerat, *Genitum, & non creatum*, statim quasi eorum sententiam, vt nimis breuem supplere, aut vt nimis obscuram illustrare vellet, adiecit. *filium Dei creaturam esse non sicut alias creaturas.* que verba Catholici acceperunt, filium Dei non esse creatum, vt aliæ sunt creature, at Semiariani intellexerunt, creaturâ quidem esse, sed præstantiorem esse alijs creaturis, quæ dolum illi non sentientes formulæ ita auctæ subcripserunt.

Fefellitq. audientes fraus professionis. Etenim his verbis similis esse ceteris creaturis filius negabatur, creatura tamen potior tantum ceteris pronuntiabatur.] Aperit dolum, qui tum non est agnitus. Fraus inquit professionis, id est adiectionis fefellit audientes, quæ hæsit in eo. nam filius cū non sicut cæteræ creature esse dicebatur, tamē creatura, potior tantum ceteris dicebatur. atque hoc erat, quod à principio Arius senserat.

Ita neutra pars vicisse se penitus, aut victam putare poterat, quia Fides ipsa pro Arrianis, professiones verò postea adiectæ pro nostris erant, præterquam illa, quam Valens subiunxerat.] Aptum verò tēperamentum vtrique parti hoc visum erat, cum & Arriani, & Catholici haberent, quod cupierant, Arriani in ipsa formula, quam vocat *Fidem*, voti sui compotes facti, quia *consubstantialia* Catholicis subscribentibus eiecerant, Catholici in adiectis professionibus, in quibus *creatum* Arrianis assentientibus condemnarant. quin etiâ ijdē vltimâ formulâ à Valente prolata sibi fauere putarunt, quia tum fraudem insitam non viderunt, sed postquam iâ concilium fuerat dimissum. S. Hieronymus contra Luciferianos atterens Catholicos fraude Valentis, qui se cum Arrio sentire negavit, irretitos, longè alia ratione dolum esse intentum scribit, qui consuli potest.

Hoc verò modo concilium dimissum. bono initio, fædo exitu est consummatum.] Bonum initium fuit, cum Catholici & plures numero, & in causâ cōstantiores fuerant, fœdus exitus, cū cedentibus plerisque pauci, qui in fide remanserant, se decipi permiserunt.

Igitur

Igitur Arriani rebus nimium prospere, & secundum vota fluentibus Constantinopolim ad Imperatorem concurrunt.] Deceptis Occidentalibus episcopis Arriani Constantinopolim ad Imperatorem Constantium adeunt, vt Orientales sibi assentire compellant. idque asséquuntur. adierunt enim adhuc Constantinopoli legati cōcilij Seleucienfis, de quibus antè diximus.

Vi regia compellunt exemplo Occidentaliū prauam illam fidem recipere.] Vsi imperio Constantij regis episcopos legatos Concilij Seleucienfis subscribere illi formulæ cogunt, in qua Filius patri similis, & non creatura, sicut ceteræ creaturæ, asserebatur. cogunt autem abnuentes fame, carcere, episcopatus ademptione, & in exilium missione.

Ita optimis sacerdotibus aut metu territis, aut exilio deductis perfidie paucorum cuncti concesserunt.] Paucos [intelligit principes Arrianorum, qui aut exanimatis, aut exterminatis episcopis legatis concilij Seleucienfis impulere ceteros omnes episcopos Orientales, vt sibi assentirent, formulæque subscriberent. quod anno ccc. lxx. Constantinopoli factum est, vt Græci historici tradunt synodo conuocata. Ita omnes Arriani facti præter illos paucos, qui in exilium acti his concilij non assuerant, Athanasium, Luciferum, Eusebium, & Hilarium, qui quanquam tum Constantinopoli assuit, tamen egregiè in fide vetere persistit. Atque hoc est, quod inquit S. Hieronymus contra Luciferianos. *Ingenuit totus orbis, & se Arrianum esse, miratus est.*

Aderat ibi tum Hilarium à Selencia legatos sequutus, nullis certis de se mandatis opperiens Imperatoris voluntatem. s; forsitan redire ad exilium inberentur.] Interponit præclarum factum Hilarij, qui cū Constantinopoli esset, cum legati Seleucienfes subscribere coacti sunt, ac deinde eos reliqui subsequuti sunt, solus dolum intellexit, nec subscribere voluit, quare ne Orientem perturbaret, in Gallias redire iussus est.

Postremo quasi discordiæ seminarium, & perturbator Orientis redire in Gallias iubetur, absque exilij indulgentia.] Constantius iussit, vt domum rediret, sed exilium non remisit. Mortuo mox Constantio Iulianus omnibus reditū indulsit. tumque demū Hilarium cum ceteris in Galliam per Italiam redijt. Vnde Sulpicius in vita S. Martini, *Nec nullo post, cum Sancto Hilario comperisset, regis penitentia potestatem indulgentiam fuisse redendum, Romæ ei tentatis occurre, profectusq. ad urbem est.* Sic celsit S. Hieronymus vt post apparebit.

C O N -

CONCILIVM BITERRENSE
ET ALIA CATHOLICA
contra Ariminenſe.

Verum ubi permensus est orbem pene terrarum.] Non ignorandum est, Atrianos, postquam omnes Occidentis, & Orientis episcopos nefaria subscriptione illa deuinxerant, fraudem suam aperuisse, & pro se victoriam inclaimasse, qua Catholicum filium creaturam esse confessi erant. Sic enim inquit S. Hieronymus. Dimisso concilio ceperunt postea Valens, & Ursatius, ceterique nequitiae eorum socij, palmas suas iactare, dicentes se filium non creaturam negasse, sed similem ceteris creaturis. tum Pstae nomen abolitum est. tunc Nicensis fidei damnatio concludata est. Vbi vero Catholici peccatum suum agnouerunt, tum remedia continuo quaesierunt. ea vero, teste eodem, haec fuerunt. Alij intra suam communionem permansere, alij ad eos confessorum, qui sub nomine Athanasij exulabant, litteras misere. nonnulli inuitam societatem meliorum desperatione planxerunt. pauci vero (ut se nauis hominum habet) errorem pro consilio defensauerunt. Interim mortuo Constantio successe-

Verum ubi permensus est orbem pene terrarum, malo perfidiae infectum, dubius animi, & magna curarum mole aestuans, cum peris que videretur non ineundam cum his comunione, qui Ariminensem Synodum recepissent, optimum factum arbitratus, reuocare cunctos ad emendationem & penitentiam, frequentibus intra Gallias concilijs atque omnibus ferè episcopis de errore profitentibus, apud Ariminum gesta condemnant, & in statum pristinum Ecclesiarum fidem reformant. Resistebat sanis consilij Saturninus Arelatensium episcopus, vir sanè pessimus, & ingenio malo, prauoque: verum etiam praeter haeris infamiam, multis atque infandis criminibus conuictus, Ecclesia eiectus est.

ita

Ita partium vires amisso duce infractae. Paternus etiam à Petrocoris aequè vecors, nec detrectans perfidiam profiteri, sacerdotio pulsus: ceteris venia data. Illud apud omnes constitit, vnius Hilarij beneficio Gallias nostras piaculo haeris liberatas.

fit Iulianus, qui se initio Christianis aequissimè praebuit, atque episcopos exulantibus reditum condonauit. Quare ita pergit S. Hieronymus: Omnes episcopi, qui de proprijs sedibus fuerant exterminati, per indulgentiam nostri principis ad ecclesias redeunt. Tunc triumphatorem suum Athanasium Aegyptus excepit. tunc Hilarium de praelio reuertentem ecclesia Galliarum complexa est. tunc ad

reditum Eusebij lugubres vestes Italia mutauit. concurrerant episcopi, qui Ariminenſibus dolis irretiti sine conscientia haerici ferebantur, contestantes corpus Domini, & quicquid in Ecclesia sanctum est, se nihil mali in sua fide suspicatos. Putauimus, dicebant, sensum congruere cum verbis, nec in ecclesia Dei, ubi simplicitas, ubi pura confessio est, aliud in corde clausum esse, aliud in labijs proferrimur. decepit nos bona de malis existimatio. non sumus arbitrati, sacerdotes Christi aduersus Christum pugnare. Haec in vniuersum ab episcopis acta sunt ad ea emendanda, quae subscriptione Ariminenſi commissa erant. Sulpicius autem praecipue acta Hilarij, & Luciferi longè inter se diuersa exponit. Hilarius enim cum legatos concilij Seleucienſis Constantinopolim sequutus esset, ut audiuit omnes episcopos filium creaturam esse aut errore, aut terrore confessos esse, per tres libellos à Constantio audientiam petijt, ut cum aduersarijs de fide coram ageret, quod cum illi detrectassent, demum ab Imperatore, ne Orientem disputatione turbaret, in Gallias, sed sine exilij remissione, redire iussus est. Dum autem Constantinopoli profectus in Galliam redit, Constantius moritur, & Iuliani edicto reditus omnibus episcopis ad ecclesias datur. Haec anno cccclxi acta. Ceterum ad ea, quae perperam acta in Ariminenſi concilio erant, emendanda duo consilia proponebantur, vnum, ut omnes episcopi, qui se subscriptione contaminaſſent, communionem integrorum excluderentur, quod censuit Lucifer, alterum, ut ad penitentiam adhiberentur. quod censuit Hilarius. Hic enim cum in reditu ex Oriente, omnes homi-

EE

nes

nes perfidia Arriana pollutos esse reperisset, videretque plerisque cum Luciferio in ea sententia esse, ne cum episcopis, qui Arimineni concilio subscripserant, communi iniretur, ipse longe aliter sentiens, postquam in Italiam, & Gallias venit, multa concilia habuit. Ibi vero cum episcopi errorem suum confiterentur, & se deceptos allerent, ijs prope verbis vtentes, quæ supra ex S. Hieronymo in hunc commentarium inteximus, iurantes se nihil mali in sua fide suspicatos, ex omnium consensu condemnauit formulam Ariminensem, qua filius patri similis, & creatura, non sicut ceteræ creaturæ, statuebatur, & fidem in pristinum statum redegit, vt filius crederetur genitus, non factus, consubstantialis patri, ex Deo natus ante omnia sæcula. Ex concilio autem, quæ multa habuit, vnum fuit Biterrense, vt ipse significat in libro de synodis. *Ego grauissimum fidei periculum longe antea prouidens post sanctorum virorum exilia Paulini, Eusebii, Luciferi, Dionysij quinto abhinc anno, à Saturnini, & Ursacii, & Valentis commone me cum Gallicanis episcopis separari indulta ceteris consortibus eorum respiciendi facultate. Quibus postea per factionem eorum pseudopostolorum ad Biterrensem synodum compulsis cognitione huius hæreseos obtuli. sed hi timentes publicæ conscientie audire ingesta à me noluerunt. Hinc S. Augustinus contra Maximum. Hoc est illud Homousion, quod in concilio Nicæno aduersus hæreticos Arrianos à catholicis patribus veritatis auctoritate, & auctoritatis veritate firmatum est. quod postea in concilio Arimineni propter non ita in verbis minus, quam oportuit, intellectum multis paucorum fraudibus deceptis, hæretica impietas sub hæretico Imperatore Constantio labefactare tentauit. sed non post longum tempus libertate fidei catholice prævalente, postea quam vis verbi, sicut debuit, intellecta est, Homousion illud Catholice fidei sanitate, longe, lateque defensum est.*

Resistebat sanis consilijs Saturninus Arelatensium episcopus.] Hilarius non solum Catholicam fidem restituit, sed principes etiam Arrianorum episcopos Gallie ecclesijs deturbauit, vt Saturninum Arelatensem, & Paternum à Petrocoris. ceteris venia data Gallias piaculo hæresis liberauit. Quare merito Rufinus in Historia scripsit. Hilarius regressus, & in Italia positus ecclesias instaurauit, fidemque patriam reparauit. & Sozomenus libro v. Hilarius ab exilio reuersus Italos, & Gallos docuit, que dogmata essent amplectenda, & contra que fugienda. Hunc in eisdem rebus corrigendis barbarantem reperit Vercellensis Eusebius ab exilio reuersus.

Verum

Verum etiam præter hæresim infamiam multis, atque infandis criminibus committitur, Ecclesia eiectus est.] Saturninus non solū prauo ingenio, verum etiam ultra hæresim multorum infandorum criminum compertus, est condemnatus vnà cum Paterno ex Petrocoris. Petrocoritana verò ecclesia fuit prouinciæ Aquitanicæ secundæ, cuius Paternus erat episcopus, æque stultus, & impius, ac Saturninus.

HAERESIS SIVE SCHISMA LUCIFERIANORVM.

Ceterum Luciferum Antiochiæ longè diuersa sententia fuit. Nam in tantum eos, qui Arimini fuerant, condemnauit, vt se etiam ab eorum communione secreteerit, qui eos sub satisfactione, vel penitentia recepisset. Id rectè, an perperam constituerit, dicere non ausim. Paullinus & Rhodanus in Phrygia defuncti. Hilarius sexto anno postquam redierat, in patria obiit.

mauit. quæ celsus lapsos non esse etiã sub satisfactione recipiendos, vt inquit Sozomenus. Sulpicius autem negat se affirmare aude re, recte an perperam tum Lucifer aut fecerit, aut senferit. quia res variè vtrinque tum iactabatur. nam multi Luciferianorum potius schisma, quam hæresim, appellabant, vt S. Augustinus scripsit. & Luciferi magna erat auctoritas, vt qui se nunquã Arriani alicuius communione polluisset. vt S. Hieronymus prodit.

Ceterum Luciferum Antiochiæ longè alia sententia fuit.] Transiit ad aliam hæresim à Catholicis propter recipiendos in communione lapsos excitam. quæ ab Arriana profecta est. Quippe Lucifer è Thebis superioribus, vbi exularat, reuersus Antiochiam venit, atque ibi Paullinum episcopum contra Melitum Arrianum ordinauit. qui cum ab Eusebio episcopo Vercellensi non esset receptus, Lucifer offensus se ab eius communione remouit, quod Arrianos etiã sub satisfactione in communione admisisset. atque hinc Luciferianorum hæresis man-

EE 2

Paul-

Paulinus, & Rhodanus in Phrygia defuncti.] De S. Paullino sic Beda: Pridie Kal. Septembris Treuiris celebratur natalis S. Paullini episcopi, & confessoris, qui à Constantio Imperatore ob Catholicam fidem relegatus exilio, & usque ad mortem extra Christianum nomen mutando exilia fatigatus ad ultimum apud Phrygiam defunctus beatæ passionis coronam à Domino percepit.

Omisit Dionysium, de quo sic Vlsuardus. *Dionysius episcopus Mediolanensis, & confessor apud Cappadociam pro fide Catholica damnatus exilio ibidem quieuit.*

Hilarius sexto anno postquam redierat, in patria obiit. Idem S. Hieronymus in Chronico. *Mortuus est Pictavis Valentiano, & Valente regnantibus nempe anno CCCLXVI. De eo sic Beda. Pictavis Idibus Ianuarij natalis colitur S. Hilarij episcopi, & Confessoris, qui ob Catholicam fidem quadriennio apud Phrygiam relegatus inter alias virtutes fertur, quod mortuum suscitauerit. Hac tenus de hæresi Arriana.*

HAERESIS PRISCILLIANISTARVM.

Sequuntur tempora ætatis nostræ grauiæ, ac periculosa.] Transit ad aliam hæresim exponendam, quæ suo tempore Hispaniam, & Galliã perturbauit. quæ antiquitus Gnosticorum, tum vero Priscillianistarum est dicta à Priscilliano, qui illam propagauit. ac pluribus, & certius, quàm quisquã alius, eam exponit. periculosam autem vocat propter coitiones nocturnas, easq; infandas virorum, & feminarũ, qui in eam conspirauerunt; intamem, propter turpes libidines, & alia probra, quæ in eorum conuentibus suscipiebantur. Gnostici autem fue-

Sequuntur tempora ætatis nostræ grauiæ & periculosa, quibus nõ vísitato malo polluta Ecclesiã, & perturbata omnia. Namque tum primum infamis illa Gnosticorum hæresis intra Hispanias deprehensa, supersticio exitiabilis arcanis occultata secretis. Origo istius mali, oriens ab Aegyptijs. Sed quibus ibi initijs cœluerit, haud facile est differere. Primus eam intra Hispanias Marcus intulit, Aegypto pro-

profectus, Memphis ortus. huius auditores fuere, Agape quædam non ignobilis mulier, & rhetor Helpidus. Ab his Priscillianus est institutus, familia nobilis, prædiues opibus, acer, inquires, facundus, multa lectione eruditus, differendi ac disputandi promptissimus: felix profectò, si non prauo studio corrupisset optimum ingenii: prorsus multa in eo animi & corporis bona cerneret. vigilare multum, famem ac sitim ferre poterat; habendi minimè cupidus, vtendi parcissimus. sed idè vanissimus, & plus iusto inflatior profanarum rerum scientia. Quin & magicas artes ab adolescentia eum exercuisse creditum est. Is vbi doctrinam exitiabilem aggressus est, multos nobilium, pluresque populares auctoritate persuadendi, & arte blandiendi allicuit in societatem. Ad hoc mulieres nouarum rerum cupi-

fuerunt apostolis proximi à Basilde profecti, atque à cognitione rerum, quam profitebantur, ita appellati, qui, vt inquit S. Leo, præter nefandas Euangelij interpretationes per magicarum artium profana secreta, & mathematicorum noua mendacia religionis fidem, morumq; rationem in potestate dæmonum, & effectũ hyderis collocarant. Ceterum Arcana secreta, cum inquit, turpitudines eorum intelligit. nam, vt scribit S. Epiphanius, conuentus suos turpitudine multiplicis coitus polluerunt, comedentes, & bibentes humanas carnes, atque immunditias suas, communes, vt Nicolaitæ, habentes uxores. post longas & apparatus epulas passim inter se miscebantur, ac semen maris manibus excipiebant, & intuentes cælum patri vniuersitatis offerebant. eumq; loco sanguinis hauriebant. Liberos procreationem auerfabantur: hos conuentus occultè agebant. Itaque, vt addit S. Augustinus in libro de hæresibus, propter occultandas contaminationes, & turpitudines suas habebant in suis dogmatibus hæc verba: Iura, perinra, secretum prodeye noli.

Origo istius mali oriens ab
EE 3 Aegy-

cupidæ, fluxa fide, & ad omnia curioso ingenio, cateruatum ad eum confluēbant. Quippe humilitatis speciem ore & habitu prætendens, honorem sui & reuerentiā cunctis iniecerat. Iamque paulatim perfidiæ istius tabes, pleraque Hispaniæ peruaferat. quā & nonnulli episcoporum deprauati, inter quos Instantius & Saluianus Priscillianum non solum cōfessione, sed sub quadam etiā coniuratione susceperant. Quo Adyginus episcopus Cordubensis ex vicino emeritæ ætatis sacerdotem refert. Is verò sine modo, & ultra quā oportuit Instantium, fociosque eius lacessens, facem quandam nascenti incendio subdidit: vt exasperauerit malos potius, quā compresserit.

per in Chronico: *Anno Christi cccLxxix Priscillianus de Gallæcia ex Manicheorū & Gnosticorū dogmate heresim nominis sui condidit. S. Augustinus: Priscillianistæ, quos in Hispania Priscillianus instituit, maxime Gnosticorum, & Manicheorum dogmata permixta se-*
tan-

Aegyptijs. sed quibus ibi iniurijs coaluerit, haud facile est differere.] Multò fufius, ac multò clarius, quā quifquā alius, acta huius hæresis narrat Sulpicius. Quare multa habet singularia, maxime memorabilia. Origo fuit in Aegypto, sed obfcura.

*Primus eam intra Hispaniam Marcus inuulit, Aegypto profectus, Memphi oriū. huius auditores fuere Agapæ, quaedam non ignobilis mulier, & rhetor Helpidium.] Ex Aegypto trāflata est in Hispaniam à Marco, qui duos discipulos reliquit, Agapē, & Helpidium. de quibus post Sulpiciū S. Isidorus in libro de uiris illustribus: *Hiracius Hispaniarum episcopus scripsit quendam librum sub Apologetici specie, in quo detestanda Priscillianiani dogmata, & maleficiorum eius artes, libidinumque eius probra dicit, ostendens Marcum quēdam Memphiticum, magicæ artis scientissimum discipulum fuisse Manis, & Priscilliani magistrum.**

Ab his Priscillianus est institutus.] Hic est, qui heresi nomen dedit. de quo sic S. Pro-

tanur. quamuis & ex alijs hæresibus in easordes, tanquam in sentinam quandam, horribili confusione confluerunt. Virtutes inde eius, vitiaque persequitur. inter quæ hoc etiā ponit: quod magics artes ab adolescentiā nouerat.

*Is, ubi doctrinam exitiabilem aggressus est, multos nobilium, pluresque populares auctoritate persuadendi, & arte blandiendi allicuit infocietatem.] Vt ergo Marcus Aegyptius Helpidium, Helpidius Priscillianum, sic Priscillianus ingentem numerum uirorū, mulierumque nobilium deprauauit. præcipuè autem mulieres cateruatum ad eum se contulerunt, quod rerum nouarū studio, quod fide imbecilla, & curioso ingenio sint. Cum igitur feminæ in societatem disciplinæ ascitæ essent, ergo verum fuit illud, quod post ei in iudicio obiectum fuit, nocturnos eum turpi un feminarum egisse conuentus. Vnde scripsit S. Hieronymus auersus Pelagianos: *Priscillianus in Hispania pars Manichei, de turitudine cuius te discipuli diligunt plurimum, uerbum perfectionis & scientiæ sibi remere vindicantes, soli cū solis clauduntur mulierculi, & illud eis inter coitum, amplexusque, decantant.**

Tum pater omnipotens sæcundis imbribus æther

Coniugis in gremium lætæ descendit, & omnes

Magnus alit, magno commistis corpore fœtus.

Qui quidem partem habent Gnosticæ hereseos, de Basilidis impietate uenientem.

Quippe humilitatis speciem ore, & habitu prætendens honorem sui, & reuerentiā cunctis iniecerat.] Cepit primum homines artificioso loquentiæ, ac doctrinæ nouitate, & retinuit simulatione probatis. quoniam ore, & habitu præferens humilitatē, quæ est species sanctitatis, homines ad se uenerandum alliciebat.

Quā & nonnulli episcoporum deprauati.] Demum, qui profanos illexerat, etiā sacerdotes corripuit, vt Instantium, & Saluanum episcopos, qui cum eo prope coniurauerunt. Qui verò hi fuerint, non prodit, uerum ex Lusitania fuisse apparet, nam & ipse Priscillianus fuit de Gallæcia.

Quo Adhyginus episcopus Cordubensis ex vicino agens comperto, ad Idacium emeritæ ætatis sacerdotem refert.] Legendum, Quod Hyginus episcopus Cordubensis ex vicino agens compertum ad Idacium Emeritæ ciuitatis episcopum; quia Augusta Emerita uicina erat Cordubæ. Ceterum Hyginus, & Idacius successerunt Ofio Cordubensi episcopo, & Florentino Emeritæ ciuitatis episcopo, qui in

concilio Sardicensi subscripserunt hoc modo; *Florentinus Emeritæ civitatis episcopus*. tum verò Emerita metropolis habebat dignitatem, quæ post à Calisto 11 Pont. Compostellam traducta est. Potest etiam legi, *Quo Hyginus comperro*, omnino enim Hygini, non Adhygini nomen est retinendum. Pro Idacio verò S. Hieronymus habet *Hylatium*, in libro de scriptoribus ecclesiasticis.

Is verò sine modo, & ultra, quàm oportuit, Instantium, sociosq; eius laceffens.] Idacius verò Instantium, & socios maledictis gaudiis, & tortasse minis acrioribus, quàm oportuit, est aggressus. atque ita incendium potius auxit, quàm sedavit, & furorem hæreticorum irritavit potius, quàm compressit.

CONCILIUM CAESARAVGVSTANVM
CONTRA PRISCILLIANISTAS.

Igitur post multa inter eos, & digna memoratu certamina apud Caesaravgvstam synodus congregatur. cui tum etiã Aquitani episcopi interfuerunt.] Cum autem diu scriptis inter se, probrisq; certarent, tandem Catholici episcopos ad concilium Cesaravgvstam vocarunt. in quo actuere episcopi nõ solum ex Hispania, sed etiam ex Aquitania. hæreticos autẽ iudicio se cõmittere nõ ausos Catholici absentes dænarunt, nempe Instantium, & Saluvianum episcopos, Helpidium, & Priscillianum laicos. illo addito, si quis eos in communionẽ recepisset, eadem pæna teneretur. Pæna verò fuit episcopis amissio Ecclesiæ, & vt communiõ-

Igitur post multa inter eos, & digna memoratu certamina, apud Cesaravgvstam Synodus congregatur: cui tum etiam Aquitani episcopi interfuere. Verum hæretici committere sententia non ausi, in absentes tum lata sententia, damnatiq; Instantius & Saluvianus episcopus, Helpidius & Priscillianus laici. Additum etiam, vt si quis dånatos in communionem recepisset, sciret in se eandem sententiã promendam. Atque id Ithacio Sossubenfi episcopo ne-

munio-

g-

gotium datum, vt decretum episcoporum in omnium notitiam deferret, maximeq; Hyginum extra cõmunionẽ faceret: qui cū primus omnium infectari palam hæreticos cõpisset, postea turpiter deprauatus, in communionem eos recepisset.

munione omnis Ecclesiæ eijcerentur.

Atque id Ithacio Sossubenfi episcopo negociũ datum, vt decretum episcoporum in omnium notitiã deferret.] Non solum decreta faciunt, vt damnent hæreticos, sed executionẽ etiam mandant vni ex episcopis Ithacio Sossubenfi. Quæ autem civitas sit Sossuba, nondum reperi.

Suspitor, ne Ossonobensi scribendum sit. nam Ossonoba fuit civitas Lusitaniæ. & Vincentius episcopus Ossonobensis interfuit Concilio Eliberitano. Ni quis malit Oxomẽsi. nam Vxama Plinio, & Ptolomeo in Hispania celebratur. & in concilijs legitur episcopus Oxomensis. vulgo Osma. Isidorus vocat Ithacium Hispaniarum episcopum.

Maxime Hyginum extra communionem faceret.] Nominatim mandatum, vt Hyginum communionem depelleret, qui cum hæreticos primus infectatus esset, tamen post in communionem receperat.

PRISCILLIANISTARVM TVMVLTVS.

Interim Instantius & Saluvianus damnati iudicio sacerdotũ, Priscillianũ etiam laicum, sed principem malorum omnium, vnã secum Cesaravgvstana Synodo notatum, ad confirmandas vires suas episcopum in Labilensi oppido constituunt: rati nimirum, si hominem acrẽ

&

Interim Instantius, & Saluvianus damnati iudicio sacerdotum Priscillianum etiam laicum, sed principem malorum omnium vnã secum Cesaravgvstana synodo notatum ad confirmandas vires suas episcopum in Labilensi oppido constituunt.] Quæ huius quoque quod sit Labilense oppidum in Hispania, nec reperi. Quare Abilensi legendum putavi. Est enim Abila

Abila

Abila, seu Abula nota & veteribus, & presentibus temporibus in Hispania. Confirmavit meam opinionem S. Hieronymus, qui in libro de scriptoribus Ecclesiasticis Priscillianum Abilæ episcopum vocat. Vt autem ex Labilensi litera ad sanitatem restituendam est deraheda, sic etiam ex Solubensi. Ergo hæretici Priscillianum à Catholicis damnatum Abilensem episcopum faciunt.

Tum vero Idacius, atque Ithacius instare, arbitrantes posse inter initia malis comprimere, sed parum sanis consiliis seculares iudices adeunt. Vt autem hæretici Prisciliano episcopo constituto se munierunt, sic Catholicorum principes ad præsidium secularium iudicum contra eos confugerunt, atque à Gratiano tum Imperatore in Gallijs agente rescriptum elicerunt, ut omnes hæretici ecclesijs, urbibus, ac terris omnibus pellerentur. factum est hoc anno cccclxxx i.

Quo comperto Gnostici diffisi rebus suis non ausi iudicio certare sponte cessere, qui episcopi videbantur, ceteros metus dispersit. Cognito edito Imperatoris hæretici,

& callidum sacerdotali auctoritate armassent, tutiores fore sese. Tum vero Idacius atque Ithacius acrius instare, arbitrantes posse inter initia malum comprimere: sed parum sanis consiliis seculares iudices adeunt, ut eorum decretis atque executionibus hæretici urbibus pellerentur. Igitur post multa & foeda Idacio supplicante, elicitur à Gratiano tum Imperatore rescriptum, quo uniuersi hæretici excedere non Ecclesijs tantum aut urbibus, sed extra omnes terras propelli iubebantur, Quo comperto, Gnostici diffisi rebus suis, non ausi iudicio certare, sponte cessere, qui episcopi videbantur: ceteros metus dispersit. At tunc Instantius, Saluanus & Priscillianus Romam profecti, ut apud Damasum urbis ea tempestate episcopum obiecta purgarent. Sed iter eis præter interiorem Aquitaniam fuit: ubi tum ab impericis

ritis magnificè suscepti, sparsere perfidiæ semina. maximeque Elusanam plebem, sanè tum bonam & religioni studentem, prauis prædicationibus peruertere. à Burdigala per Delphinum repulsi, tamen in agro Euchrociæ aliquantisper morati, infecere nonnullos suis erroribus. Inde iter ceptum ingressi, turpi sanè, pudibundoque comitatu, cum vxoribus atque alienis etiam feminis, in quis erat Euchrocia, ac filia eius Procula: de qua fuit in sermone hominum, Priscilliani stupro grauidam, partum sibi gramini bus abegisse. Hi ubi Romam peruenere, Damaso se purgare cupientes, ne in conspectum quidem eius admisi sunt. Regressi Mediolanum, æque aduersantem sibi Ambrosium repperunt. Tum vertere consilia, ut quia duobus episcopis, quorum ea tempestate summa auctoritas erat, non illuserant, lar-

qui episcopos se gerebant, cum propter superiorem damnationem vere episcopi non essent, non ausi in conspectum Imperatoris venire, & coram causam dicere, sponte ex Hispania abire, alij aliud metu dispersi sunt.

Ac tum Instantius, Saluanus, & Priscillianus Romam profecti, ut apud Damasum urbis ea tempestate episcopum obiecta purgaret. Hæretici non accepto sæculari iudicio ad principem ecclesiarum omnium confugerunt, Romanum inquam pontificem, Damasum, vel quia pontifex erat, vel quia ex Hispania genus trahebat. is anno cccclxxxiv obiit, vir sanctitate insignis.

Sed iter eis præter interiorem Aquitaniam fuit, ubi tum ab impericis magnificè suscepti sparsere perfidiæ semina. Hæretici Romam proficiscetes ex Hispania per Aquitaniam Galliarum provinciam iter fecerunt. ubi benignè excepti hæresim suam docuerunt.

Maximeque, Elusanam plebem, sanè tum bonam, & religioni studentem prauis prædicationibus peruertere. Elusates Galliarum populos nominavit quoque Plinius, quos

nunc corruptos à Gnostici-
cis inquit Sulpicius.

*A Burdigala per Delphi-
num repulsi.*] Delphinus epi-
scopus Burdigalensis in Aquitania
secunda, comperto Gnosticorum
aduentu illos vrbe arcuit. quare
in agro apud Euchrociam viduam
morati nonnullos, & præcipuè
ipsam Euchrociam deprauarunt.
Hæc Euchrocia vxor Delphidij
rethoris, & poetæ fuerat. Delphi-
ni episcopi per hæc tempora
meminit S. Ambrosius epistola
LV. ad eum quoque scripsit S.
Paullinus episcopus Nolanus ab
eo Burdigalæ baptizatus. Burdigala
fuit metropolis Aquitaniæ
secundæ.

*Hi ubi Romam peruenere,
Damaso se purgare cupientes
ne in conspectum quidem eius
admissi sunt. Regressi Medio-
lanum, æquè auersantem ibi
Ambrosium reppererunt.*] Gnostici
neque Romæ à pontifice Damaso,
neque in reditu Mediolani ab archiepi-
scopo Ambrosio ad se purgandum
admissi sunt. Recte. fuit enim
vterque princeps feueritatis, &
innocentiæ vir. nec mirandum est,
S. Ambrosiū hæreticos exclusisse,
qui etiam Theodosium maiorem Imperato-
rem

giendo & ambiendo ab Imperatore
cupita extorquerent. ita corrupto
Macedonio, cum Magistro officio-
rum, rescriptum eliciunt, quo
calcatis quæ prius decreta erant,
restitui Ecclesijs iubebantur.
Hoc freti Instantius & Priscillianus,
repetiuere Hispanias. Nam
Saluianus in vrbe obierat: ac
tum sine vilo certamine Ecclesias,
quibus præfuerant, recepere.
Verùm Trachio ad resistendum
non animus, sed facultas defuit:
quia hæretici corrupto Voluentio
proconsule, vires suas confirmauerant.
Quinetiam Ithacius ab his quasi
perturbator Ecclesiarum reus
postulatus, iussusque per atrocem
exsecutionem deduci, trepidus
profugit ad Gallias: ibi Gregorium
præfectum adiit. Qui compertis
quæ gesta erant, rapit ad se
turbarum auctores iubet, ac de
omnibus ad Imperatorem refert, vt
hæreti-

cis

cis viam ambiendi præcluderet.
Sed id frustra fuit: quia per
libidinem & potentiam paucorum,
cuncta ibi venalia erant. Igitur
hæretici suis artibus grandi pecunia
Macedonio data, obtinent, vt
Imperiali auctoritate præfecto
erepta cognitio, Hispaniarum
vicario. Nam iam proconsulem
habere desierant: missique à
Magistro officiales, qui Ithacium
Treuensis agentem ad Hispanias
retraherent. Quos ille callidè
frustratur: ac postea per Pritan-
nium episcopum defensus, illufit.

rem cæde Theſſalonicenſi
cruentum templi aditu pro
hibuerit, & peſtori peſtus
obiecerit. Eorum vterque
inter Sanctos relatus eſt.

*Tum vertere conſilia, vt
quia duobus episcopis, quorum
ea tempeſtate ſumma au-
toritas erat, non illuſerant,
largiendo, & ambiendo ab
Imperatore cupita extorquerent.*
] Gnostici poſtquam nihil æqui à
ſummo pontifice, & ab archiepiſcopo
Mediolanenſi obtinere poterunt,
qui eo tempore ceteris auctoritate
preſtabant, ad iudicium ſæculare
ſe retulerunt, & corrupto donis,
& precibus Macedonio officiorum
magiſtro reſcriptum contrarium à
Gratia no elicerunt, quo abrogatis
prioribus edictis, eccleſiſijs, vnde
puli erant, reſtituti ſunt. id actum
anno

CCCLXXXI exiſtimatur. Quod legitur,
*corrupto Macedonio cū magiſtro
officiorum,* legendum, *tum magiſtro,*
vt Macedonius intelligatur eo
tempore magiſter officiorum, Atque
ita Iſtantius & Priscillianus eccleſias
ſine certamine receperunt. Nam
Saluianus Romæ diem ſuum obierat.

Verùm Thrachio ad reſiſtendum
non animus, ſed facultas defuit,
quia hæretici corrupto Voluentio
proconſule vires ſuas confirmauerant.
] Hæretici inde reſtituti Voluentium
proconſulem Hispaniæ donis corruptum
in partes ſuas traxerunt, atque
ita fauore, & edictis eius opes ſuas
ſtabiliuerunt. Quare Idacius, licet
maximè cuperet, eos inſectari non
potuit. Eſt autem intelligendum,
non omnes prouincias habuiſſe
proconſulem, & vicarium habue-

habuerunt, cum aliâ præsidem, & vicarium haberent. Gratianus autem hoc tempore, vt post apparebit, proconsulem Hispaniæ remouit, ac solum vicarium reliquit. Itaque in Notitia Imperij Occidentalis sola Africa proconsularis nominatur, quod etiam Saluianus scripsit in libro de prouidentia Dei. Pro *Trachio* sententia postulat, vt reponatur *Idacio*.

Quin etiam Ithacius ab his quasi perturbator ecclesiarum reus postularis, iussusq; per atrocem executionem deduci, trepidus profugit ad Gallias, ibi Gregorium præfectum adijt.] Ex duobus hæreticorum accusatoribus *Idacius*, qui vtrò agebat, resistere aduersus proconsulem *Voluentium* ab aduersarijs corruptum non potuit, *Ithacius* verò, qui mandato *Cæsaraugustanæ* synodi agebat, tanquam auctor seditionis infimulatus, à proconsule atroci executione ad se deduci est iussus. quod vt ille sensit, *trepidus* in Gallias ad *Gregorium* præfectum prætorio Galliarum, vt ad altiorum magistratum, confugit, atque eius præsidium implorauit.

Qui compertis, quæ gesta erant, rapi ad se barbarum auctores iubet, ac de omnibus ad Imperatorem refert, vt hæreticis obicem ambiendi præcluderet.] *Gregorius* autem præfectus cognitis rebus in Hispania actis, *Instantium*, & *Priscillianum* turbarum auctores rapi ad se iubet, omnia ad *Gratianum* Imperatorem refert, ne quid integrum per ambitum agendi hæreticis relinquat. Interim Hispania proconsule spoliatur, atque omnis iudicij summa ad vicarium Hispaniæ redigitur.

Sed id frustra fuit, quia per libidinem.] Vbi ergo remotum esse proconsulem *Voluentium* ex Hispania, solumque vicarium relictum hæretici cognouerunt, tum artibus suis *Macedonium* magistrum officiorum apud Imperatorem corruerunt, ac per eum edictum Imperiale elicerunt, vt cognitio causæ hæreticorum Hispanorum eriperetur præfecto prætorij Galliarum, & tradere tur vicario Hispaniarum. nam tum proconsul nullus erat, nec potest fuit. vt ex Notitia declaratur.

Misitq; à magistro officiales, qui Ithacium tum Treuiris agentem ad Hispanias retraherent.] Nec solum *Macedonius* magister officiorum cognitionem ad Vicarium Hispaniarum redegit, sed etiam misit officiales, qui *Ithacium* tum *Treuiris* agentem, (nam ibi erat cum Imperatore præfectus prætorio) ad Hispanias retraherent.

Quos ille callide frustrauit, ac postea per Pritannium episcopum defen-

defensus, illustr.] Malim *frustratus*, vt sit, Quos cum ille è manibus elapsus decepsisset, (hoc enim est *callide frustratus*.) ac postea per *Pritannium* episcopum apud Imperatorem defensus fuisset, illustr. siquidem in Gallia restitit, neque ad causam dicendam in Hispaniam adijt.

CONCILIVM BURDIGALENSE ADVERSVS PRISCILLIANISTAS.

Iã rumor incefferat *Clementem Maximum* intra *Britannias* sumpsisse imperiũ, ac breui in Gallias erupturum. Ita tum *Ithacius* statuit, licet rebus dubijs, noui Imperatoris aduentum expectare: interim sibi nihil agitandum. Igitur vbi *Maximus* opidum *Treuerorũ* victor ingressus est, ingerit preces plenas in *Priscillianũ* ac socios eius inuidiæ atq; criminum. Quibus permotus Imperator, datis ad præfectum Galliarum atque ad vicarium Hispaniarum litteris, omnes omnino quos labores illa inuoluerat, deduci ad *Synodum Burdigalensẽ* iubet. Ita deducti *Instantius* & *Priscillianus*: quorum *Instantius* prior iussus causam

Iam rumor incefferat, Clementem Maximum intra Britannias sumpsisse Imperium, ac breui in Gallias erupturum.] Anno *ccclxxxiii* *Clemens Maximus* militũ præfectus *Gratiani* Imp. in *Britannia* militari fauore Imperator aduersus *Gratianũ* ipsum appellatus tãtas mox opes adeptus est, vt ex *Britannia* in *Galliam* penetrarit, ac *Gratianum* *Treuiris* fugientem persecutus ipsũ apud *Lugdunum* occiderit, & *Gallias*, *Hispaniasq;* sibi adiunxerit. *Ithacius* ergo vbi audiuit, *Maximum* in *Galliam* erupturum, licet dubia victoria proponeretur, tamen aduentum eius expectare, atque interim nihil agere statuit. Hoc loco legenda est *Historia Occidentalis* à me scripta.

Igitur vbi Maximus oppidum Treuirorũ victor ingressus est.] Erupit ergo *Maximus* in *Galliam*, ac *Treuirorum* oppidum à *Grati-*

sam dicere, postquam se parum expurgabat, indignus esse episcopatu pronuntiatum est. Priscillianus verò, ne ab episcopis audiretur, ad principem prouocauit. *permissumque id nostrorū inconstantia, quia aut sententiam in refragantem ferre debuerant, aut si hi ipsi suspecti habebantur, alijs episcopis audientiam referuare, non causam Imperatori de tam manifestis criminibus permittere. Ita omnes, quos causa inuoluerat, ad regem deduci. Secuti etiā accusatores, Idacius & Ithacius episcopi: quorum studium in expugnandis hæreticis non reprehenderem, si non studio vincendi, plus quam oportuit, certassent. Ac mea quidem sententia est, mihi tam reos quam accusatores displicere. Certè Ithacium nihil pensi, nihil sancti habuisse definitio. fuit enim audax, loquax, impudens, sumptuosus, ventri &*

no desertum victor iniit. Quod vt vidit Ithacius, statim Maximum adijt, atq; aduersarios quam criminosissimè, & inuidiosissimè potuit, accusauit, precessq; pro se ipso, & causa catholicoꝝ adiecit, quibus permotus Maximus præfecto prætorio Galliarū, & vicario Hispaniarū literis datis mandauit, vt ad concilium Burdigalæ episcopis indictū omnes, qui hæretici esse dicebantur, adduci iuberet. Maximus verò æquum se Catholicis præbuit, adeo vt etiam S. Martinum episcopum Turronensem in maximo honore haberet. auctor Sulpicius in vita.

Ita deducti Instamius, & Priscillianus.] Hoc modo hæretici ad conciliū, quod semper ante euearant, Burdigalam deducti, ex quibus Instantius, cum se purgare non possiet, ecclesia spoliatus est. Priscillianus, vt episcoporum iudicium declinaret, ad Imperatorem prouocauit. Hoc idem S. Prosper in Chronico: *Priscillianus in synodo Burdigalensi se damnandū intelligens ad Imperatorem Maximum prouocauit. Burdigalæ Urbica Priscilliani discipula ob impietatis pertinaciam per se-*

di-

gulæ plurimum impertiens. Hic stultitię eò vsq; processerat, vt omnes etiam sanctos viros, quibus aut studium inerat lectionis, aut propositum erat certare ieiuniis, tanquam Priscilliani socios aut discipulos, in crimen arcesseret. Ausus etiā miser est, ea tempestate Martino episcopo, viro planè Apostolis conferendo, palam obiectare hæresis infamiam. Namque tum Martinus apud Treueros constitutus, non desinebat increpare Ithacium, vt ab accusatione desisteret: Maximum orare, vt sanguine infeliciū abstineret: satis superque sufficere, vt episcopali sententia hæretici iudicati Ecclesijs pellerentur: nouū esse & inauditum nefas, vt causam Ecclesię iudex sæculi iudicaret. Denique quo ad vsque Martinus Treueris fuit, dilata cognitio est. & mox discessurus, egregia auctoritate à Maximo elicit

ditionem vulgi lapidibus extincta est.

Permissumq; id nostrorū inconstantia.] Reprehendit factum episcoporum catholicorum, qui Priscilliani prouocationi ad Imperatorem cesserint, cū debuisset aut in eū refragantē sententiā ferre, aut si ipse eos episcopos suspectos haberet, ad alios episcopos cognitionem transferre, non causam sacerdotum de tam manifestis criminibus Imperatori laico permittere. de qua Valentiniani Imp. rescriptum extabat, vt scribit S. Ambrosius in epistola ad Valentinianum maiorem: *Valentinianus maior Imp. non solū sermone respondit, sed etiam legibus suis sanxit, in causa fidei, vel ecclesiastici alicuius ordinis eum iudicare debere, qui nec munere impar sit, nec iure dissimilis (hæc enim verba rescripti sunt.) hoc est sacerdotes de sacerdotibus voluit iudicare. Quin etiam si alius quoque argueretur episcopus, & morum esset examinanda causa, etiam hanc voluit ad episcopale iudicium pertinere.*

Ita omnes, quos causa inuoluerat, ad regē deducti, sequuti etiam accusatores Idacius, & Ithacius episcopi.]

F F Hoc

spon-

Hoc ab episcopis concessio, omnes rei Treuiros ad Maximi Imperatoris iudiciū, vt appellauerant, deducti, eosque ipsi episcopi accusatores de more sequuti. Qui fuerint rei, post ex damnatione cognosceretur.

Quorum studium in expugnandis hereticis non reprehenderem, si non studio vincēdi, plusquam oportuit, certassent.] Arguit accusatores vincēdi potius studio, quam hæresis odio reos vsque ad extremum peregrisse. Quod etiā sentire videtur S. Hieronymus, cum scripsit, Priscillianum Idacij, & Ithacij factione à Maximo tyranno cæsum fuisse.

Ac mea quidem sententia est, mihi tam reos, quam accusatores displicere. certe Ithacium nihil pensi, nihil sancti habuisse desinio. fuit enim audax, loquax, impudens, sumptuosus, ventri, & gulae plurimum impertiens.] Lego sic, postulante sententia, mihi non tam reos, quam accusatores displicere. Iudicium enim suum interponit, quo inquit, non se minus improbare reos Priscillianitatis, quam accusatores eorum episcopos Idacium, & Ithacium, vt qui studio crudelitatis ad accusandū ad-

ductionem, nihil cruentū in reos constituendum. Sed postea Imperator per Maximum & Rufum episcopos deprauatus, & à mitioribus consilijs deflexus, causam præfecto Euodio permisit, viro acri & seверо. Qui Priscillianum gemino iudicio auditum, cōiuctumque maleficij, nec diffitentem ob scænis se studuisse doctrinis, nocturnos etiam turpium feminarum egisse conuentus, nudumque orare solitum, nocentem pronunciauit, redegitque in custodiam, donec ad principem referret. Gestis ad palatiū delatis, censuit Imperator, Priscillianū sociosque eius capitis damari oportere. Ceterum Ithacius videns, quā inuidiosum sibi apud episcopos foret, si accusator, etiam postremis rerum capitalium iudicijs assistet (etenim iterari iudicium necesse erat) subtrahit se cognitioni, frustra

fra callido iam scelere perfecto. At tum per Maximum accusator apponitur patricius quidam, filci patronus. Ira eo insistente, Priscillianus capitis damnatus est, vnaque cum eo Felicissimus & Armenius, qui nuper à Catholicis, clerici Priscillianum secuti, descuerant. Latronianus quoque, & Euchrocia, gladio perempti. Instantius, quem superius ab Episcopis damnatum diximus, in Sylinam insulam, quæ vltra Britanniam sita est, deportatus. Itum deinde in reliquos sequentibus iudicijs, damnatique Afarinus & Aurelius diaconus, gladio. Tiberianus, ademptis bonis, in Sylinam insulam datus. Tertullus, Potamius, & Iohannes, tanquam viliores personæ, & digni misericordia, quia ante quæstionem se ac socios prodidissent, temporario exilio intra Gallias relegati. Hoc ferè modo

ducerentur. Quod etiam tradidit Pacatus, homo gentilis, de illis sic scribens ad Maximi vituperationē in Panægyrico. *Fuit & hoc delatorum genus, qui nominibus antistites, reuera autem satellites, atque adeo carnifices non contenti auicis euoluissē se patrimonijs, calumniabantur in sanguinem, & vitas premebant reorum, & pauperum.* Præcipuè autem ut ruperat Ithacium, vt qui moribus parum probatis in aliorum vitam inueherecur

Hic stultitie usque eo processerat.] Inuehitur in eundem Ithacium, vt qui non solum vita parum probata esset, sed etiam iniquitatē eximia adiunxisset, vt omnes doctos, aut bonos viros, tanquam Priscilliani socios, aut discipulos accusaret.

Austus etiam miser est, ea tempestate Maximo episcopo, viro planè apostolis conferendo palam obiectare hæresis infamiam.] Nominatim inter bonos, & sanctos viros, quos Ithacius insectatus est, S. etiam Martinum Turonensem episcopum vexare obiecto hæresis crimine voluit. quod mox declarar. Et hoc loco vereor, ne verba illa, ea tempestate, lu-

xata sint, & suum locum non teneant. malimque ita legi: *Aufus etiam miser est, Martino episcopo, viro ea tempestate plane apostolis conferendo, obiectare heresis infamiam.* Hoc enim auget crimen, nō quod tum Martino heresim obiectarit, sed quod Martino obiectarit, qui ea tempestate superabat omnes sanctitate, vt conferri cum apostolis posset. Vnde alio loco vocauit *beatum, & per omnia apostolis similem.* Huius vitam copiosissimē scripsit Sulpicius. nam eo familiariter vsus est. Obiecit autem heresim, quod negaret, hereticos capite esse plectendos, cum satis esset, ecclesijs eos exuisse.

Namque tum Martinus apud Treuiris constitutus non desinebat increpare Ithacium, vt ab accusatione desisteret, Maximum orare vt sanguine infelicium abstineret.] Maximum per hoc tempus Treuiris versatum, docet S. Ambrosius epistola xxvii ad Valentinianum Imperatorem. S. Martinū Treuiris cum Maximo de negotio Priscillianitarum colloctum, ostendit Sulpicius in Vita S. Martini, & in dialogo tertio. Fuit autem

homines luce indignissimi, pessimo exemplo necati, aut exsilijs multati: quod initio iure iudiciorum & egregio publico defensum, postea Ithacius in iurgijs solitus, ad postremum conuictus, in eos retorquebat, quorum id mandato & consilijs effecerat. solus tamen omnium episcopatu detrusus Nardacius, licet minus nocens, sponte se episcopatu abdicauerat. Sapienter id, & verecundē, nisi postea amissum locum repetere tentasset. Ceterum Priscilliano occiso, non solum non repressa est heresis, quæ illo auctore proruperat, sed confirmata, latius propagata est. namque sectatores eius, qui eum prius vt sanctum honorauerant, postea vt martyrem colere cœperunt. Peremptorum corpora ad Hispanias relata, magnisque obsequijs celebrata eorum funera. **Quin & iurare per Pri-**

Priscillianum summa religio putabatur, ac inter nostros perpetuum discordiarum bellū exarserat: quod iam per quindecim annos fœdis diffensionibus agitatum, nullo modo sopiri poterat. Et nunc cum maxime discordijs episcoporum turbari aut misceri omnia cernerentur, cunctaque per eos odio aut gratia, metu, inconstantia, inuidia, factione, auaritia, arrogantia, somno, desidia essent deprauata: postremò plures aduersum paucos bene confulentes, insanis consilijs & pertinacibus studijs certabant: inter hæc plebs Dei, & optimus quisque probro atque ludibrio habebatur.

F I N I S.

in vita eius.

Sed postea Imperator per Maximum, & Rufum episcopos deprauatus, & a mitioribus consilijs deflexus, causam præfecto Euodio permittit, viro acri, & seueri.] Promisit primum Maximum S. Martino, se capitali poena in hereticos non vsurum, inde à duobus episcopis Magno, & Rufo deprauatus consilium mutauit, ac causæ cognitionem Euodio permittit, qui præfectus prætorio

autem S. Martinus hereticis nō causā hereticorum, sed Ecclesiæ catholicæ, cuius auctoritate agi videbatur, cum à seculari iudice causā sacerdotum cognosceretur, & in reos capitali supplicio animaduertetur, ergo & iudicem, & poenam improbabat. itaque rē ad episcopos reuocandam, & mitiori brachio tractandam censebat, nempe Ecclesiæ, non vita, adimendis. nouam enim & prauā iudicij rationem introduci, vt causam Ecclesiæ iudex sæculi iudicaret.

Denique quoadusq; Martinus Treuiris fuit, dilata cognitio est.] Neque verò solum præfens S. Martinus cognitionem causæ hereticorum distulit, sed etiam discedens promissum à Maximo elicit, fore, vt capitali poena heretici non afficerentur, & à sanguine abstineretur. Quanta porro auctoritate fuerit S. Martinus apud Maximum, docet idem alijs argumentis

Galliarum erat, & seueritate præstabat. Prosper item hanc causam Treuiris cognitam esse ab Euodio præfecto prætorio ait. Meminit eiusdem Euodij, & consulis, & prætorio præfecti Sulpicij in Vita S. Martini. *Coniue aderant*, inquit, *veluti ad festum diem euocati summi*, atque *illustres viri*, præfectus, idemq; consul Euodius, vir, quo nihil unquam iustius fuit. Consul autem fuit Euodius anno Christi CCCLXXVI.

Qui Priscillianum gemino iudicio auditum cunctumq; maleficij, nec dissentem obsecris se studuisse doctrinis.] Docet, quam iuste iudicium Priscilliani sit actum. primum bis auditus est. in quo ostendit, seruatum esse comperendinationem, in qua primum agebat accusator, deinde defensor, & post diem tertium reuocato iudicio primum defensor, tum accusator. quare duæ actiones erant. De quibus nos in libris de iudicijs pluribus. Conuictum autem maleficij vocat, testimonijs & alienis, & suis expugnatum. Quod autem dixit, *Nocentem pronunciauit*, in hoc etiam morem Romanum seruatum ostendit. quo prætor cognita causâ ex iudicium sententia pronunciauit, *Videri fecisse, aut non inre fecisse.*

Nocturnos etiam turpium seminarum egisse conuentus.] Precipue tales conuentus frequentabantur à Gnosticis, in quibus luminibus per canes extinctis promiscue inter se libidinis gratia misciebantur. quod gentiles Christianis Catholicis crimini obiecerunt, cum hoc esset hæreticorum flagitium, non Catholicorum. Tertullianus.

Gestis delatis censuit Imperator, Priscillianum, sociosq; eius castis damnari oportere.] Probato crimine, de pœna erat agendum. propterea Imperator constituit, vt, postquam nocentem eum esse constabat, cognosceretur, num ipse, & socij eius capite damnandi essent. Sic enim ferme Athenienses agebant, vt primum de crimine, tum de pœna cognosceretur, vt in libris de rep. Atheniensium demonstrauimus. Quod apud Romanos vstitutum nõ fuit, cum omnia crimina suis pœnis, idest legibus cõstitutis, perageretur. at hoc crimen hæresis, atque impietatis nondum legibus Romanis fuerat comprehensum. neq; enim huiusmodi causæ ad sæcularia iudicia deferbantur, vt supra dictum est.

Ceterum Ithacius videns, quam inuidiosum sibi apud episcopos foret, si accusator etiam postremis rerum capitalium iudicijs astirisset.] Cum autem iudicium illud constituendum esset, in quo de capitali

tali pœna certaretur, Ithacius accusationem reliquit, neque ad esse iudicio voluit. inuidiosum sibi fore apud episcopos ratus, si ipse episcopus episcopum reum vsque ad extremum rei capitalis iudicium peregisset.

Subtrahit se cognitioni frustra callido iam scelere perfecto.] Reliquit accusationem, sed frustra, idest sine reorum vtilitate, præferri callido iam scelere perfecto, idest versuta accusatione peracta.

Actum per Maximum accusator apponitur Patricius quidam fisci patronus.] Imperator autem, vt causâ perficeretur, accusatorẽ nouum constituit quendam, ad quem, quoniam fisci patronus erat, hæc accusatio pertinebat, quia fiscum attingebat. et Maximus in bona eorum inhiabat, vt inquit in dialogo I I I.

Ita eo insistente Priscillianus captus damnatus est, unaq; cum eo Felicissimus, & Armenius. Latronianus quoque, & Euchrocia gladio perempti.] Horum apud alios etiam mentio. S. Hieronymus in libro de sacris scriptoribus: *Priscillianus Abile episcopus factione Hylarij, & Hylarij Treuiris à Maximo tyranno cæsus est. Matronianus provincie Hispaniæ valde eruditus cæsus est & ipse Treuiris cum Priscilliano, Felicissimo, Iuliano, Euchrocia eiusdem factionis auctoribus.* S. Prosper in Chronico: *Priscillianus auditus Treuiris ab Euodio præfecto prætorio, à Maximo gladio additus est cum Euchrocia Delphidij rhetoris coniuge, & Latroniano, alijsq; erroris consortibus.* Euchrociæ quoque supplicium exprobrat Maximus Pacatus in Panægyrico his verbis: *Sed numirum graues suberant, insidiosaq; causæ, vt vnco ad pœnam clari vatis matrona raperetur. obiecebatur enim mulieri viduæ nimia religio, & diligentius culta diuinitas. appellat autem Enchrociam clari vatis matronam, quod Delphidij rhetoris, & poetæ vxor esset, teste Prospero.*

Instantius, quem superius ab episcopis damnatum diximus, in Syllinam insulam, que ultra Britanniam est, deportatus.] Hanc insulam Plinius agens de Britannia, & insulis Orcadibus Silimum vocat. Damnatus autem est ab episcopis Burdigalæ, tum cum Priscillianus ad Imperatorem prouocauit.

Itum inde in reliquis sequentibus iudicijs, damnatiq; Asarimus, & Aurelius diaconus gladio.] Horum mentionem apud alios adhuc non reperi.

Tiberianus ademptis bonis in Syllinam insulam datus.] De hoc sic S. Hieronymus: *Tiberianus Bæticus scriptor pro suspitione, qua*

cur Prisciliano accusabatur hæreseos, apologeticum timent, compositum, carmine. Postea post suorum eadem radio victus exilij multatus propositum, & iuxta sanctam scripturam, canis reversus ad vomitum suum, filiam deuotam Christo virginem matrimonio copulauit, idest, vt interpretatur Sophronius, nubere compulit.

[Tertullus, Potaninus, & Ioannes.] Neque horum alibi mentio reperitur. Harum verò omnium rerum sic meminit S. Leo in epistola ad Turbium. Merito patres nostri, sub quorum temporibus hæresis hæc nefanda prorupit, per totum mundum instanter egere, vt impius furor ab vniuersa ecclesia pelleretur. quoniam etiam principes mundi ita hanc sacrilegam amentiam detestati sunt, vt auctorem eius, ac plerisque discipulos legum publicarum ense prosterneret.

[Hoc ferme modo homines luce indignissimi pessimo exemplo necati, aut exilijs multati.] Demum iudicium Priscillianistarum concludens, inquit, eos hoc modo aut morte, aut exilijs affectos esse, sed pessimo exemplo, quòd iudices sæculares de sacerdotibus iudicassent, eorumque sanguinem effudissent. assentitur enim S. Martino, satis fuisse, si hæretici episcopali sententia iudicati ecclesijs essent expulsi.

[Quod initio iure iudiciorum, & egregio publico defensum postea Ithacius in iurgijs solitus, ad postremum conuictus in eos retorquebat, quorum id mandato, & consilij effecerat.] Cum autem hæc accusatio improbareretur, atque Ithacio eo nomine ab episcopis inferretur, ille primò defendit iure iudiciorum, quia leges dant, vt hæretici rei peragantur, deinde egregio publico, idest vilitate communi, quia salutare reip. fuerat, auctores tam exitiabilis, hæresis profigari. itaque in iurgijs primum solutus. nam pronunciant, eum culpa non teneri, vt dialogo 111. cap. xv. scriptum est. tandem conuictus recitit culpam in eos, qui sibi aut tale mandatum, aut eiusmodi consilium dedissent. fuerant autè episcopi, qui Casaragustæ conuenerant. Egregio autem publico dixit, quo modo Liuius libro 11. Pessimo publico. Neque ambigunt, quin Brutus pessimo publico reges exacturus fuerit, si libertatis immatura libidine priorum regem alicui regnum exorsisset. In iurgijs autem, inquit, idest in iudicij episcoporum. nam iurgium est inter beneuolos, his inter inimicos. Vnde Cicero libro 1 v. de Rep. Beneuolorum concertatio, his inimicorum, non iurgium dicitur. Licet autem hoc modo se tueretur, solus tamen ex accusatoribus episcopatu detrusus est.

Nar-

Nardacius, licet minus nocens, sponte se episcopatu abdicauerat. sapienter id, & verecunde, nisi postea amissum locum repetere tentasset.] Et hic legendum puto. Nam Ithacius. Ithacio tamè addit S. Prosper in Chronico Vrsatium. sic enim inquit. Timasio, & Promotico. Ithacius, & Vrsacius episcopi ob necem Priscilliani, cuius accusatores fuerant, ecclesie communionem priuantur, anno Christi CCCLXXXIX, hoc. n. Promotus, & Timasius cõsulum gesserunt. Vtriusque etiam meminit S. Isidorus in libro de viris illustribus. Ithacius cum Vrsatio episcopo ob necem Priscilliani, cuius accusatores extiterant, ecclesie communionem priuatus exilio condemnatur, ibique die ultimo fungitur, Theodosio maiore, & Valentiniano regnauit. Satis autem constat, S. Martino ab eorum consuetudine se remouisse, qui cum Ithacio communionem inierant. Traditur hoc in dialogo 111. a pud Sulpicium. Maximus Imp. inquit, deprauatus consilij sacerdotum, post Priscilliani necem Ithacium episcopum Priscilliani accusatorem, ceterosq. illius socios, quos nominari non est necesse, vi regia tuebatur, ne quis ei crimini daret, opera illius cuiuscumque modi hominem fuisse damnatum.

Ceterum Prisciliano occiso non solum non repressa est hæresis, quæ illo auctore proruperat, sed confirmata latius propagata est.] Postquam de exitu reorum, & accusatorum ostendit, demum de sectatoribus agit. Hi verò haudquaquam supplicij reorum deterriti, perfidiam suam deferuerunt. immo in ea etiam perseverantes diuinos Prisciliano honores instituerunt, eumque pro martyre colerunt. Huc verò pertinent illa S. Hieronymi: Priscillianus vsque hodie à nonnullis Gnostica hæreseos accusatur, deserentibus alijs, non ita sensisse, ut arguitur. Satis quidem liquet, teste Ioanne Vassæo, Priscillianum adhuc in quibusdam martyrologijs tanquam martyrem numerari. quod eorū qui id fecerunt, imprudentiæ, non impietati attribuo.

Ac inter nostros perpetuum discordiarum bellum exarserat, quod iam per quindecim annos sædis dissensionibus agitatum nullo modo sopiri poterat.] Bellum etiam ex causâ hæresis excitatum ab episcopis significat, ante annos quindecim, tot enim sunt ab anno CCCLXXXVI, quo consul fuit Euodius vsque ad Stiliconem.

Et nunc cum maximè discordijs episcoporum turbati, ac misceri omnia cernerentur.] Hos tumultus Stilicone cos. editos nemo præter Sulpicium tradidit, qui eos tamen obscure significauit. Extat tantum in concilio Toletano Stilicone cos. habito hoc caput.

Si

Si quis in errore Priscilliani sectam sequitur, vel proficitur, anathema sit. S. Augustinus in libro contra mendacium inuehitur in

Priscillianitas, qui, quod Catholici viderentur, Priscillianum derestarentur, & episcopos, à quibus illa hæ-

resis nudata, & oppugnata esset, miris laudibus

efferebant. Vicinam autem ne quando huius-

modi nos mala videamus, in qui-

bus, ut verbis vtar Sulpicij,

plebs DEI, & optimus

quisque probro,

ludibrioque

habea-

tur.

FINIS.

BREVIS SVPERIORIS HISTORIAE AD fouendam memoriam per tempora repetitio.

PRIMA ÆTAS.

Adam anno 330 genuit Seth.

Seth anno 205 genuit Enos.

Enos anno 190 genuit Cainam

Cainas anno 170 genuit Malehel.

Malehel anno 165 genuit Jared

Jared anno 162 genuit Enoch.

Enoch anno 165 genuit Mathusalem.

Mathusalem anno 187 genuit Lamech.

Lamech anno 188 genuit Noe.

Noe anno 500 genuit Sem.

anno 600 perit diluuiio genus humanum.

SECUNDA ÆTAS.

Sem biennio post diluuium, cum ageret annos 100, genuit Arphaxad.

Arphaxad anno 135 genuit Cainam, & ex Assyria migravit in Chaldæam.

Cainas anno 130 genuit Sala.

Sala anno 130 genuit Heber.

Heber anno 134 genuit Phaleg, ab Heber Hebraei vocati.

Phaleg anno 130 genuit Ragau. Hoc viuentis diuisa est terra in tres partes.

Ragau anno 132 genuit Saruch.

Saruch anno 130 genuit Nachor.

Nachor anno 79 genuit Thara.

Thara anno 70 genuit Abraham. & ex Vr vrbe Chaldæ migravit in Mesopotamiã vnã cū filio Abraham in oppidũ Haran.

TER-

TERTIA AETAS.

Abraham anno 75 iussus à Deo, & multis promissis excitus, sed maxime numerosa progenie, & possessione Chananææ, & gentium omnium in femine eius benedictione migravit ex Mesopotamia in Chananæam. & annos centum natus genuit Isaac.

Isaac anno 70 genuit *Iacob*.

Iacob, qui & *Israel*, an. 130 migravit ex Chananæa in Aegyptum propter inopiã frumenti, vbi filius eius *Ioseph* potes erat apud regem, ac moriens reliquit XII filios *Ruben*, *Asser*, *Gad*, *Dan*, *Symeon*, *Iuda*, *Zabulon*, *Nephtalim*, *Leui*, *Ioseph*, & *Beniamin*, & duos filios *Iosephi* pro filijs ascivit, *Manassem*, & *Effraim*, à quibus progenies nata *Israelitæ* dicti, & in XII tribus diuisi. is vixit cum suis in Aegypto annos 17.

Ioseph post patrem *Iacob* vixit in Aegypto annos 53. eo mortuo *Israelitæ* serui erunt in Aegypto à regibus Aegyptijs male habitii annos 144.

EXITVS ISRAELITARVM DE AEGYPTO,
IN CHANANÆAM.

Moses filius *Amram*, nepos *Cahat*, pronepos *Leui*, abnepos *Iacob* iussu Dei eduxit *Israelitas* ex Aegypto, & in deserto *Arabia* tenuit annos 40. vbi legem à Deo accepit, & rempublicam *Israelitarum* instituit, qua vsuri essent, cum in terram promissam *Chananææ* peruenissent. annos 40.

CECROPS ATHENAS CONDIDIT

Iosue *Naue* filius ex tribu *Effraim* post *Moysem* præfuit *Israelitis*. is *Iordanem* traiecit, & *Chananæam* obtinuit, victis ferme incolis eius *Chananæis*, *Amorrhæis*, *Hethæis*, *Heuæis*, *Gergesæis*, *Iebusæis*, & *Phærezæis*, eamque duodecim tribubus *Israelitarum* diuisit. tribu *Leui*, quæ erat XIII, facta mandauit vnã cum vrbibus XLVII, quæ in regione XII tribuum erant. an. 27.

IUDI-

IUDICES ISRAELITARVM IN
CHANANÆA.

Post mortem *Iosue* respublica paullulum sine principe fuit. inde *Iudices* instituti. Ab hoc loco incipit respublica *Hæbreorum* in *Chananæa* à Deo tradita. Horum tempore *Israelitæ* vexati sunt à vicinis regibus & populis *Mesopotamiæ*, *Syriæ*, *Ammonitis*, *Madianitis*, *Moabitis*, *Chananæis*, & *Philistæis*.

Gothoniel Iudex ex tribu *Iuda* anno 50.

Aod ex tribu *Effraim* anno 80.

Simigar anno 1.

Debbora mulier ex tribu *Effraim*, & vnã

Barac vir ex tribu *Nephtalim*, an. 40.

Gedeon ex tribu *Manasse*. an. 40.

Abimelec *Gedeonis* filius nothus an. 3.

Thola ex tribu *Issachar*. anno. 22.

Iair ex tribu *Manasse*. an. 22.

Iephoe ex tribu *Iuda*. an. 6.

Abesan ex tribu *Iuda*. an. 7.

Elon ex tribu *Zabulon*. an. 10.

Abdon ex tribu *Effraim*. an. 8.

Troia capta.

Samson ex tribu *Dan* an. 20.

Heli pontifex. ex tribu *Leui*. an. 20.

Samsel propheta ex tribu *Leui*. an. 20.

REGES ISRAELITARVM.

Israelitis reges optantibus *Samuel* iussu Dei vnxit *Saulem*.
Saul. rex primus ex tribu *Beniamin*. an. 20.

QUARTA AETAS.

Dauid ex tribu *Iuda* an. 40. Hic regiam sedem in vrbe *Hierusalem* posuit, atque eò arcam foederis detulit, & rempublicam, ac religionem constituit, bella vicinorum confecit. *Nathan*, *Gad*, *Afaph*, *Heman*, *Iduthun* prophetæ florent. *Archontes Athenis* succedunt regibus.

Salomon *Dauidis* filius an. 40. Templum Dei *Hierosolymæ* construxit

struxit. arcam fœderis eò transfudit. pax in regno fuit. Abias,
& Ionathas prophetæ florent.
Post Salomonem regnum in duo diuisum, Iudæ, & Israel.

REGES IVDÆ. REGES ISRAEL.

Hæ tuere duæ tribus Iuda', & Benjamin.
Roboan Salomonis filius an. 17 impius fuit.
Samaias propheta.
Sisac rex Aegyptiorū Hjerusalem cepit, & diripuit.
Abia Roboami F. an. 3. impius.
Asa Abiæ F. an. 4. pius.
Azarias Hanaai, & Ioras prophetæ.

Hæ tuere decem reliquæ tribus.
Hieroboam ex tribu Efraim an. 2.
Defecit à Deo ad Idola, & decem tribus impietate perpetua imbuuit.
Iad propheta.
Nadab Hieroboam filius an. 2.
Baasa ex tribu Issachar. an. 24.
Ela Baasæ filius an. 2.
Zambri diebus 7.
Amri an. 12. in Samaria regnauit.
Achab filius Amri. an. 22.
Helias, & Abdias prophetæ.
Ochozias filius Achab. an. 2.
Ioram filius Achab. an. 12.
Iehu filius Iosaphat ex alia familia. an. 28. ini impietate multa peccata fecit.
Ioabaz, filius Iehu an. 17.
Ioas filius Ioabaz. an. 16.
Hieroboam seu Ioram Ioæ F. an.

Aza-

41.

41. *Jonas* propheta prædicauit euerfionem Niniuis regi Assyriorum.

Assyriorum reges, quorum fit mentio in historia Bibliorum.

Phul Belochus rex Assyriorū post Sardanapalum occisum, an. 48. cap. 5. primi Paralip.

Zacharias filius Hieroboā mēf. 6. interfectus à Sellum.

Sellum mens. 1. interfectus à Manehem.

Manehem an. 10. impius. contra hunc venit Phul belochus rex Assyriorum.

Phaceia filius Manehem an. 2. interficitur à Phacee.

Phacee an. 20. interficitur ab Olee.

Teglatphulassar rex Assyriorum an. 25. capite quinto primi Paralip. is cum Phacee contendit, & duas tribus Galileæ Zabulon, & Nephtalim Assyriam transfudit.

Roma condita in Italia sextæ olympiadis an. 1.

Azarias, siue Ozias Amasæ. F. an. 5. pius. Osee, Amos, Isaias prophetæ, quorum & aliorum tempora tradidit S. Augustinus lib. 18. de Ciuit.

Olympiades à Græcis instituta.

Azarias rex incenso oblato, quod soli sacerdoti fas erat, lepra oppressus est.

Ioathan Azariæ F. an. 16. pius. Michæas, Ioel, Naum prophetæ secundum aliquos.

Achaz Ioathæ F. an. 16. impientissimus. fœdus fecit cum Teglatphulassare rege Assyriorum.

Obed propheta.

Osee an. 9.

Eze-

Sal-

Ezechias Achazis filius an. 29.
pius.
Religionem instauravit. Pa-
scha rettulit.

Salmanassar rex Assyriorum
init anno 6. Ezechie regis
regnat ann. 17. Osee regem
abduxit in Assyriam cū re-
liquis octo tribubus Israel.

**CAPTIVITAS ISRAE-
LITARVM.**

Sennacherib rex Assyriorum.
an. 7. bellum intulit Eze-
chie regi Iudæ. sed frustra.
Assaradon rex Assyriorum fi-
lius Sennacharib an. 10.
Isaias. cap. 37. lib. 3. Re-
gum cap. 19.
Chuttæos in Samariam de-
duxit, primo Esdræ cap. 4.
lib. 4. Regum, cap. 37. Io-
sephus.
Pulsus est à Merodac Balu-
dan rege Babyloniæ.

REGES BABYLONIAE.

Merodac Baludan filius Balu-
dan an. 52. misit ad Eze-
chiam regem Iudæ, & the-
sauros eius exploravit. lib.
4. Regum. cap. 21. Isaias.
cap. 39.

Ben Merodac an. 21.

Hic videtur fuisse, qui Ma-
nassem regem Iudæ Baby-
lonem abduxit ac dimisit,
vbi dicitur rex Assyriorum
in Paralipomenis.

Manasses Ezechie filius an. 15.
impietissimus à Merodac
rege Babyloniæ abductus,
& dimissus.

Isaias propheta, sectus ferra.
Ioel

Ioel } propheta sub Ma-
Naum } nasse ex traditio-
Abacuc } ne Hebræorum.
Ammon Manassis filius an. 2.
impius.

Iofias filius Ammon an. 31. pie-
tissimus. Deuteronomium
amissum inuenit, religio-
nem reformauit.

Sophonias }
Jeremias } propheta.
Olda mulier }

Ioachaz Iofie filius, qui & Ie-
conias. mens. 3. impius.

Eliacim, siue Ioacim Iofie fi-
lius an. 11. impius. abductus
Babyloniem à Nabucdono-
fore rege, & interfectus.

**PRIMA TRANSLATIO
IYDÆORVM IN
Babyloniam.**

Ioachim, siue Ieconias Ioacim
F. mens. 3. impius. abductus
Babyloniem à rege Nabuc-
donosore cū optimatibus.
vrbs, & templum spoliatū.
Vrias propheta interfectus
à rege Ioachim. Ierem. 26.
Ezechiel propheta.

**SECUNDA TRANSLATIO
IYDÆORVM IN
Babyloniam.**

Sedecias Iofie regis F. qui ante
Mathanias. an. 11. impius.
abducitur Babyloniem à Na-
bucdo-

Nabulassar an. 28. Iosephus
contra Appionem, anno 7
Iofie regis iniit.
Pro eo pugnavit contra Ne-
chao regem Aegypti, & ce-
cidit in prælio Iofias rex
Iudæ.

Nabucdonosor an. 45. init re-
gnum anno 4. Ioacim re-
gis Iudæ. idem victo Ne-
chao rege Aegypti Ioacim
regem tributarium fecit. ite-
rum urbem ingressus ipsam
cepit, & interfecit.

Nabucdonosor Ioachim re-
gem cum optimatibus trans-
fert in Babyloniæ.

Nabucdonosor rex Sedecia
regem Iudæ cū reliquo po-
GG pulo

466 CAPTIV. IVD.

bucdonofore rege cum reliquo populo. vrbs, templum incenditur.

Godolias præfectus reliquiarum in Iudæa relinquitur si hie nomine regis.

TERTIA TRANSLATIO

IUDAEORVM IN BABYLONIAM.

CAPTIVITAS IVDAEORVM IN BABYLONIA. annorum LXX.

Daniel } propheta.
Baruch }
Abacuch }
Seraia }

RESTITVTIO IVDAEORVM IN PATRIAM. Iudæi sub Persis.

Iudæi post annos LXX redeunt in patriam permiffu Cyri regis. & sub regibus Persarum parent Pontificibus suis. Templi noui fundamenta iaciuntur.

Con-

REGES BABYL.

pulo abducit Babylonem & vrbs, templumque incendit.

Nabucdonofor regnat post Sedeciam abductum annos 26.

Euilmerodac. an. 12. secundum Sulpicium. is dimisit Ioa- chim quondam regem captiuu anno 37, postquam abductus fuerat.

Balthassar an. 14. secundum Sulpicium.

Darius Medus an. 18. secundum Sulpicium. hic vicit Balthasarem regem Babylo- niorum, & adiunxit regno Medorum regnum Babylo- niorum, & Assyriorum.

REGES PERSARVM.

Cyrus rex Persarum an. 31. secundum Sulpicium. Hic regno Persarum auito adiunxit regnum Medorum, Babylo- niorum, & Assyriorum.

Cam-

PONT. IVD.

Consules Romæ instituti ex- actis regibus. Templi ædificatio impeditur secundum veritatem.

Aggeus. } propheta.
Zacharias. }

Templum perfectum an. 46, postquam coeptum fuerat, anno sexto huius Darij.

Malachias prophetarum vltimus, vt Hebræi tradunt. qui vaticinatus est de Ioanne Christi præcurfore.

Esdra scriba reformauit le- gem.

Neemias restituit vrbs Hie- rosolymorum secundum ve- ritatem. an. 20. Artaxerfis.

Hester, & Mardocheus flo- rent sub Mnemone.

Judith & Holofernes florent sub Ocho.

REGES PERSAR. 467

Cambyses rex Persarum. an. 9. suspendit templi ædificatio- nem secundum veritatem.

Magi reges Persarum an. 9. Darius Hytaspis F. rex Persa- rum an. 36.

Xerxes rex Persarum. an. 21.

Artaxerfes Longimanus rex Per- sarum an. 41. suspendit ædi- ficationem templi secundum Sulpicium.

Xerxes rex Persarum. an. 2.

Sogdianus rex Persarum. men- ses. 7.

Darius Ochus rex Persarum. an. 19. sub hoc Dario tem- plum perfectum inquit Sul- picius.

Artaxerfes Mnemon rex Per- sarum. an. 62. sub hoc legē reformatam ab Esdra, & vr- bẽ restitutam à Neemia censet Sulpicius.

Ochus rex Persarum. an. 23.

Artes rex Persarum. an. 3.

Darius Artis filius rex Persa- rum an. 4. Vincitur ab Ale- xandro Magno rege Mace- doniæ.

IV-

GG 2 Ale-

IVDAEI SVB REGIBVS
MACEDONIAE.

Iudæi Persis deletis subijciun-
tur Alexandro Magno regi
Macedoniæ victori Persa-
rum.

Iudæi ab Alexandro benignè
habiti, & legibus proprijs
vti permisi, sed tributarij
facti.

IVDAEI SVB REGIBVS
AEGYPTI.

Iudæi subijciuntur Aegyptijs
regibus, successoribus Ale-
xandri Macedonis, contra
quam censet Sulpicius.

Iudæi libros Bibliorum, &
70 interpretes miserunt ad
Ptolemæum Philadelphum
pontifice Eleazaro.

IVDAEI SVB REGIBVS
SYRIAE.

Iudæi subijciuntur Syriæ re-
gibus.

Iu-

REGES MACEDONIAE.

Alexander Magnus. an. 7.

Arrideus. an. 9. secundum Sul-
picium.

REGES AEGYPTI.

Ptolemæus Lagi F. an. 40. vnus
ex successoribus Alexandri
Iudæam in potestatem re-
degit.

Ptolemæus Philadelphus an. 58.
Romani primum Punicum
bellum gerunt.

Ptolemæus Energetes. an. 26.
Romani secundum bellum
Punicum gerunt.

Ptolemæus Philopater. an. 17.
Hic spoliatur Iudææ posses-
sione ab Antiocho Magno
Syriæ rege.

REGES SYRIAE.

Antiochus Magnus, Callinici
F. rex Syriæ an. 37.

Ro-

Iudæi seditiones agunt pro-
pter pontificatum, qui inde
vedì cepit à regibus Syriæ.

IVDAEORVM SERVITVS.

Iudæi religione, & libertate
priuantur ab Antiocho Epi-
phanem rege Syriæ.

Iudæi pugnant cum Syris
pro libertate.

PRINCIPES
IVDAEORVM.

Mathathias Assamonæus arma
pro libertate Iudæorum ca-
pit contra Antiochum Epi-
phanem regem, & princi-
patum gerit anno vno.

Iudas Machabæus Mathathia fil-
lius, principatu inito pug-
nat pro libertate Iudæo-
rum, & templum profana-
tum repurgauit. an. 4.

Iudas prosperè pugnat cum
ducibus Demetrii Regis Sy-
riæ. foedus fecit cum Roma-
nis. inde in pugna cadit.

Ionathas Iudæ frater an. 8. mul-
ta prosperè gerit, & fit pon-
tifex ab Alexandro rege Sy-
riæ.

Iona-

Romani bellum gerunt cum
Antiocho Magno Syriæ re-
ge, duce L. Scipione.
Seleucus Philopater. an. 12.

Antiochus Epiphanes. an. 11.
Is Hierosolymam depopula-
tus est an. 4. regni. arci præ-
sidium imposuit. an. 7 edi-
xit, vt Iudæi ritu gentilium
viuerent, & templum profa-
nauit, & legem incendit.

Antiochus Eupator. an. 2.
Demetrius Seleuci F. an. 12.
Alexander. an. 5.

Demetrius Demetrii F. Nica-
nor. an. 13.

GG 3 Re-

Ionathas princeps recipit à Demetrio rege Syriæ immunitatem tributorum ad tempus. pugnat pro Demetrio rege contra Tryphonem præfectum Syriæ, qui partes Alexandri fouebat, & dolo necatur.

Simon succedit Ionathæ fratri in principatu, & pontificatu. an. 8. impetrat remissionem tributorum perpetuam à Demetrio rege, arcem à Syrijs regibus recuperat. fines propagat. foedus cum Romanis renouat.

LIBERTAS IVDÆORVM.

Reges Syriæ profus Iudææ cedunt.

Ioannes Hyrcanus Simonis filius pontifex, & princeps. an. 36. Idumæos ad circumcissionem adduxit. Samariam euertit, leges Phariseorum abrogauit. Sadduceis studuit. templum Samaritarum diruit.

REGES IVDÆORVM ITERVM.

Aristobulus Io. Hyrcani filius primus se regem appellauit, pontifex. an. 1. Ituræos ad circumcissionem adegit.

Alexander Ianneus frater Aristobuli pontifex, & rex. an. 27. Iudæis infensus fuit.

Sylla Romæ seditionem exciuit.

Solina, siue Alexandra vxor Alexandri regina an. 9. Phariseorum leges rettulit. Tigranem Armeniæ regem pecunia à Iudæa repulit.

Hyrcanus Alexandri filius. pontifex, & rex, pulsus à fratre Aristobulo. mens. 3.

Aristobulus rex pulso Hyrcano fratre rex, & pontifex an. 6. capitur à Cn. Pompeio Romano duce, & Romam mittitur.

IV.

IVDÆA SVB ROMANIS.

Antipater Ascalonita procurator imponitur à Pompeio Iudææ prouinciæ populi Rom. factæ. an. 24.

REGES IVDÆORVM TERTIVM.

Antigonus Aristobuli F. pontifex, & rex capta vrbe contra Romanos an. 3. Zacharias pater Io. Baptistæ propheta.

Herodes Magnus Antipatri Ascalonitæ fil. rex contra Antigonum à Romanis factus Antigonum regem interfecit, & regnat. an. 37.

IESVS CHRISTVS DEI F. nascitur in Bethleem.

Ioannes Baptista propheta.

Simeon propheta.

Archelaus Herodis F. rex Iudææ. an. 9. Herodes Antipas Herodis F. tetrarcha Galilææ. an. 34. Archelaus Viennam relegatur ab Augusto Imperatore.

IVDÆA ITERVM SVB ROMANIS.

C. Coponius procurator Iudææ ab Augusto missus. an. 2.

M. Ambius procurator Iudææ ab Augusto. an. 1.

Amnius Rufus procurator Iudææ ab Augusto. an. 1.

Valerius Gratus procurator Iudææ à Tiberio Imperatore missus. an. 11.

Pontius Pilatus procurator Iudææ à Tiberio Imp. missus. an. 10.

SEXTA ÆTAS.

IESVS CHRISTVS prædicat legem suam, & post sub Pilato à Iudæis crucifigitur.

Marcellus procurator Iudææ à Tiberio Imperatore missus an. 3.

REGES IVDÆORVM QVARTVM.

Agrippa Herodes Aristobuli F. Herodis Magni N. rex Iudææ à Caro Imperatore factus acceptis tetrarchijs Herodis, Philippi, & Lysaniæ. an. 7. inde à Claudio Imperatore rex Iudææ, & Samariæ

GG 4

mariae factus. an. 3. hic S. Iacobum occidit, & S. Petrum in carcerem comecit.

IVDAEA TERTIVM SVB ROMANIS.

Cuspius Fadus procurator Iudææ missus à Claudio Imperatore post mortem Agrippæ Herodis regis. an. 3.

Agrippa Herodes, Agrippæ regis frater Chalcidicæ in monte Libano rex creatus rogatu Agrippæ regis fratris. sub Claudio moritur.

Tiberius Alexander procurator à Claudio Imperatore factus. anno 2.

Cumanus procurator à Claudio Imperatore factus an. 3.

Agrippa Agrippæ regis F. in patruj locum rex Chalcidicæ factus à Claudio Imperatore an. 8. imperij.

Antonius Felix procurator à Claudio Imperatore missus. apud quem S. Paulus est accusatus Agrippa regnante an. 3.

Porcius Festus procurator à Nerone Imperatore missus an. 3.

Albinus procurator à Nerone Imp. missus. an. 3.

Gessius Florus procurator à Nerone imp. missus. an. 3.

Prima persecutio Christianorum sub Nerone.

Vrbs Hierusalem cum templo à Tiro Cæsare Vespasiani F. eueritur, & gens dispergitur.

Secunda persecutio Christianorum sub Domitiano.

Tertia persecutio Christianorum sub Traiano Imp.

Quarta persecutio Christianorum sub Hadriano Imp.

Reliquiæ Iudæorum delentur, reliquiæ vrbs, & templi eueruntur, imposito in loco sepulchri Domini Veneris Idolo, ab Hadriano Imp.

Hadrianus reficit urbem Hierosolymorum, atque Aeliam à se nominat.

Quinta persecutio Christianorum sub Aurelio Imp.

Sexta persecutio Christianorum sub Seuero Imp.

Septima persecutio Christianorum sub Decio Imp.

Octava persecutio Christianorum sub Valeriano Imp.

Nona persecutio Christianorum sub Diocletiano, & Maximiano Imp.

Pax ecclesiarum sub Constantino Maximo Imp. ad fidem conuerso.

S. Cruz

S. Cruz inuenitur in loco sepulchri. à S. Helena matre Constantini. ibi delato Idolo Veneris templum Deo conditur.

Concilium Nicænum contra hæresim Arrianam sub Constantino Maximo.

Concilium Sardicense contra Arrianos sub Constante Imp.

Concilium Sirmicense pro Arrianis sub Constantio Imp.

Concilium Arelatense pro Arrianis sub Constantio Imp.

Concilium Biterrense pro Arrianis sub Constantio Imp.

Concilium Mediolanense pro Arrianis sub Constantio Imp.

Concilium Ariminense pro Arrianis sub Constantio Imp.

Concilium Seleuciense contra Arrianos sub Constantio Imp.

Concilium Biterrense contra Arrianos. Sub Iuliano Imp.

Hæresis Luciferianorum. Sub Iuliano Imp.

Hæresis Priscillianistarum. Sub Gratiano Imp.

Concilium Cæsaraugustanum contra Priscillianistas. Sub Gratiano Imp.

Conciliū Burdigalense contra Priscillianistas. Sub Maximo Imp.

Indicium Maximi Imp. contra Priscillianistas, qui prouocauerunt.

F I N I S.



INDEX RERVM.



ARON frater Moy-
sis ex tribus Levi pon-
tifex iussu Dei fa-
ctus. 95. moritur.

100.

Abdenago. 238. 253.

Abdon Index Hebræorum. 123.

Abesan Index Hebræorum. 125.

Abelis cædes prima in terris. 15.
16.

Abia rex Iudæ, & res eius. 177.

Abila. Abila episcopus. 441.

Abimelec rex Palestinorum ex-
cepit Isaac peregrinum. 41.

Abimelec Index Hebræorum.
122.

Abimelec, sive Achimelec pon-
tifex tempore Saulis regis, &
ab eo occisus, quia Davidem
receptat. 151.

Abiron, & Datan mouent sedi-
tionem contra Moysen in de-
serto. 89.

Abner præfectus Isbaal regis pu-
gnat cum Ioab præfecto Davi-
dis regis. 158.

Abrahæ historia. 27.

Abraham à Deo electus, ut ex se

mine eius gigneret Christum. 28

Abrahæ promissa à Deo facta.
29. 30. confirmata. 32. 33. 34.
35. 38. 41.

Abraham iussus à Deo migravit à
Mesopotamia in Chananeam.

28. 29. fame compulsus ex
Chananea in Aegyptum con-
cessit unâ cum Lot fratris filio,

& inde reuertit. 31. defendit
Lot armis contra reges. 31. 32.

obuium habuit Melchisedec
regem Salem à bello rediens.

33. genuit Ismael. 34. circum-
cisionem accepit à Deo. 35.

Abraham vocatus. 35. genuit
Isaac. 38. obtulit Isaac filium.

38. Cethuram duxit. moritur.
40.

Abisalom patri Davidi aduersa-
tus, & moritur. 162.

Achab rex Israel, impius. & res
eius. 183. increpitus ab Helia
propheta humiliatus est. 189.

190. regem Syriæ Benadad vi-
ctum dimisit. 190. Micheam
prophetam spreuit, & vexa-
uit. 191.

Achaz

INDEX.

Achaz rex Iudæ. 211. ad idola
conuersus. 212.

Achior profelytus. 298. 300.

Achis rex Gerb recipit Davi-
dem, & dat ei oppidum Sice-
leg. 153.

Actuum apostolorum libri argu-
mentum. 7. 362.

Adam creatus à Deo peccauit.
13. 14. & erectus est à Deo.
15.

Adon Index Hebræorum. 116.

Adonias filius Davidis se regno
abdicauit. Salomone rege crea-
to. 165.

Aegyptiorum sterilitas et fames
septennis. 54.

Aegyptiorum reges. lege. Reges.

Aetates sex in historia sacra. II.

Aetas prima. 12.

Aetas secunda. 22.

Aetas tertia. 27. 28.

Aetas quarta. 230.

Aetas quinta. 236.

Aetas sexta. 356.

Agar ancilla mater Ismael eie-
cta à Sara uxore Abraham.
37.

Agnus institutus, Christi typus.
69.

Agrippa Herodes rex Indæorum.
factus à Caio. et Claudio. 362.
363.

Agrippa iunior rex Chalcidicæ
à Claudio factus. 363.

Alcimus Iudæus primus ponti-
fex ex non pontificali familia.
331.

Alexander Macedo uicit Per-

sus, bene tractauit Iudæos.
304. 305.

Alexander rex Syriæ amicus Iu-
dæis. 333.

Alexander Iamæus rex Iudæo-
rum. & res eius. 344. crucifi-
xor uocatus. 345.

Alexandra regina Iudæorum.
345.

Allon Index Hebræorum. 125.

Allophylus pro Philistæis, sive Pa-
lastinis. 117.

Alogi heretici. 378.

Amastias rex Iudæ, & res eius.
199.

Amalecitate pronocatur bello Moy-
sem. 76.

Amalecites rex oppugnatus à Ge-
deone Iudice Hebræorum. 121.

122. Amalecitate iussu Dei ex-
pugnatur à Saule rege. 145.

S. Ambrosius episcopus Medio-
lanensis. 443.

Aminadab in Gabaa tenuit ar-
cam Dei. 140.

Ammon Davidis filius primoge-
nitus stuprauit sororem Ab-
salomi. 162.

Ammon rex Iudæ. 221.

Ammon filius Naas regis Am-
monitarum. 160.

Ammonite sibi subijcunt He-
bræos sub Iudicibus. 123. op-
pugnantur à Saule rege. 143.

Amorrhæorum rex ultra Iordæ-
nem. 102.

Amorrhæi populus unus è septè
Chananeæ uictus à Iosue. 109

Anni rex Israel. 180.

Ana-

Anani propheta. 179.
 Ananias, Misael, & Azarias capitani apud Nabucodonosorem. 238. 253.
 Anathema quid. 107. 395.
 Angeli ad Abraham. 35. excepti hospitio ab eo, & Lot. 36.
 Angelus apparens Dauidi in peste. 165.
 Anna, mater Samuelis sterilis. 135.
 Anna sive Annianus pontifex factus. 356.
 Antichristi aduentus à Daniele predictus. 264. Antichristus Nero. 365. 371.
 Antigonus rex Iudeorum. 348.
 Antiochus Magnus rex Syriae. 315.
 Antiochus Eupator rex Syriae. 328.
 Antiochus Epiphanes rex Syriae Hierosolyma diripuit, legem sustulit, templum profanauit. 313. 317. bellum à Iudeis passus est. moritur. 327.
 Antiochia ante Emath. 227.
 Antipater Ascalonia procurator Iudae praefectus. 347.
 Aod Index Hebraeorum. 116.
 Apocalypsis scripta à S. Ioanne. 378.
 Apostolorum praedicatio, & passio. 362.
 Aquas dulces fecit Moyses. 78.
 Aquam ex petra elicuit Moyses. 76.
 Arca Noe. 20.
 Arca foederis à Deo mandata. 88. 89. 94. ea praelata traiectus Iordanes ab Hebraeis. 106. posita in Silo 136. Capta à Philistaeis in praelio. 136. 137. apud eos fuerit per menses 7. inde remissa propter calamitates. 137. 138. delata ad oppidum Cariathiarim in domum Aminadab. 140. inde in Ciuitate David à Davide. 159 ad extremum in templum à Salamone. 167.
 Archelaus rex Iudeorum. 355. fecit pontifices in annum. 356. relegatus ab Augusto Nienam, & priuatus regno. 355. 356.
 Arclatense concilium Arriani. 406.
 Argumenta librorum testamenti Veteris, & Noui. 6. 7.
 Ariminesse concilium. 412. 417. 422.
 Aristobulus rex Iudeorum primus ex Assamoneis. 343.
 Aristobulus II rex Iudeorum pulso Hyrcano fratre. 346.
 Aristocrasia ante Indices 113. post Indices. 131.
 Arphaxad filius Sem. 24. 25.
 Arphaxat rex Medorum. 295.
 Arij duo heretici. 393.
 Arriani omnes episcopi praeter paucos facti. 431.
 Arrianorum haeresis. 391. dogmata. 394. 429. decipiunt Catholicos. 429.
 Arridens rex Macedoniae. 306.
 Arses rex Persarum. 303. 304. Arta-

B.
 Artaxerxes Longimanus rex Persarum. 274.
 Artaxerxes Mnemon rex Persarum. 277.
 Asa rex Iudae pius. 177. 178. fœdus cū Benadad rege Syriae percussit. tripliciter peccauit. 179.
 Ascalon opp. Philistaeorum. 114.
 Ascadonenses arcam foederis recipiunt. 138.
 Aser filius Iacob. 45. 59. & nomen tribus. 59.
 Asphaltus. 21.
 Asphanes eunuchus regis Nabucodonosoris. 238. 239.
 Assamoneorum principatus in Iudaea. 317. 318.
 Assaradon rex Assyriorum exinctus à Merodac rege Babyloniorum. 289.
 Assyriorum regnum 204. transfertur ad Babylonios. 220.
 Astarthe, quid. 116.
 Astyages Medus rex. 264.
 Athalia regina Israel, crudelis. 196.
 Athanasius Catholicus episcopus in exilium actus. 394. 398. vexatus ab Arriano. 397.
 Augusti Imperium. 351.
 Aurelij persecutio Christianorum. 381.
 Auxentius episcopus Mediolani Arrianus. 411.
 Azotus opp. Philistaeorum. 114.
 Azotij recipere arcam Domini. 137. 138.

Baal, quid. 116. 184.
 Baalim, quid. 116.
 Baasa rex Israel. 180.
 Babel, quid. 25.
 Babylon, et Babylonia unde. 25.
 Babylonicae transmigrations. 228. 232. 233.
 Babylonem cur. traductus Manasses rex Iudae. 221.
 Babylonij Assyriorum regnum sibi vindicant. 220.
 Babyloniae reges. 220. 221. 222. 223. 224.
 Bagoas. 292. 294.
 Balac rex Moabitium. 102.
 Balthasar rex Babyloniae. 257. eius visum ad. excidium suum pertinens. 257.
 Barac Index Hebraeorum. 117.
 Basan regio trans Iordanem subacta à Moysse. 102.
 Basilica tres condita ab Helena in Hierusalem. 389.
 Beli idolum deletum à Daniele. 267.
 Belus, qui. 267.
 Bellum primum in terra. 321.
 Bellum ciuile Hebraeorum contra Beniamitas. 131.
 Benjamin filius Iacob. 44. 45.
 Benjamin nomen tribus. 59.
 Beniaminae deleti ab Hebraeis, & reparati. 133.
 Benedictio primogeniti. 42.
 Bestiae quattuor regna quattuor significantes. 263.
 Bethel oppidum. 49.
 Bethsanitae recipiunt arcam, & à Deo percussuntur. 139.

Biter-

Biterrense conciliū Arrianū. 406.
 Biterrense conciliū Catholicū. 432. 434.
 Burdigalense conciliū cōtra Priscillianistas. 448.
 C
 CAESARIS principatus. 348.
 Cain cædem Abelis facit. 16.
 Cain, & posteritas eius. & quomodo urbem condiderit. 17.
 Caius Imp. 362. Agrippā Herodæ regē Iudææ appellat. 363.
 Cambyfes rex Persarum impedit restitutionē templi. 273.
 Canis dicitur mingens ad parietē. 179.
 Canum more bibentes. 121.
 Capilli Sansonis. 179.
 Captiuitatis Iudæorū ami à Iosue. 228.
 Captiuitas Iudæorum in Babylonia annos LXXXI. 36. 257.
 Cariathiarim delata arca. 140.
 Catechūmeni qui. 410.
 Catholici, qui. 396.
 Cellaria, quid. 418.
 Censuræ urbis Hierusalē sub Nemia. 281.
 Censuræ populū Dauid. 163.
 Cethura uxor Abrahæ. 40.
 Catholici emendatē lapsū in concilio Arminensi. 433.
 Cham posterū nullam Dei notitiā habuerunt. 23.
 Chaldeæ regio à posteris Sem habitata. 109.
 Chanā quæ. 30 promissa femini Abrahæ. 30. 66. Chananea à quibus populis habitata. 109.
 Chananeorū rex Iabin. 117.
 Chananei delecti à Iosue. 109. & Iudæ tribu. 113.
 Chananea diuisa in Iudæam, Samariam, & Galileam. 109.
 Charre opp. Mesopotamie. 29.
 Chebron opp. 157.
 Chiliarchi institui. 79. Chiliarchus. 120.
 Chlamys Saulis abscissa à Davide. 151.
 Christus IESVS finis historie factæ. 15. 18. prænunciatus. 11. 15. 16. 17. 18. 22. 28. 30. 33. 37. 38. 39. 43. 47. 51. 60. 69. 70. 75. 77. 89. 93. 99. 102. 105. 126. 127. 129. 146. 147. 159. 194. 202. 248. 263. 350. 359.
 Christi natiuitas, & res usq; ad baptismum. 351. 352. 353. 354.
 Christus non uenit legem solvere, sed adimplere. 358.
 Christi prædicatio, & miracula. 356. & deinceps.
 Christi passio, mors, resurrectio, & in celum ascensio. 360.
 Christiana religio inuoluit sub Constantino Maximo. 387. 388.
 Cimifex quid. 68.
 Cims in luctu, & consternatione adhibitus. 206.
 Circūciso mandata Abrahæ. 35.
 Cinile bellum contra Beniamitas. 131.
 Clandius Imp. 363. Agrippam Herodem regem Iudææ fecit. 363. quo mortuo Iudæam tertium

tum prouinciā fecit. 363.
 Herodem, & Agrippam reges Chalcidicæ fecit. 363.
 Clerici uexati à Maximino Imp. 383.
 Clerici sui temporis taxati. 112.
 Clerus quid. 111.
 Colendi Dei ritus. 87.
 Colles tres Hierusalem. 317.
 Columba ex arca. 21.
 Columna ignis præcedens. 73.
 Conciliū Nicenū cōtra Arrianos. 392. 395. Sardicēse itē. 398. 399. Sirmiese Arrianū. 401. Arelatense, & Biterrense itē. 406. Mediolanēse itē. 407. Ariminense itē. 417. 422. Seleucienēse contra Arrianos. 414. 420. Biterrense catholicū. 432. Cæsarangustanū cōtra Priscillianistas. 440. Burdigalense itē. 448.
 Concubinae, & uxores quæ. 40.
 Constantinus Imp. pacauit ecclesiam. 385. Niceno concilio interfuit. 392.
 Constantius deprauatus ab Arrianis. 405.
 Consubstantiale fatigat ecclesiam. 413. 429.
 Core mouerit seditionem. 99.
 Coruus ex arca Noë. 21.
 Colubines immisse a Deo in deserto. 98.
 S. Crucis inuentio. 388. 390. miracula. ibidem.
 Cusan rasathaim rex Assyriorum, aut Mesopotamie. 115.
 Cyrus rex Persarum. 265. per-
 mittit Iudæis reditum in patriam. 265. 266.
 D
 DAGON idolum Achorum. 138.
 Dalida uxor Sansonis. 129.
 Damascus pontifex. 443.
 Dan, & Bersabee termini terre Hebræorum. 132. 176.
 Dan filius Iacob. 45. 59.
 Dan tribus. 59.
 Danielis libri argumentum. 6.
 Daniel regi Nabucodonosor carus. 239. Susannam liberat. 240. 241. interpretator somnium Nabucodonosoris. 242. obicitur leonibus à Dario rege. 260. uidet regna futura, Christi, & Antichristi. 262. post hebdomades 70 prædicit Christum passurum. 263. 264.
 Darius rex Medorum uicis Balthesarē rege Babyloniæ. 259.
 Darius Hyfaspis filius rex Persarum. concedit reedificationē templi. 273.
 Darius Ochus rex Persarū. 245.
 Darius Arsis F. rex Persarum uictus ab Alexandro Magno. 314.
 Darian, & Abiran seditionē mouerunt contra Moysen. 99.
 Dauid ex Phares patris filio Iudæ. 52.
 Dauid Iesse F. unctus rex à Samuele iussu Dei. 146. 147. assumptus, ut leniret cytharæ furorem Saulis. Goliath gigante necauit. 147. pater Iesu Christi

Christi quod ad carnem. 147.
 odio Saulis flagrare cepit.
 148. Melchior Saulis filium
 duxit. 149. insus occidi à Sau-
 le euasit beneficio Ionathæ fi-
 lij Saulis. 149. fugiens Saulem
 venit in Ramatha ad Samue-
 lem in Naioth. inde Nobe ad
 Abimelec pontificem. inde
 Geib. inde trans Iordanem ad
 regem Moabitarum. 150. in-
 de in desertu Ziph. Inde in de-
 sertum Engaddi, ubi chlamy-
 dem Saulis abscondit. 151. tum
 in desertum Pharan, inde ad
 Philistæos ad Achis regem
 Geib; à quo obtinuit oppidum
 Siceleg. 153.
 David mortuo Saule ungitur ite-
 rum rex in Hebron super lu-
 dam conrt & Ifoaiel filium Saulis
 156. pugnat cum eo. 157.
 David rēno ungitur rex super
 omnes Hebræos post mortē Is-
 baalis. 158. Iebuseum pellit
 ex Hierusalem. Sion sibi mu-
 nis, & ciuitatem David vocat
 159. arcem Domini ex domo
 Amiradab in ciuitatem suam
 transfert. 159. replum aedifi-
 care cogitant. 159. Idumæos,
 Ammonitas subegit 160. Ber-
 sabee amatit & P riaz viro in-
 terfecto duxit. 160. p Nathan
 prophetam increpitus peniten-
 tiam egit. 161. Absalon filiu
 aduersarium habuit, & fuge-
 re coactus est. 161. 162. Se-
 bæ coniurationem passus est.
 162. Philistæos subegit. 163.
 populo recensendo Deum offen-
 dit. 163. ex tribus malis, peste,
 fame, bello, peste elegit. 164.
 à peste se liberauit arca dicata
 in loco, ubi sibi angelus s appa-
 ruerat. i. in area Areum; le-
 busai. 165. Salomonem filiu
 successorem sibi substinuit. 165.
 moritur. 165.
 Debbora mulier prophetis Index
 Hebræorum. 117.
 Decem præcepta Dei. 80.
 Decij Imp. persecutio Christianorū.
 383.
 Dei præcepta. 80. Dei sententiæ cō-
 tra Iudeos. 225.
 Dei fœdus cum Hebræis. 34. 80.
 Deus & Dominus quid differant.
 12.
 Deus apparuit Abraham, 33. Moysi.
 65.
 Deus videri non potest. 92.
 Delphinus episcopus Burdigalensis
 444.
 Demetrius rex Syria remittit tribu-
 ta Iudeis. 337. 339.
 Desertum inuenit Hebræi. 73. 74.
 Desertum Sinai. 71. Ziph. Engaddi,
 Phara. 151.
 Desolatio Iudæorum. 233.
 Deuteronomij argumentum. 6.
 Deuteronomium, scriptum à Moysē.
 103. inuenum à Iofia rege.
 223.
 Diabolus qualis. 15.
 Diluuium Noë. 19.
 Dina Iacob filia iurpata. 48.
 Diocletiani Imp. persecutio. 383.
 Diony

Dionysius episcopus Mediolani
 vexatus ab Arrianis. 410.
 Diuisio orbis in tres partes. 25.
 Domitiani Imp. persecutio Chri-
 stianorum. 377.
 E
 Ecclesius typus 118.
 Esdras filius Ioseph. 54. præla-
 tus Manassē. 58. nomen tri-
 bus. 59.
 Ela rex Israel. 180.
 Eleazarus pontifex factus. 101.
 Eliacim rex Iudæ abductus in
 Babyloniam à Nabucodonosor
 rege. 227.
 Elusanus populus corruptus à
 Priscillianis. 442. 443.
 Emath. i. Antiochia. 227.
 Engaddi desertum. 151.
 Enoch urbi nomen dedit. 17. trā-
 stans est in celum. 18.
 Episcopi martyria optant. 384.
 ex fisco capere, quam à prima-
 tus maluit in concilio Arimi-
 nens. 418.
 Esaias propheta. 202.
 Esau excepit Iacob redeuntem do-
 mum. 46.
 Esdra libri argumentum. 6.
 Esdra scriba disciplinam resti-
 tuit Iudæorum. 277. 278.
 Eschon Index Hebræorum. 125.
 Euangeliorum argumentum. 7.
 Eua decepta peccauit. 13. 14.
 Euchrocia Priscilliani amica.
 444.
 Euectionis copia, quid. 42.
 Euilmerodac rex Babylonia.
 232. 257.
 Euodius pr. prætorio cognitor
 causæ Priscillianistarum.
 453. 454.
 Eumuchi, qui. 239.
 Excelsa sub Gedeone Iudice. 120.
 inde frequentata. 167. 168.
 sublata à Iofia rege. 223.
 Exodi libri argumentum. 6.
 Ezechias rex Iudæ. 212. religio-
 nem instaurauit. 213. Phasē
 celebravit. 214. bellum à Sen-
 nacherib rege Assyriorum pas-
 sus est. 214. 215. ægrotis quin-
 decim annos impetrauit la-
 cryme à Deo. 218.
 Ezechielis prophetia. 225. 249.
 F
 Fames Aegypti. 54. 55.
 Festi dies instituti. 96.
 Filij Dei, & filia hominum, quid.
 19. 20.
 Fagadius episcopus Catholicus
 in concilio Ariminens. 426.
 Formula fidei Arriane multa in
 concilio Ariminens. 423. 424.
 429.
 Femur contactum quid. 39. em-
 cuit Iacob femur. 48.
 Fœdus Dei cum Hebræis. 34.
 80.
 Arca Federis. lege Arcam.
 G
 Abaa opp. à Beniamitis in-
 colitur. 131. arcam fæde-
 ris tenuit. 140.
 Gabaonite fraude agunt cum He-
 bræis. 108.
 Gad propheta. 150. 151.
 Gad filius Iacob. 45. 59.
 HH Gad

- Gad nomen tribus. 59.
 Gader turris. 49.
 Galba Imp. 372.
 In Galgalis castrametantur Hebraei. 106.
 Galilea adempta Israelitis ab Achaz rege Iudae. 208.
 Gaudius episcopus Catholicus in concilio Arimin. 419.
 Gedeon Index Hebraeorum. 118. eius insignis victoria. 119.
 Genealogiae quae referuntur in scripturis, & quousque. 16.
 Genesis libri argumentum. 6. Genesim vocat Origines Sulpicium. 49.
 Gerara in finibus Palaestinae. 41.
 Geth. opp. ex quinque Palaestinarum recepit arcam Dei. 138.
 Gigantes nati. 19.
 Gnostici, haeretici, qui. 476. 437. 438. 454.
 Godolias praefectus reliquijs Iudeorum. 235.
 Goliath gigas Philistaeus necatus a Davide. 149.
 Gothoniel Index Hebraeorum. 115.
 Graecorum suspensio differt ab Hebraea. 13.
 Gratianus Imp. 443. oppugnatus a Maximo. 446.
 Gregorius episcopus Catholicus cur non ab Arrianis pulsus. 417.
 Gregorius praefectus praetorio. 446.
 H.
Heresis Arriana, lege, Arriani.
 Heresit Luciferianorum. 435.
 Heresit Priscillianistarum. 436.
 Hadriani Imp. persecutio Christianorum. 381. Iudeorum subuersio. 381.
 Hai opp. captum a Iosue. 107. 108.
 Haman crucifixus. 288. 289.
 Hebdomades Danielis. LXX. 264. 283. 350.
 Heber, unde Hebraei. 25. 26.
 Hebraei unde, & qui. 25. 26. Hebraeorum historia incipit ab Abraham. 31.
 Hebraei cum Iacob in Aegyptum profecti seruitute opprimuntur a rege. 61. educuntur inde a Moysse. 71. 72. mala patiuntur transientes per desertum. 73. 74. ad idola conuertuntur. 90. manna fastidium. 98. redire in Aegyptum cupiunt. 98. legem a Deo accipiunt. Iordanem traiciunt. 105. 106. vietas Chanaanais terram sortiuntur. Iudices habent. 113. a vicinis vexantur. ad idola conuertuntur. 110. 113. non obediunt Deo. 115. regem optantes accipiunt. 141. diuiduntur in duas partes, regnum Iudae, & Israel. Israelitae abducuntur in Assyriam a Salmanassare. Iudaei in Babyloniā a Nabucodonosore. quere in voce Iudaei, & Israelitae.
 Hebron opp. Iudae. 157. fuerat patria Abrahae. 41.
 Helcias pontifex inuenit Deuteronomium. 223.

- Helena mater Constantini inuenit Crucem, & aedificat tria templa Hierosolymis. 389.
 Heli pontifex, & Index Hebraeorum. 134. priuatur Iudicatus a Deo propter peccata filiorum. 136. moritur post captam arcam. 137.
 Helias propheta. 184. aquas caeli suspendit. famem pertulit. a vidua sustentatus est. copiam parauit. filium ei suscitauit. sacerdotes Achab regis uicit. 184. 185. 186.
 Heliseus propheta. 193. mortuum suscitauit, leprosum sanauit, in summa inopia copiam imminere praedixit, aquas in siccitate parauit, oleum modicum mulieri auxit. 194. 195.
 Hereditas Domini quae. 112.
 Herodes Magnus Antipatri Filii cum Sosio Romano obsidet Hierusalem. 349. fit rex Iudeorum sublato Antigono. 349. multa magnifice gerit. 350. 351. dimisit regnum filijs moriens. 355.
 Herodes tetrarcha Galilaeae. 352. 355.
 Herodes rex Chalcidicae cum potestate creandi pontifices a Claudio factus. 363.
 Hester libri argumentum. 6.
 Hester Iudaea fit regina Persarum, & commodum parat Iudaeis, & vindicat Mardo-
- chaum. 283. & deinceps.
 Hieremias propheta vexatus a Sedecia rege Iudeorum. 254.
 Hierico capta ab Hebraeis traicta Iordane. 106.
 Hieroboam rex Israel deficit a Deo. 172. 173. 174. 175. 176.
 Hieroboam alter rex Israel, qui & Ioram. 200.
 Hierusalem capta a Davide, & facta sedes regni 159. capta a Sifac rege Aegypti. 177. capta a Nabucodonosore. 230. 232. restituta per Neemiam. 279. capta a Pompeio. 347. obsessa a Parthis. 348. obsessa a Sosio, & Herode. 349. capta, & eversa a Vespasiano Imp. 374. reliquia deletae ab Hadriano. 386. resectae ab eo, & Aelia vocata. ibidem.
 Hierusalem situs. 317.
 S. Hilarius episcopus Pictauentis Catholicus. & res eius. 407. 420. 431. 433. 434. mors. 436.
 Hispaniarum vicarius. 446.
 Historiae sacrae summa. 3. 4. mysteriorum. 5. libri. 6. cur incipit a temporibus Abrahamae. 31. cur non scripta a gentilibus. 295.
 Holocaustum quid. 95.
 Holofernes inuictus a Iudith dux regis Medorum. 298. 302.
 Hominis creatio. 13. damnatio per Adam. redemptio per Christum. 15.

Homo de paradiso deiectus à Deo. 14.
 Homossion, & Homoisson fatigant Catholicos, & Arrianos. 413. 419.
 Horeb mons deserti Sinai, in quo lex data. 79.
 Hofus depravatus cessit Arrianis. 415. 416. mors. 416.
 Hospitalitatis studium in Abraham, & Lot. 36.
 Hyginus Cordubensis episcopus. 439.
 Hyrcanus rex Iudeorum, & res eius, pulsus à fratre. 345.
 I.
Iabin rex Chananeorum. 117.
 Iacob, & Esau typi duarum gentium. 41.
 Iacob pro Esau benedicitur. 42.
 res Iacob 42. uxorem questivit ex familia sua. 43. iuit in Mesopotamiam ad Laban. 44. vorum eius, & scala. 44. pro Rachel seruauit, & Liam accepit, deinde Rachelem. 44. contendit cum socero Laban, & ab eo discedit. 45. excipitur ab Esau in reditu. 46. cum Deo luctatur. 47. Israel dicitur. 47. semur eius emarcuit. 48. uenit ad oppidum Salè Seci mori, inde Bethel, inde Bethleè, deuit Hebron, ubi erat pater Isaac. 48. 49. filij Iacob. 12. 44. 45. 59. mittit filios ad emendandum frumentum in Aegyptum 55. migravit cum familia in Aegyptum. 56. benedixit filios Ioseph filij. 58. praedixit de filijs Ioseph. 58. praedixit de filijs suis XII. 59. moritur. 57.
 Iad propheta. 176.
 Iair Iudex Hebr. 123.
 Iaphet, quas terras tenuerit. 25.
 Iafon pontifex. 309.
 Idacius episcopus, accusator Priscillianistarum. 441. 450. 451. 454.
 Idola inuenta, à quo, & cur. 46.
 Idolum uesci negat Daniel. 269.
 Idolum Beli delet Daniel. 267.
 Idola Chananeorum conuerti iussit Deus. 114.
 Idola frequenter culta ab Hebraeis relicto Deo, postquam in terram promissam uenerunt. 115. & deinceps tempore Iudicum.
 Idola, & Deum coluerunt Samaritae. 210. 211.
 Idumei nati ab Esau, qui Edon dicebatur. 41. 46. Subasti à Davide. 159. item ab Amasia rege. 199. circumcisi, & Iudaeis adiuncti à Ioanne Hyrcano rege. 343.
 Iaconias rex Iudae. 229.
 Iehu rex Israel uictus per prophetam. 195. 196.
 Iepte Iudex Hebraeorum. 123. obrulit filiam. 124.
 Iethro soceri consilio Moysi iudicia ordinat. 78.
 Iezabel regina inimica Helie. 188. impia 183. 184. Nabathaeum ob uincam eius interemit. 185.

Iesus

Iesus. lege Christus.
 Iesus filius Num. lege Iosue Nane filius.
 Instantius Priscillianista damnatus. 441. 455.
 Interregnum ante Iudices. 113. post Iudices. 131.
 Ioab praefectus militiae Davidis. 158. 159.
 Ioachaz rex Israel. 198.
 Ioachaz rex Iudae. 226. abductus à Necho Aegyptii rege. 226. 227.
 Ioachim, seu Eliacim rex Iudae. 227. abductus in Babyloniam à Nabucodonosore. 228. 229.
 Ioachim rex Iudae 227. abductus à Nabucodonosore. 230.
 Ioanes Hyrcanus rex Iudeorum, & res eius. 342.
 Ioannes Apostolus in Pashmum relegatus apocalypsim scripsit. 378.
 Ioannes Baptista baptizauit Iesum. 357.
 Ioas rex Iudae. 196. templum instaurauit. 197.
 Ioas rex Israel. 199.
 Ioathas rex Iudae. 203.
 Iob historia. 63.
 Ionas propheta legatus à Deo ad Niniuas. 204.
 Ionathas Saulis regis filius contra edictum patris fauorem gubans incidit in penam, & liberatur à populo. 145. seruauit Dauidem. 149. percussit Philistaeos. 144. 145.
 Ionathas Mathathae F. Assamoneus princeps Iudeorum, & res eius. 332. sic pontifex, & pontificatum transferre in domum suam. 335. benigne tractatur à Demetrio rege Syriae. 336.
 Ioram rex Israel. 192.
 Ioram rex Iudae. 192.
 Iordanes, quibus fluminis. 105. 106. traicitur ab Hebraeis promissa arca. 105. 106. 107.
 Iosaphat rex Iudae pius. 182.
 Ioseph filij Iacob historia. 50. Ioseph typus Christi. 50. à fratribus uenditur. 51. periculis, & exaltatio. 53. coniector somniorum. 53. 54. filios habuit Manasse, & Effraim. 55. curator annonae consulit Aegypto. 55. bene tractauit fratres in Aegypto. 55. filios eius benedixit Iacob. 58. moritur. 61.
 Iostas rex Iudae, pius. 222. mundauit Iudaeam ab Excelsis. 223. templum renouauit. 223. Deuserononiam inuenit. 223.
 Phasa celebravit. 225. à Necho Aegypti rege oppugnatur. 225. 226.
 Iosue libri argumentum. 104. 107.
 Iosue filius Nane ducatum excipit. 104. 105. traicit cum populo Iordanem. 105. 106. caepit Hierico. 106. caput Hathi. 108. solè consistere facit in praelio 109. reges XXXI debellauit.

H H 3

uit 110. terram Chananeam diuisit. 110. 111. moritur. 112.
 Iosue pontifex cum Zorobabel principe restituit templum. 270.
 Isaac natus. 37. typus Christi. 38.
 Iacob pro Esau benedixit. 42. offertur Deo a patre Abraham. 38. uxorem ducit ex familia sua Rebecam. 39. in Hebron confedit. 41. peregrinus ad regem Palaestinarum Abimelec benigne excipitur. 41. moritur. 49.
 Isaias propheta de Christo. 359.
 Isbaal, qui & Isboseth filius Saul rex creatus contra David. 186. pugnat cum eo. 157. do- lo interficitur. 158.
 Ismael natus ex Agar, & Abraham. unde Ismaelita. 34.
 Ismael contra Godoliam. 230. 231.
 Israel vocatus Iacob. 47.
 Israelitae sunt Hebraei posteri Israhelis, i. Iacob. i. filij Iacob, & nepotes. lege Hebraei, & Iudaei.
 Issachar filius Iacob. 41. 59. tribus Israel. accepit agrum a Iosue. 59. 110.
 Ithacius episcopus accusator Priscilliani. 441. 446. 450. 454.
 Idacius accusator Priscilliani. 441.
 Ister circumcisus, & ad Iudeos adiunctus per Aristobulum regem. 344.
 Iudas filius Iacob. & progenies

eius. 51. 52. De Iuda vari-
 etum Iacob. 59.

Iudae tribus. 59. electa contra
 Chananeos. 114. agrum acce-
 pit a Iosue. 110.

Iudae regnum institutum a Robo-
 am. 175.

Iudaei, i. qui ex regno erant Iu-
 dae, Galilea potuerunt. 208.
 varia bella gerunt cum Israeli-
 tis, & gentilibus regibus uici-
 nis tempore Iudicum.

Abducuntur a Nabucodonosore
 228. 230. 233. captiuitas corio
 annos LXX. 236. restituitur in
 patriam. 265. 266. sub regibus

Persarum. 304. sub Regibus
 Macedoniae. 304. sub Aegy-
 ptijs. 306. 307. sub regibus Sy-
 riae. 306. 307. euertuntur ab

Antiocho Epiphane rege Sy-
 riae. 311. 312. 313. restituntur
 per Assimonaeos. 317. cum

Romanis amicitiam iungunt.
 331. Alexandrum regem Sy-
 riae Demetrio anteferunt. 334.

remissionem tributorum a De-
 metrio impetrant. 337. 339.

libertatem constituunt sub Si-
 mone Principe. 341. 342. Re-
 stitui in patriam primum pon-
 tificibus parent. 307. deinde

principibus, 318. deinde regi-
 bus suis. 343. in Romanis. 347
 in provincia rediguntur. 347.

iterum. 356. tertium. 363. re-
 bellant sub Nerone. 369. 370.

disparguntur a Vespasiano.
 373.

Verjan-

Verfantur inter Christianos.
 248.

Iudas Machabeus Mathathae F.
 princeps Iudaeorum. 320. vin-
 cit duces Antiochi Ep. 321.

322. templum mundat, & mu-
 nit. 325. altare refecit. 326.

Syros in arce Sio obsidet. 328.
 cum Antiocho Eupatore, &

Demetrio regibus pugnat. 328.
 331. cadit in praelio ante mu-
 nis Hierusalem. 332.

Iudicum libri argumentum. 6.
 Iudices post Iosue instituti. 113.

sub eis alternatim calamitates
 & prosperitates. 118. Iudi-
 cum anni quomodo intelligendi

116. 117. 118.

Iudicialia edicta. 81.
 Iudicij ultimi dies. 248.

Iudith libri argumentum. 6.
 Iudith Iudae mulieris insigne fa-
 cinus. 291. Holoferne interfe-
 cit. 301.

L

LABAN socer Iacob. 43. cum
 eo contendit. 45.

Lamech eadem facit, & eius my-
 serium. 17.

Leonidas Origenis pater martyr.
 382.

Leuitici libri argumentum. 6. 95.
 Levi filius Iacob. 41. 59.

Leui tribus in sacerdotium segre-
 gata. 97. tertia decima. 173.
 176. sacerdotia, & urbes

XLVIII sortita. 110. 111.
 Leuita patitur contumeliam a Ba-
 namite. 132.

Leuitae ministri sacrorum, & eo-
 rum officium. 97.

Lex data a Deo in monte Horeb.
 79.

Leges iudiciales. 81. 82. &
 deinceps.

Legem inuenit Iosias. 223.
 Correxit Elsthas. 277. euertit
 Antiochus. 312. retulit Iu-
 das. 325.

Lia filij ex Iacob. 41.
 Libertus pont. pulsus a Constante
 Imp. 408. restituitur. 411.

Libertas Iudaeorum sub Simone
 constituitur. 340. 341.

Linguarum confusio. 25.
 Lot Sodomis habitauit. 31. captus
 & defensus contra reges ab

Abraham. 32. 33. uxor in-
 stantiam salis conuersa. 37. si-
 lia concubere cum patre. 37.

Luciferi episcopi opinio de Catho-
 licis, qui subscripserunt concilio
 Ariminensi. 433. Luciferia-
 norum heresis. 435.

Lucta Iacob cum Deo. 47.
 Luctus insignia scisso uestis, cinis,
 & saccus. 206.

Lysias dux Antiochi Epiphani.
 323.

M

Machabeorum libri argumen-
 tum. 7. 305.

Machabeus Iudas. lege Iudas.
 Machabeus fratres septem cum ma-
 rre martyrio affecti. 319.

Madianitae oppressi ab Hebraeis ul-
 tra Iordanem. 102. opprimunt
 Hebraeos. 118.

HH 4 Magist

Magistri officiales. 418.
 Manasses filius Ioseph postpositus
 à Iacob fratri minori Effraim 58
 Manasses tribus sortitur ultra,
 & circa Iordanem. 110.
 Manasses rex Iudæ impius. 219.
 Isaiam prophetam serra disse-
 cutur. 220. abductus à rege Af-
 syriorum, sive Babylonie, & di-
 missus. 220. 221. penitentiam
 egit. 221.
 Manasses frater Iaddi pontificis, ne
 uxore alienigenam dimitteret,
 à lege defecit, & pontifex tem-
 pli in Garitin inter Samaritanas
 factus est. Iosephus.
 Mane, Tecel, Phares vidit scri-
 pta Balthasar rex. 259.
 Manehem rex Israel. 207.
 Manna Hebrais data & typus
 eius. 74. 75.
 Manus scribentis in pariete. 258.
 Marcelli episcopi Ancyrani here-
 sis. 398. conuictus. 400. 401.
 402. 405.
 Marcus primus episcopus Hiero-
 solymitanus ex gentilibus. 380.
 Marcus auctor heresis Priscil-
 nitarum. 438.
 Mardocheus. 285.
 Mare Rubrum cessit Hebrais. 73.
 S. Martinus Turonensis episcopus
 quantus. 452.
 Martyria in Gallijs. 382. scripta
 ab Eusebio 385. appetuntur ab
 episcopis. 384.
 In Alpha conveniunt Hebraei
 orationis causa. 132.
 Mathanis Assamoneus bellas
 pro Iudæis. 317.
 Mathusale anni. 18.
 Ex maxilla asini Samsonis flu-
 xit aqua. 128.
 Maximiani Imp. persecutio. 381.
 Maximinus Imp. clericos vexa-
 vit. 383.
 Maximus Imp. contra Gratianum.
 447.
 Melchisedec rex Salem occurrit
 redeunti à bello Abraham. 7.
 Christus. 33.
 Mediolanense concilium Arriani.
 407.
 Melchol filia Saulis collocata Da-
 vidi. 149.
 Menelaus pontifex. 319.
 Merodac Baladan rex Babylonie
 evertit regnum Assyriorum. vi-
 sitavit Ezechiam. 218.
 Mingens ad parietem. i. canis. 181.
 Micheas propheta spreus ab A-
 chab rege. 191.
 Miraculum de cruce Christi. 390.
 de templo Oliueti. 390.
 Moabitum rex Eglon. 116.
 Moabite ultra Iordanem. 100.
 Sodomitii à Davide. 159. defe-
 cerunt sub Ochozia. 195.
 Moyses expositus. 62. genus eius.
 63. interfecto Aegypto sece-
 dit. 62. 63. à Deo iussus edu-
 cere populum Israelitarum ex
 Aegypto. 65. 66. & potestate
 miraculorum faciedorum ornatus.
 66. educit populum, transiit mare
 Rubrum, percussit virga. 73.
 aquas dulces facit. 74. aquam
 ex petra elicuit, oratio vicit A-

male-

malecitas. 76. in deserto cum
 Deo loquitur, legem accipit ab
 eo. 79. constituit temp. consilio
 Iehro soceri. 78. faciem habet
 cornutam. 93. seditionem pati-
 tur Datan, & Abiron. 99. per-
 venit ad Iordanem, sed non tran-
 sit. & terram trans Iordanem
 distribuit tribubus Ruben, Gad
 & dimidie parti Manassis.
 moritur. 103. 104.
 Mors illata in mundum per pecca-
 tum Adæ. 15. Cui consultus
 Deus per Christum. 15.
 Mures damna inferunt Philistæis.
 138.
 Mysteria promissorum, quæ fecit
 Deus Abraham. 30.
 Mybicus concubitus filiarum Lot
 cum patre. 37.
 N
 Nabatheus occisus propter vi-
 neam à Iezabel. 139.
 Nabucodonosor rex Babylonie.
 227. incensa urbe, et templo abdu-
 cit populum in Babiloniam. 235.
 somnium eius. 242. Statua au-
 rea posita. 252. insania, & sa-
 nitas. 254. moritur. 256. 257.
 Nabucodonosor pro Ocho rege Per-
 sarum. 291. 293.
 Nabulassar rex Assyriorum. 226.
 Nabuzardan presertus Nabucdo-
 nosoris bellum conficit. 235
 Nachor frater Abraham. 29. man-
 sit in Mesopotamia. 39.
 Nachor oppidum. 40.
 Nadab rex Israel. 179.
 Nates percussit Philistæorum. 138.

Nathan propheta. 159.
 Nazareus Samson. 127. Samuel.
 135.
 Nebrod Babylonem condidit. 25.
 Necho rex Aegypti Iosue, & E-
 liacim regibus bellum fecit. 225.
 227.
 Neemie libri argumentum. 6.
 Neemias restituit Hierusalem. 279
 ab Artaxerse rege dimissus.
 280.
 Nephtalim filius Iacob. 41. tri-
 bus. 59. translata à Teglat-
 phalassar. 208.
 Nero Imp. 363. primus persecutio
 ne Christianorum exercet. 363.
 364. 365. 367. 369. vitia e-
 ius. 366. Antichristus putatur.
 365. 371. incendit Romam.
 369. moritur. 370.
 Nicænum concilium. 392. 395.
 Ninive caput Assyriorum. 218.
 220. evertitur. 220. Ninivita-
 rum penitentia. 204.
 Noe venit David in fuga sua.
 150. eversa propter id à Sante.
 151.
 Noe homo iustus. 18. Noe arca.
 19. à Noe ad Abraham nihil
 memorabile. 27. Noe filij in-
 ter se dividunt orbem. 25.
 Numerorum libri argumentum. 6.
 103.
 Numerus exiguus vincit maximis
 sub Gedeone. 119.
 Numeri facile viciantur. 169.
 Nuptia in familijs consuadæ. 43
 44.

Ocha-

O
Ochozias rex Israel. 191.
Ochozias rex Iudæ. 193.
Ochus rex Persarū cruentus. 303.
Olda propheta. 223.
Omas pontifex accusatus, & pulsus. 308.
Oratio Salomonis pro tēplo. 170.
Originis pater Leonidas. 382.
Origenes vocat Genesim Sulp. 49.
Osee rex Israel. 208. in Assyriā translatus à Salmanassarē regē Assyriorum. 209.
Ossonobensis, aut **Oxomensis** episcopus. 441.
Orho Imp. 272.
Orhomiel Index Hebræorū. 105.
Ozias rex Iudæ. 201. 202. bellum gessit cum Philisteis, Ammonitis, Arabibus. 203. incensum obtulit cōtra legem. 202. lepra correptus est. 202.
P
Pactum Dei cū Hebræis. 34. 80.
Palestinorū rex **Abimelec**. 41.
Palestini idē ac **Philistei**. 114.
Paradisus ubi, & quid. 14.
Paralipomenō libri argumētū. 6.
Pasche institutio. 69.
Patriarcha quid. 35.
Paulinus episcopus Treuirensis Catholicus. 424. pulsus à Constantio. 408. res eius. & mors. 435. 436.
S. Paulus Tarsēsis cōuersus. 362. predicat. 362. capitur. 363. necatur. 369.
Pax sub Constantino. 385. sub Antonino Pio. 381.
Peccatū in homines per **Adā**. 15.
Peccatum hominū induxit diluuium. 19.
Persarum reges. 266. 272.
Persecutiones Christianorū. 364. 387.
Neronis. 363. **Domitiani**. 377.
Trasiani. 378. **Hadriani**. 381.
Aurelij. 381. **Seueri**. 381.
Decij & **Valeriani**. 383. **Dioctetiani**. 383. & **Maximiani**.
S. Petrus apostolus Romā venit. 363. vicit **Simonem** magum Romæ. 368. martyrio afficitur. 69.
Phacee rex Israel. 208.
Phaceiā rex Israel. 207.
Phaleg, vnde. 25.
Pharao Aegyptii decē plagis affectus persequitur Hebræos. 271.
Phares, & **Zara** in utero matris cōtendunt. 52. **Phares** abanus **Davidis**. 52.
Pharisæi pugnat pro templo. 374.
Phasē celebratū à rege **Iosia**. 225.
Philistim, qui & **Philistei**, & **Palestini**, & **Allaphyli**. 117.
Philistei quinque urbes tenuerūt. mouēt sub **Iepta** Indice. 123. bellāt cū **Samsone**. 126. capiūt eum. 128. 129. mouēt sub **Helio**. 136. arcem capiūt, & mala patiuntur. 138. remittūt eā. 138. mouēt sub **Samsuele**. 140. vincuntur à **Saule**. 145. subiguntur à **Davide**. 163.
Phrygiæ dñe. 419.
Phul, sive **Phulbelochus** rex Assyriorum. 207.
Plage

Plagæ decem Aegyptiorum. 67.
Pöpeius Hierosolyma capit. 347.
Pontifices instituti. 95. 96.
Pontifices ab **Aaron** vsq; ad **Helio**. 131.
Pontifices rexere temp. post restitutionem Iudeorum. 307.
Pontifices post **Alexandrum** Magnū. 310.
Pontifices creati ex non pontificali familia ab **Antiocho**. 331. ab **Herode**. 351.
Pontificia vestis. 335.
Pontificalia vestimenta. 89.
Populi diuisio per **Moysem**. 79.
Præputia centum ex **Philisteis** relata à **Davide**. 149.
Priscillianus, quis. & hæresis eius. 436. 438. 439.
Priscillianus episcopus **Abilensis** factus. 441. prouocat ad Imperatorem. 442. 443. caesus. 454. post necē cultus. 457. 458.
Priscillianistæ concilio **Cesaraugustano** damnati. 441.
Priscillianistæ dānati, et caesi. 455.
Priestannius episcopus. 446.
Procuratores Iudææ. 347. 356. 363.
Progenies duæ piorum, & impiorum fuerunt. 16.
Promissā **Abrahæ** facta à **Deo**. 29. 30. confirmata. 38. 65. 66.
Propheta **Eaal** deleti ab **Helio**. 188.
Propitiatorium. quid. 89.
Profelyti, qui. 301.
Pseudo prophetae cccc. 191.
Pugna singularis **Davidis** cū **Goliath**. 147. 148.
Puipharis curator Aegyptius. 50.
Pythomissa, que. 153. 154.
R
Rachelis filij ex **Iacob**. 45. moritur. 40.
Rana immisit Aegyptio. 67. 68.
Rebecca ex **Isaac** geminos peperit, **Iacob**, & **Isau**. 40.
Refugij urbes sex datæ **Leuitis**. 112.
Regum librorum argumentum. 6.
Reges cuspūtur ab Hebræis. 141. dantur à **Deo**. 141.
Rex **Saul**. 141. **David**. 156. 158. **Salomon**. 165.
Regnum Hebræorū diuiditur in duo, Iudæ, & **Israel**. 172. 173.
Regnum **Israel**, alias **Effraim**, & **marie**, & decē tribuum. 179. ad diuersas familias translata. 181. 182.
Regnum Iudæ, quod & **Hierosolymitanum**, & **duarū** tribuum. 172. mansit semper in eadem familia vsq; ad **Sedeciā**. 178. renouatur ab **Aristobulo** **Asamoneo**. 343.
Reges Assyriorum. 207.
Reges **Babyloniae**. 220. 221. Aegyptii. 215. 225. 227. Persarum. 265. Macedoniae. 304. Aegyptii. 306. Syriae. 306.
Regij dominatus in cōmoda. 343.
Regna futura præmuniata à **Davide**. 240. 247.
Ritus colendi **Dei**. 87.
Rhodanus episcopus. 411. 436.
Roboam

Roboam rex Iudae. 172. 173.
Romanorum regnum praenunciatum. 247.
Roma incenditur à Nerone. 368.
Ros. i. m. a. n. a. demissa Hebraeis. 74.
Ruben filius Iacob. 41. 59.
Ruben tribus. 59. *ei dimissus ager trans Iordanem à Moysè.* 110.
Ruth libri argumentum. 6.

S

SACERDOTES instituti. 95. 96.
Sacrificiorum genera. 95.
Sacrificia ubi ferent. 167. *in Ex celsò extra tabernaculù.* 120.
Sacco induebantur in luctu. 206.
Salem opp. Sictorum in Ezzraim. 48.
Salus statua. 37.
Salmanassar rex Assyriorum trāstulis Israelitas. 209.
Salome Alexādra regina Iudaeorum studuit Phariseis. 45.
Salomō filius Davidis sic rex. 165. *petijt sapientiam à Deo.* 165. 166. *legationibus regum cultus.* 166. *iudicavit inter duas meretrices.* 167. *Tēplum Deo construxit.* 167. *potēs fuit.* 171. *uxores alienigenas habuit cū idolis earū. quibus rebus Deus offendit.* 171.
Saluianus Priscillianista damnatus. 441.
Samarita unde dicta. 210. *capta ab Assyrijs.* 210. *urbis & regnum.* 182.
Samaritae Deum, & idola coluerunt. 210. 211. *impediunt reedificationem templi.* 271.

Samson Index Hebraeorum. 125.
Christi typus. 126. 129. *inceptit liberare patriam à Philistaeis.* 126. *Nazareus fuit.* 127. *elufit Philistaeos.* 127. *vulpes ardentem in segetes eorū immisit.* 127. *deceptus ab uxore captivus.* 128. 129.
Samuelis prophetae ortus. 135. *fuit nazareus.* 135. *Indicavit Hebraeos.* 140. *Morinus evocatur à Saule.* 153.

Sancta Sanctorum. 89.
Sarai dicta Sara. 35. *sterilis facta datur.* 33. 34. *iecit Agar.* 37.
Sardicēse concilium. 398. 399.
Sarug primus Idola formavit. 27.
Saurinus episcopus Arelatensis Arrianus. 435.

Saul rex sit. 141. 142. *inrepatur à Samuele, quod holocaustū obtulisset.* 143. *bellavit cū Ammonitis, cū Philistaeis, cū Amalecitis.* 143. *edicto percussit Ionathā filiū.* 145. *offendit Deū præda hostiū ad se auersa.* 145. 146. *accinit David citha rediū.* 147. *odio habere cepit eū.* 148. *inssit occidi.* 149. *Abimelec pontificē occidit, quod eū receperisset.* 151. *Chlamydē ei abscedit David.* 152. *per psychonstā evocat Samuelem.* 153. *cadit cum filijs in prælio contra Philistaeos.* 154. *Quot annos regnavit.* 155.

Scala Iacob. 44.
Scinifes quid. 68.
Scribae qui. 277.

Seb

Saba cōiurat cōtra Davidē. 162.
Sedecias rex Iudae. 231. *adductus cū populo in Babyloniam.*
Sedecias Pseudopropheta percussit Michgam verū prophetā. 191.
Seditiones Hebraeorum in deserto. 99. 100.
Seditio Iudaeorū post rediū. 308.
Seditio Iudaeorū propter duos fratres regis filios. 346.
Seleucus Philopater rex Syria. 308.
Selencienſe concilium. 420.
Sella rex Israel. 206.
Sem posteritas pia fuit. 23. 24. 26. 27.
Semiarriani qui. 404. *tres fidei formulas afferunt.* 403.
Semigar Index Hebraeorum. 117.
Sennaar Chaldaea dicta. 26.
Sennacherib rex Assyriorum bellū intulit Exechiae regi. 215.
Septimus dies, mensis, annus, hebdomas instituti. 96.
Serpens elatus in deserto. 101.
Servatio Tugrēſis episcopus. 426.
Seruitus Iudaeorū in Aegypto. 65. *sub Syriae rege.* 311.
Seth posteritas. 16. 18.
Severi Imp. persecutio. 382.
Siceleg datum ab Achi rege Geth Davidi exili. 153.
In Sichem habitavit Abraham. 28.
Sicimita eversā à filijs Iacob. 48.
Sidrac. 238. 252. 253.
Simigar Index Hebraeorum. 130.
Simon princeps Iudaeorum, & res eius. libertatem cōstituit. 338.

moritur. 351
Simon Iudaeus seditiosus. 308. 309. 310.
Simon magus victus à S. Petro. 368.
Sinai desertum. 79.
Sirmienſe concilium. 401.
Sisac rex Aegypti capit Hierusalem. 177.
Sodomitarum peccatum. 32. *eversio propter peccatum.* 35.
Sol constitit inssit Iosue. 109.
Somnium Pharaonis de inopia, expōsitum à Ioseph. 53.
Somnium Nabucodonosoris de regnis. 252. *expōsitum à Daniele.* 242.
Sofius Rom. cum Herode obsidet Hierusalem. 349.
Sua uxor Iudae filij Iacob. 52.
Sua rex Aethiopiae, nō Aegypti. 209.
Sulpicius scriptor historiae notatus in sequentibus locis. 17. 19. 21. 23. 29. 31. 35. 49. 66. 72. 74. bis. 77. 78. 79. 80. 84. 85. 87. 88. 91. 100. 102. 105. 106. 107. 111. bis. 120. 122. 128. 129. 130. 133. 138. 148. 151. 152. bis. 153. 154. 158. bis. 164. 169. 176. 177. bis. 179. 181. 182. 186. 188. 190. 199. 201. 206. 208. bis. 209. 210. bis. 213. 214. 217. bis. 226. 229. 231. bis. 235. 244. 246. 251. 269. 273. 274. 283. 288. 290. 307. 329. 334. 335. 337. 341. 355.

355.393.397.439.440.
Sulpicii codex vitiosus correctus.
 12. 30. 31. 35. 42. 52. 58.
 73. 74. bis. 77. bis. 82. 84. 86.
 88. 105. 107. 110. 132. 163.
 169. 173. 175. 180. ser. 182.
 190. 193. 196. 207. 208.
 216. 227. bis. 231. 235. 237.
 238. 239. 212. 242. 248.
 258. 268. 274. 280. 281.
 285. 290. 293. 298. 301.
 303. 307. 309. 310. 313.
 323. 327. 329. 332. 336.
 bis. 337. 338. 341. 348. 362.
 372. bis. 391. 405. 411. bis.
 413. 415. 421. 439. 440.
 441. bis. 442. 445. 446. 447.
 450. 455. 457.
Sulpicius supplicat tempora. 12.
 13. 22. 26. 27. 56. 57. 61.
 71. 72. 113. 133. 134. 135.
 155. 168. 247. 280. 282.
 340. 376. 382. 385.
Sulpicius latius ceteris narrat
acta Priscillianistarum. 438.
Susanna iudicium. 239. 240.
 241.
Suspendium pro cruce. 108.
Statua Nabucodonosoris aurea.
 252.
Stuprum Dina filiae Iacob. 48.
Symbolum Nicenum. 395.
Symeon filius Iacob. 41. tribus.
 59.
Synedrium sublatum ab Herode.
 361.
Syria subacta a Davide. 159.
Syrie reges. 307.

T.

T *Abernaculum, & arca sacra*
ris, qualia. 88. 89. 94.
Taurus praefectus praetorio pra-
est concilio Ariminensi. 417.
Templum Deo destinatum a Da-
vide. edificatum a Salomone.
 167. 168. *instauratum a Ioa-*
 197. *ab Ezechia.* 213. *a Iosia*
 223. *incensum a Nabucodon-*
 235. *re edificatum a Zo-*
 265. 266. 270. *di-*
 270. *reptum ab Antiocho Epipha-*
 313. *ornatum a Iuda.*
 315. *instauratum ab Herode.*
 275. 276. *incensum a Tito.*
 370. 374. 375.
Templi velum. 170.
Templi dux. 326.
Temporum supplicatio. lege Sulpi-
cii supplicat.
Testamenti veteris, & novi libri.
 & eorum argumentum. 6.
Thamar nurus Iudae filij Iacob,
 & concubina. 52.
Thirca rex Aegyptiorum. 215.
Thare pater Abraham migravit
ex Chaldaea in Mesopota-
miam. 28.
Thersa opp. Samaritarum. 181.
Thola Index. 123.
Tiberianus Priscillianista dam-
natus. 455.
Tiberius Imp. 306.
Tobias a Salmanassare rege Af-
syriorum abductus. 211.
Traiani persecutio. 378.
Transmigratio Israelitarum in
Assyriam. 209.

Transf-

Transmigrationes Iudeorum in
Babyloniam. 228. 232. 233.
Triumviri reip. constituenda. 348.
Tribus Israelitarum 12, an 13.
 sm. 101.
Tribus Levi tertheadecima. 111.
Tribus duae sub regno Iudae. 172.
Tribus decem sub regno Israel.
 147.
Tribus Zabulon, & Nephtalim
translatae a Teglatphulassar.
 208.
Tribus Iudae, & Beniamin, & Le-
vi translatae a Nabucodono or.
 235.
Tribus octo translatae a Salma-
nassar. 209.
Tribus decem Israelitarum non
redierunt. 181.
Tributa remittuntur Hebrais.
 341. 342.
Tribus 12 sortitae sunt terram
Chananeam. 110.
Tryphon contra Demetrium regē
Syriae. 336. 337. 338.
Turris Babel. 25.
 V.
V *Accae oblatae vitulorum in de-*
ducenda arca. 139.
Vaccas adorandas proposuit Hie-
roboam. 176.
Valens Misusensis episcopus prin-
ceps Arrianorum. 414.
Valeriani Imp. persecutio. 363.
Vastis regina. 286.
Vaticinia de Christo. leg. Christi.
Velum templi. 124. 179.
Veneris idolum in templo. 389.
Vespasianus Imp. delcuit Iu-
deos. 372.
Vestimenta pontificalia. 89.
Vestis scissa in Iudae. 206.
Vicarius Hispania. 446.
Victoria insignis. 121.
Visiones Danielis de regnis, Chri-
sto, & Antichristo. 262.
Vitellius Imp. 372.
Vituli caput cultum in deserto.
 90. 91.
Vrbica Priscilliani discipula.
 448.
Vrbes refugij sex. 112.
Vrias pontifex. 212.
Vrsarius episcopus Arrianus.
 damnatus. 457.
Vulpes a Samsonē in Philistaeos
immissa. 127.
 X
X *Xerxes rex Persarum.* 274.
Xerxes alter rex Persarum.
 275.
 Z
Z *Zabulon filius Iacob.* 41.
Zabulon tribus. 59.
Zabulo et Nephtalim tribus tras-
latae in Assyriam a Semachie
rib rege Assyriorum. 208.
Zacharias rex Israel. 201.
Zacharias propheta occisus. 197.
Zambri rex Israel. 181.
Zara, & Phares cōtendit in ute-
ro matris, et quid significet. 52.
Ziph desertum. 151.
Zorobabel princeps. 270. *questio-*
nem regis soluit. templum reedi-
ficat. 275. 276.

FINIS.



LOCA CORRIGENDA.

In textu Sulpicij expressio è codice Plantini.

Fol. 40. vers. 35. prius editis	editus
56. 27. MCCC & LXXX.	LXX
100. 15. XIII millia	XIII
123. 13. viginti annos	viginti & duos
131. 22. verecundie	verecundia
134. I. CCC & III	CCCC & III
139. 15. arc	arcam
244. 31. abscessis	abscessus
282. 6. Geminium	Geminum

IN COMMENTARIO.

26. 10. anno XXXIII	anno Heber XXXIII
43. 6. deceptum sibi invidias	deceptum sibi insidias
47. 12. mystifica	mystica
50. 24. alij vero	filij vero
72. 6. in Aegypto fuere Aegyptij	in Aegypto fuere Hebræi
73. 30. REIP. INSTITVTIO	rolle totum
79. 14. Concilio	Consilio
102. I. regem	vege.
117. 37. est complexum	est complexa
121. 37. tenuissent	semerunt
123. 15. cap. IX.	cap. X.
141. 6. RESP. AD REGES	adde. SAUL REX.

TRANSLATA.

145. 27. in hostem conijci	in sortem conijci
149. 21. Melchola more	Melchol amore
153. 14. fines Samuelis	fines Saulis
153. 37. prophetas] ibidem	rolle. Ibidem
155. 15. Lib. XXIII.	Lib. XVIII
172. 6. ROBOAM REX	ROBOAM REX, IVDÆ

174. 26. Qua cognita	Qua re cognita.
181. 10. res est sic	res sic
195. I. Hoc quartum	Hoc quintum.
221. 21. regem oratio Assyriorum.	regem Assyriorum
	Leglath
221. 26. quoque Manassis	quoque oratio
231. 24. Regum cap. ultimo.	Regum cap. penultimo
300. 32. percunctatis	percunctatus
244. 9. per visionem	per visionem
261. 35. cum	eum
263. 7. hostias	bestias
267. 8. impediunt	impediunt
299. 33. eorum sibi	eorum tibi
332. 23. fratrem eius Iotham.	Iotham
348. 10. venit, ac	vicit, ac
348. 31. prospexit	perspexit
354. 10. si actum	si actum
355. 24. Maximus Pacatus	Maximo Pacatus
376. 37. penitentiam actam aliquot	penitentiam aliquot
381. 17. indirecta causa	indicta causa.
391. 18. contra eum	contra eam

IN CITATIONIBVS.

22. 39. quasi olea	olera
47. 39. a Domino Domini	a Domino nomen Domini
58. 30. remonens	remens
58. 36. det tibi	do tibi
62. 9. operibus duris luti	operibus duris luti
65. I. propter opem	propter opera
74. 39. res iacuit	ros iacuit
82. 32. sibi locum	tibi locum
84. 20. luscus	aut luscus
85. 15. operuit eam	operuerit eam
85. 19. domino partientur	uomini partientur.
88. 15. Supphini	Sapphirini
93. 21. in tabernaculis	in tabulis
99. 10. habitabant	habitabat
99. 12. Herma	Horma

99. 25. <i>contemplandam terra</i>	<i>terram</i>
112. 36. <i>omnes per circuitum</i>	<i>omnes per circuitum nationes</i>
112. 36. <i>sed victi in eorum</i>	<i>sed cuncti in eorum</i>
130. 4. <i>immolarunt bestias</i>	<i>hostias</i>
139. 5. <i>Dimitte</i>	<i>Dimittite</i>
169. 36. <i>Domino Deus</i>	<i>Domine</i>
172. 36. <i>vex eius</i>	<i>vex eis</i>
218. 26. <i>patris mei</i>	<i>patris tui</i>
224. 33. <i>humiliatus est</i>	<i>es</i>
243. 37. <i>somnium indicaueritis</i>	<i>somnium non indicaueritis</i>
290. 6. <i>interdicto</i>	<i>indicta</i>
324. 16. <i>cecinerunt ijs</i>	<i>ij</i>
325. 36. <i>voluntatem</i>	<i>voluntatem</i>
326. 9. <i>corporei</i>	<i>corpore</i>
369. 2. <i>domus eius</i>	<i>domui eius</i>
372. 10. <i>aduentum Christi</i>	<i>aduentu</i>
378. 7. <i>secum post</i>	<i>secundum post</i>
417. 16. <i>index</i>	<i>index</i>
417. 19. <i>propria imperio, quam</i>	<i>proprio arbitrio, quam man-</i>
<i>mandati imperio</i>	<i>datis imperio</i>
443. 27. <i>magnifice suscepit,</i>	<i>suscepit</i>
428. 3. <i>atque omne</i>	<i>atque ad omne</i>

F I N I S.

SERIES CHARTARVM.

† A B C D E F G H I K L M N O P
Q R S T V X Y Z.

AA BB CC DD EE FF GG HH II.

Omnes sunt Quaterniones, præter II,
qui est Vnio.